Clam uiro. Amphitryone uiro alcumenæ hoc ignorante. Vſuram. uſum fructum: & abuſum quoq;: palladius: pro uſura temporis hoc opus adieci. Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat. Ita ſcribendus uerſus eſt: & addendum fuit hic metri neceſſitate: & etiam ex codicibus antiquis. Dum ille illa qua cum uult. dum ille pater meus capit uoluptatem cum illa cum qua uult. Et addendum fuit ille: metri neceſſitate: & ſententiæ cõgruitate: & etiam ex codi. antiquis. Sed ita aſſimulauit. aſſimulauit legendum eſt ex codicibus antiquis: & etiã ex puritate latini ſermonis: & non aſſimilauit: ut legunt pius & ſarracenus. Schema. habitu: forma: figura: ornatu: græcum nomen eſt. σχημα: & generis neutri apud eos ſed latini: eiuſmodi nominibus græcis in. a. tertiæ propriæ inflexionis apud nos: ut poema problema: interdum genere fœminino utuntur: flectentes ea ſecundum primam declinationem: ut Donatus inquit hunc locum adducens: ſic alibi in perſa. Plautus: theatrum lepidum cum decora ſchema. Sic Cecilius: filius in me incidit ſatis hilari. ſchema. Plautus item in milite: glaucomam ob oculos obiiciemus. &c. Schema. Veterem atq; antiquam. Sunt qui differentiam faciant inter ueterem & antiquum: ꝙ uetus ad longius tempus referatur: & fere cum quadam contumelia. Vetus. Antiquus uero fere ſemper exprimatur cum quadam dignitate. Ant quus. Nouam ad uos proferam. tanquam ſi nuper facta eſſet.

Versipellis Versipellem. uafrum: astutum: uertētem se in uarias figuras:& sic accipitur a Ply. Plauto:& Apuleio: Seruius item.vi.æne. Inde aphros uersipelles. græcos leues. gallos pigriores uidemus: ingenii: quæ natura climatum facit. Qui cum amphitryone hinc abiit. Ita scribendus uersus est: ut suis constet pedibus. Atque ut ne qui essem. addendum fuit: ut: metri necessitate:& ex codicibus antiquis: qđ pius & sarracenus non uiderunt: mutilum interim uersum legentes. Nunc quum esse credent seruum. nunc quum me seruum:& conseruum suum familiares isti putabunt. Cubat complexus. eam. s. cuius maxime est cupiens. i. quam maxime cupit. At illa illum censet uirum. addendum fuit at: ad uersus integritatem: qui aliter non consisteret.

Mœchus. Cum mœcho. cū adultero: nomen est græcū. μοιχὸς significans adulterū. μοιχαλὶς autē mœchā:& μοιχεία adulterium. Inde mœchor ūbum significans adulterium cōmitto. Cuius hác ego fero imaginem. Ita scribendus uersus est: ut suis pedibus cōstet. Ego has habebo hic usq; in petaso pinnulas. addendus fuit hic: ut metricæ rationi satisfieret. nam aliter claudicaret uersus.

Pinna. Pluma. Penna. Pinnulas. pinnæ sunt eæ pēnæ: quæ nō molliores sūt: hoc est non sunt plumæ: plumæ autem sūt eæ quæ molliores sūt: pennæ uero generale nomen est omniū:& a pīna fit diminutiuū pinnula. Et a pinna ēt pinnaculū dicitur fastigium:& summitas ædificii: in acumen tēdentis: siue q; ueteres pinnam acutum dicebant: unde bipennis securis quæ utrinque acuta est:& aciem habet: siue: q; pinnaculis addi pinna consueuit quæ facili motu uentorum indicet flatum: qđ genus uulgò nunc penniculum dicitur. Id autem græce πτερόν.

Pinnaculū

Usq. Usq; continue assidue. Virgi. Nec satis est uidisse semel: iuuat usq; morari.

Petasus. In petaso. Petasus a πετάννυμι: siue πετάζω qđ extendo significat deriuatur: significatq; Capitis tegumentum siue umbellam: quæ uicem galeri præstet: sed nō magis Mercurii: q̄ cæterorum: ut nos censemus: nisi quum alæ insuper adduntur: tunc enim proprio mercurii galerum significabit: quæ quidem alæ nō in galero tantum: sed etiam in talaribus ipsi Mercurio ideo esse finguntur: ut ait Augustinus. vii. de ciuitate dei: ut uolucrem fieri per aera sermonem demonstretur. Galerum autem appellauit Statius primo thebaidos: inquiens de Mercurio. Obnubitq; comas:& temperat astra galero. A petasoq; petasatus dicitur petaso indutus uel tectus Suetonius de augusto. Solis uero ne hyberni quidem patiens: domi quoq; non nisi petassatus sub dio spaciabatur. Plynius item pro uelamento: siue umbraculo: petasum accipere uidetur libro. xxxvi. scribens: In summo labyrinthi italici petasum unum omnibus pyramidibus impositum fuisse: ex quo pendebant excæpta catenis tintinabula: que uento agitata: longe sonitus referebant. Et suidas græcus autor non aspernabilis petasum texture genus fuisse ait: qua in theatro uterentur: ad arcendum uidelicet solem: inquiens etiam: Athenienses draconi legislatori petasos multos:& uestimenta proiecisse: ut pene suffocaretur in theatro.

Propterea ornatus in nouum incessi modum.
Nam meus pater intus nunc est: eccum iuppiter
In amphitryonis uertit sese imaginem.
Omnesq; eum esse censent serui qui uident.
Ita uersipellem se facit quando lubet.
Ego serui sumpsi sosiæ mihi imaginem:
Qui cum amphitryone hinc abiit in exercitum.
Vt præseruire amanti meo possem patri:
Atque ut ne qui essem familiares quærerent:
Versari crebro hic quum uiderent me domi.
Nunc quum esse credent seruum & conseruum suum:
Haud quisq̄ quæret: qui siem: aut quid uenerim.
Pater nunc intus suo animo morem gerit.
Cubat complexus: cuius cupiens maxime est.
Quæ illi ad legionem facta sunt memorat pater
Meus alcumenæ: at illa illum censet uirum
Suum esse: quæ cum mœcho est. ibi nunc meus pater
Memorat legiones hostium ut fugauerit:
Quo pacto sit donis donatus plurimis.
Ea dona quæ illic amphitryoni sunt data
Abstulimus: facile meus pater quod uult facit.
Nunc hodie amphitryo ueniet huc ab exercitu:
Et seruos: cuius hanc ego fero imaginem.
Nunc internosse ut uos possitis facilius:
Ego has habebo hic usque in petaso pinnulas.

Nec fere quenq̃ eruditorũ inuenias:qui petasum pro talaribus:aut petasatum pro peronato dixerit ut quidam uulgo exponere conantur:in quibus:nõ tantum Galeotus narnicus fuit:sed & Bernardus Sarracenus uenetus noster. Plauti nouus interpres:qui unico:atq; eodem irrefragabili argumẽto id probasse sibi uisus est: inquiens: quia serui pilei usum nõ habebant:quod Plautus infra ostendit:quum Sosia ait:quod ille faciat iuppiter ut ego hodie raso capite:caluus capiam pileum. Idem aũt Sosia in prima sequẽti scena admirans alterum sosiam sibi similem:inquit Nimis similis est mei. Itidem habet petasum & uestitũ:tam cõsimile est: atq; ego: Cui argumento

Tum meo patri autem trochulus inerit aureus
Sub petaso. id signum amphitryoni non erit.
Et ea signa horum nemo familiarium
Videre poterit:uerum uos uidebitis.
Sed amphitryonis illic est seruus sosia.
A portu nunc illic cum laterna aduenit.
Abigam iamiam illum ego aduenientem ab ædibus.
Adest:ferit:operæprecium hic spectantibus.
Iouem mercuriumq; facere histrioniam.

sic respondere possumus:multũ interfuisse inter petasum:& pileum: qđ seruis iam manumissis raso capite dabatur. Siquidẽ petasus: ut diximus: tanq̃ umbella quædã erat cõtexta:qua utebantur ad arcendũ solem:& enã aerem nocturnũ uel pluuiam: quæq; pyramidibus: uel turriculis imponebatur:quã ueluti præstantem galeri uicem galerũ appellare nõ absurdum est. Pileus aũt alterius prorsus formæ:& materiei fuit:quo tegebantur capita rasa seruorum manumissorũ. itaq; potuit Sosia petasum habere:q̃q̃ pileum:utpote seruus: nundum adeptus esset: posset & alia ratione responderi:q quum libertatem adipiscebantur:capite raso pileum sumebant:quum aũt serui adhuc essent:nõ capite raso:sed capillato ferre poterant pileum. Capillatũ enim caput seruitutem indicat Rasum aũt libertatem:qm̃ capilli umbra essent quædam seruitutis:& sic Sarraceni argumentũ sublatum protinus fuerit. Sed quid illud:qđ paulo infra sequenti uersu Plautus ait. Tum meo patri autẽ torulus inerit aureus sub petaso? Si petasus calciamentũ esset:quo modo torulus aureus sub calciamẽto esse potuisset? num nam uidit fortasse Sarracenus:aut audiuit toros aureos a quoq̃ sub pedibus gestari? Verũ ille opinor mutata sentẽtia:nõ expeditum calciamentum petasum de cætero uocabit:sed capitis potius tegumẽtum:& hoc ipso pcipue loco:atq; alibi apud Plautum. Torulus inerit aureus. Si quis audiat pium hunc locũ exponentem:gigãtem protinus appellandũ putet. sic enim incipit. Qui aure lepida:musica:improculcataq; fuerit grãmatistarũ nugis renunciabit: qui in elegantibus excogitationibus:poetam potius implicant:q̃ explicent. Torulũ enim interptatur imaginẽ baccatam & protuberatã in effigiem nomismatis:ceterum quũ nõ explicent nomen latinã græcam ue etymologiã habere:censeo legendũ torqulus:ut hypoconsmos sit a torqui torquulus &c. Vbi postq̃ diu fabulatus est: multaq; adduxit de torque:& murenulis:ac dracone: Tandem & hæc addit. Nil etiam si libet:potes imutare ex codice plautino:quando torus a torquẽdo flectatur:& tu quoq; sic torulum interpretaberis a torquendo flecti. hunc torulum prisci segmẽtum uocarunt &c. Quibus uerbis qui pauloante cœlum ueluti gigas conscẽdere uelle uidebatur:statim pronus humum ore pressit: & risum ueluti legentibus præbuit. Sed quũ inquit legẽdum torqulus:ut hypoconsmos. i. diminutiuum sit a torque. nimium operæprecium esset ex eo discere:ubi ipse torquulus legisset. Et unde eam diminutionis formam deriuantem quẽpiam autorem legisset quando quidem:nisi fallimur:a torque:nõ torqulus:sed torquiculus potius:ut ab ungue unguiculus:ab igne igniculus:a pisce pisciculus:ab orbe orbiculus diminutiuum trahi deberet. Et quod ait legentes torulum:nõ explicare latinam eius græcam ue etymologiam:nesciebant fortassis:ita legentis illi: pium adeo obtuso esse ingenio:ut ignoraret:torulum a toro fieri:ut a loco loculus:a floco floculus:a porco porculus:& similia. Torum autem a torquẽdo. Sed quid: si neq; torqulus:neq; torulus legendum sit:hoc loco? quin potius Trochulus a trocho. s. diminutiuum: hoc est rotula parua aurea tanq̃ rosæ similitudinem gerens? Et enim id magis dicens uideatur signum fuisse dignoscendi Iouis ab amphitryone:& sic nulla grãmaticæ fiet iniuria:& sensus optime congruet. Et ea signa horum nemo familiarium. Ita scribendus est uersus; ut integer sit:suisq; constans pedibus addita in principio & coniunctione:& præposita horum dictione illi dictioni nemo:aliter mutilus esset: quod interpretes pdicti non uiderũt. Ea autem signa dixit:hoc est pinnulas:& trochulum aureum. Illic. pro ille. Sosiam ostendit a portu uenientẽ.

Cum laterna aduenit. Laterna dicta est q ignis in ea latrat:& scribitur absq; enim in prima syllaba: quam tñ non breuem habet:sed longam:ut ostendimus in epopoeia nostra. Abigam. expellam. Abigere enim est expellere:ut hic. unde Abacti dicuntur qui coacti deposuerunt magistratum:& ab eo expulsi sunt: & Abigere est furto tollere & latrocinari:sed de pecuariis tantũ animalibus. Vnde Abactotores dicuntur pecuariorum animalium fures:quos Vlpianus & alii abigeos uocant:ut diximus in uocabulario nostro. Ferit. quasi dicat: iam pulsat ædes:denotans propinquum illum foribus. Iouem mercuriumq; facere histrioniam. Ita scribendus uersus est: ut suis constet pedibus. aliter enim claudicabit: & neq; hoc uiderunt interpretes nostri præscripti.

Laterna.
Abigere.
Abacti.
Abactores
Abigei.


Vi me nunc alter est audacior. Vario carminis genere constat hæc prima scena: ut ex Prisciano discitur: ubi tractat de uersuum comicorum ratione. Nam septem hi primi uersus tetrametri acatalectici sunt: octo pedibus constātes: mutantur postea: ut infra dicemus. Prothesis totius fabulæ hic incipit: primus uidelicet actus. Inducitur Sosias missus ab hero amphitryone in portū noctu appulso: ut Alcumenæ uxori ipsius Amphitryonis reditum nunciet. Is igitur Sosias a naui digressus: laternam manu gerēs: ueniensq; per uiam: secum loquitur: dicens: qui me nunc alter est audacior homo: aut qui cōfidentior. Et addendū fuit: nunc: ad metri integritatē ex codicibus antiquis. aliter. n. claudicaret uersus.

Audax. Audens. Fidens.

Audacior. Audax & Audēs ita distinguūtur: ut ait Noñ. ut audax sit temeritatis. Audēs uo fortitudinis: interdum tñ audax pro fidēte ponitur: ut apud Virg. Quiq; pedū cursu ualet: & q uiribus audax.

Coufidēs.

Confidentior. Differre etiā inquit Nonius Cōfidētem a fidēte: quia qui fortis est fidēs sit. Cōfidens aūt in uitio positum: ueluti temerarius: quum tñ cōfidētia sit laudis.

Sosia. Mercurius.

So: 
Vi me nūc alter ē audacior homo? Aut q cōfidētior?
Iuuētutis mores qui sciā: qui hoc noctis solus ābulē?
Q uid faciā nūc si tres uiri me in carcerē cōpegerint?
Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum?
Nec causam liceat dicere: neq; in hero quicq̄ auxilii fiet?
Nec quisq̄ sit mihi quin me omnes esse dignum deputent
Ita quasi incudem me miserum homines octo ualidi cedant,
Ita peregre adueniens.
Hospitio publicitus accipiar.
Hæc heri imodestia: coegit me
Q ui hoc noctis a portu

Triūuiri.

Hoc noctis. hoc tempore nocturno: ut hoc lucis: & est uenustissime dictum. Si tres uiri. ut expressit ingenium seruile: audax quidem uerbo: re aūt meticulosum: Tres uiri: qui & Triumuiri appellantur triplices fuerunt: Capitales: Mensarii: & nocturni. De capitalibus Pomponius sic. Triūuiri capitales constituti sunt: qui carceris custodiam haberent: & quum animaduerti oporteret: interuētu eorum fieret. De Mensariis Liuius mentionem facit his uerbis. Triūuiri mēsarii, creati sunt: iiq; nūmularius & monetæ omnis generis & formæ cusoribus præerant. De nocturnis meminit. Cor. tacitus sic. Triumuiri nocturni: q ad incendium in sacra uia ortum: tarde uenerant: a tribuno plebis die dicta damnati sunt. Compegerint. imiserint: intruserint. Promptuaria cella. Translatione pulchra carcerem cellam promptuariā appellauit: quia ex eo ad supplicium promūtur noxii: ueluti ex cella promptuaria prumuntur: quæ esui & potui necessaria sunt: cuius cellæ præfectus promus appellatur a promendo. f. Et aduertendum est: legi debere promptuaria: & non promptaria: quod uersus indicat necessitas. nam nisi promptuaria legas: claudicabit. Ad flagrum. i. ad plagas. flagrum enim & flagellum eius diminutiuum dicitur uirga: qua cedi consueuerunt serui: a uerbo flagro quod est ardeo. q ea caro percussa conflagret. Vnde flagratores: ut Festus inquit dicebatur genus hominum: quod mercede flagris cedebatur. Et flagriones a Nonio dicuntur serui: q flagris subiecti sunt: ut uerberones a uerberibus: alii a flando flagrum dictum putant: quia flagra uirgæ sint de arboribus prominentes: flatu uentorum agitatæ. Iuue. Nec dura timebis flagra pati. Tranquillus in Otone. A prima adolescentia prodigus ac procax adeo ut sæpe flagris obiurgaretur a patre.

Promptuaria cella. Promus. Flagrum. Flagratores. Flagriōes.

Nec causam liceat dicere: neq; in hero quicq̄ auxilii fiet. Ita scribendus est uersus: & expungenda dictio: mihi metri ratione. Causam dicere significat defendere in iudicio. quasi dicat: neq; sit mihi copia defensionis. Nec quisq̄ sit mihi. quisq̄ legendum est: ex codicibus antiquis: & non quicq̄. mihi aūt addendum est: metri ratione: quod in præcedenti uersu superabat: idest nec quisq̄ adsit mihi: uel nec quisq̄ sit mihi fautor. Deputent. censeant id mihi iure contigisse. Homines octo. uel octo dixit alludens ad numerum perfectum: unde prouerbium græcum natum est. παντα οκτω. i. omnia octo: quia octo essent dii sumates: octo certamina in olympia: uel quia uirgatores magistratuū romanorum: essent octo: ad quos respiciens: octo lorarios hic significare uoluit. Nec æquum. superfluit is uersus: propterea q; expunctus est a nobis. Ita peregre adueniens. uersus est dimeter brachicatalecticus: ut notat Priscianus. Tribus tantū constans pedibus. Peregre autem hic significat de loco: nam & in loco & ad locum etiam significat ut supra diximus. Hospitio publicitus accipiar. hic autē uersus est dimeter hypercatalecticus constans quattuor pedibus & una syllaba: & similiter sequens uidelicet: hæc heri immodestia coegit me. Publicitus autem: ut Donatus inquit: super illo Terentii in phor. Nō ne hoc publicitus scelus deportaner in solas terras: significat publica cura: & consilio. Et sic alibi Plautus. In hac comœdia. An foris censebas nobis publicitus præberier. i. ære & impensa aut cura publica: quanq̄ & pro publice accipi uideatur: ut exponit Nonius: hunc etiam locum adducens: & tunc sic expones. i. accipiar in publico hospitio. Carcer enim uidetur esse publicum noxiorum hospitium. Qui hoc noctis a portu. hic uersus dimeter est brachicatalecticus. tribus constans pedibus tantum.

Causam dicere. Peregre. Publicitus. Carcer.

Ingratis excitauit. Hic aũt eſt dimeter catalecticus-cõſtans tribus pedibus:& una ſyllaba:& ita Priſcianus hos uerſus notat in libro quẽ diximus de uerſuum comicoꝝ ratione. Ingratis aũt aduerbialiter poſitũ eſt:ac ſi diceret:mea ingratia:me nolente:cõtra uotum meũ. Nõ ne idem hoc lucu me mittere potuit? Verſus eſt trimeter brachicatalecticus:quinq; pedibus cõſtãs. hoc dicit. Non ne poterat mittere me nunciatũ hoc idẽ:tẽpore diurno? Lucu aũt pro luce poſuit:& ita legẽdum cẽſemus:iuxta illud Terẽtii in adelphis. Primo lucu ibo hinc. nam quẽadmodũ diu pro die:& noctu ꝑ nocte:ita lucu pro luce dixerunt ueteres. Lucis aũt:ut ferme habẽt codices oẽs nõ uidetur tolerare latinitas: neq; ſenſus:ſi hoc lucis dicas.

Ingratis. Lucu.

Ingratis excitauit.
Non ne idem hoc lucis me mittere potuit?
Opulento homini hæc ſeruitus dura eſt.
Hoc magis miſer eſt diuitis ſeruos.
Noctesq; dies aſſiduo ſatis ſuperque eſt:
Q uo facto aut dicto opus adeſt quietus ne ſis.
Ipſe diues operis & laboris expers
Q uodcũq; homini accidit libere poſſe retur.
Aequum eſſe putat:non reputat laboris quid ſit.
Nec æquum ne an ne iniquum imperet cogitabit.
Ergo in ſeruitute multa expetunt iniqua.
Habendum & ferũdum hoc opus eſt cum labore.
Mc. Satiuſt me queri ſeruitutẽ modo nullo:hodie qui fuerim liber:
Eam nunc potius pater hic ſeruitutis qui uerna eſt queritur.
Sum uero uerna uerbo. So. nunc uero mihi in mentem fuit
Dis aduenientem gratias pro meritis agere:atq; alloqui:
Næ illi edepol ſi merito meo referre ſtudeant gratias.
Aliquem hominẽ allegent qui mihi aduenienti os occillet ꝓbe:

Opulẽto homini. hi duo uerſus dimetri ſunt acatalectici: quattuor pedibus cõſtantes:ſeruire inquit hoi opulẽto:eſt durũ. Opulẽtus dicitur qui abundat multis opibus. Opes aũt diuitias ſignificãt & auxiliũ:ac facultatẽ:ut diximus ĩ uocabulario noſtro. Noctesq; hi octo uerſus trimetri ſunt catalectici. Cõſtãt.n. pedibus qnq; & una ſyllaba. Aſſi duo-diuiti. nam ut inquit feſtus:& in uocabulario noſtro diximus:aſſiduus ſignificat multoꝝ aſſiũ dominum:uel ab aſſe & dando: is appellatus eſt:qui ſumptu ꝓprio militabat: alias aſſiduus intẽtum ſignificat & frequentẽ:ab aſſidẽdo:quia ut idẽ feſtus inquit in ea re quã freqnẽter quis agit:quaſi cõſediſſe uideatur.

Opulẽtus. Opes. Aſſiduus.

Quo facto aut dicto. non placet Pii expoſitio:qua legentis:& pro partim interꝑtantis. Quinimo cum omnibus codicibus legendum uidetur. Quo. hoc ſenſu:homini diuiti ſatis ſuperq; eſt negotii.ſ. Semper habet negocium qđ ſeruo mandet:quo facto:aut dicto.i. qđ quum factũ uel dictum eſt (nam omne negocium uidetur cõſtare:uel in facto uel in dicto) adeſt ſtatim aliud opus:ita ut nunq̃ poſſis quietem agere. Ipſe diues operis. nõ ad ſcribendum eſt dñs:quia cõtra uerſus rationẽ:ſed ſubintelligendũ eſt. Libere poſſe retur. exiſtimat:& ſibi perſuadet poſſe libere ꝑcipere & ĩperare homini:quodcũq; accidit. Nõ reputat. non cogitat: non pẽſitat.

Expetunt. euenιũt:cõtingunt. alias expetere ſignificat cupere:& uelle:ut diximus in moſtellaria. Satiuſt me queri ſeruitutẽ modo nullo. hinc iam uerſus incipiunt rurſum Tetrametri acatalectici:pedũ octo. loquitur Mercurius hoc ſenſu. Satius & melius eſt:ut ego nullo modo querar ſeruitutem:quando quidem hodie liber fui:hoc eſt:licet nunc habitu & forma aſſumpta ac uerbo ſeruus ſim:nuper tñ anteq̃ mutarem faciem liber eram:nec ſeruus remanſurus ſum. Pater hic ſeruitutis qui uerna eſt queritur. Ita ſcribi debet uerſus:ut ſuis pedibus conſtet:& non claudicet:delendumq; fuit natus:tanq̃ ſuperfluens. Sum uero uerna uerbo. Verbo ſcribi debet:& nõ uerbero:ut ſcribit:& cõtẽdit Sarracenus:uolens etiam ſermonẽ Soſiæ tribuere:cõtra rectum ſenſum uernas: ut Noñ. inquit:ueteres appellarunt:qui uere ſacro fuerant nati:& habebatur nomen hoc pro euitabili & maledicto. Feſtus aũt inquit:uernæ appellantur ex ancillis ciuium romanoꝝ uere nati:quod tẽpus anni maxime naturalis fœturæ eſt. Nunc uero mihi in mentem fuit. Gellius differens ſuper hac conſtructione:& hunc locum adducens:non ſolum in mentem:legit:ut pote magis euphoniæ conueniens:q̃ in mente. Sed etiam legit: nunc uero. Et ita exigit metri neceſſitas:& etiam ſentẽtiæ cõcinnitas:ut nunc uero legatur:& non numero:ut Nonius legere uidetur:hunc locum citans. Super quo doctorum iudicium requirimus. Dis aduenientem. Timore potius:q̃ deorum pietate ſe deos alloqui: eiſq; gratias agere uelle Soſia pollicetur:ut metuentium mos ẽ:qui illico ad ꝑces decurrunt: iuxta illud Silii: Tanta adeo quum res trepidæ: reuerentia diuum naſcitur: & raræ fumant felicibus aræ. Næ illi. reſpondet ſibi met: qđ quũ ſceleratũ ſe cognoſcat:& male meritũ de diis:potius ſibi timẽdum eſt:ne dii mittant aliquẽ:qui ſibi pugnos incutiat. Occillet. frangat:percutiat. Garrit hic pius: ut ſolet: quum quid dicat nõ intelligit:dicens. Cillere ſignificat mouere. Marcellus autor eſt:idem eſſe qđ increpare: uel ĩprobare &c. Adducẽs q̃dã exẽpla eoꝝ quoꝝ Nonius meminit in uerbo incillare. Sed marcellus:nec de occillo:

Expetere. Verna. Occillo.

nec de cillere uerbũ facit. Censemus aũt occillet: exponi debere: ꝑ percutiat & frãgat: ut sit uerbũ diminutiuum ab occo. as: quod significat cõminuere & frangere maiores glebas: ut Nonius inquit: nec cũ cillere: aut oscillare ullam habet affinitatẽ. Quod uulgo haud solent. quia rari sunt: qui se ipsos nonnt: nam cognitio sui olum ẽ difficillima. Vt nos salui potiremur domi. Nos addendũ fuit ad uersus integritatẽ. domi aũt & nõ domũ scribendum est ex Nonio marcello: genitiuũ pro ablatiuo positũ dicente: & locum hunc citante. Et ita construendum est: ut nos uictores salui potiremur domi. Duello. bello. Duellatores bellatores. Duellare bellare: & Duellona pro bellona dixerunt antiqui.

Duellum. Duellatores. Duellona. Inter.

Internecatis hostibus. i. penitus & funditus occisis. Inter. n. in huiusmodi cõpositione significat ex oĩ parte: ut alibi Plautus ĩ aulul. Interbibere si uino scateat: fontẽ pyrenea põt. hinc interneciuũ odium apud Liuiũ & cæteros historiographos dicitur intimum: & medullitus haustũ. Donatus sup illo Terẽti. Dauus interturbat omnia inquit. Inter modo nõis nõ exigit additamẽtum. Est. n. particula auctiua adeo: ut non pro mediocri significatione sit: sed qua maiorem habere nõ põt: ut interfectus: interceptus. Et scribendum est internecatis: tam ex codicibus antiquis: q̃ ex uersus necessitate: qui nõ cõstaret si internectis legeres. ut Pius & Sarracenus legunt: nullã carminis legem discernẽtes.

Me. Quoniam bene quæ in me fecerint ingrata ea habui: atq; irrita.
Facit ille quod uulgo haud solent: ut quid se sit dignum sciat.
So. Quod nunq̃ opinatus fui: neq; alius quisq̃ ciuium:
Sibi euenturum: id contigit: ut nos salui potiremur domi
Victores: uictis hostibus legiones reueniunt domum.
Duello extincto maximo: atq; internecatis hostibus.
Qui multa thebano populo acerba obiecerunt funera.
Id ui & uirtute militum uictum expugnatũq; oppidum est.
Imperio: ductu: auspicio heri mei amphitryonis maxime:
Qui præda atq; agro adoreaq; affecit populares suos.

Qui multa thebano populo acerba obiecerunt funera. Ita legendum cẽsemus uersum hunc: & scribẽdum obiecerunt: & nõ obiecit: ut fere habẽt codices: qui ꝑsertim grãmatistaꝝ insolentium manibus corrupti sunt: qui nõ intelligẽtes pulcherrimum Stribliginis: hoc est soloeci modũ: qui fit per mutationẽ generum nõis: ut anser fœta: amaræ corticis: uel numeri ut hoc loco: quum uiderẽt in sequẽti uersu id oppidum: scelus putarunt legere obiecerunt: & supposuerunt obiecit: quẽadmodũ & pius interpres noster legit: super eo tot inania friuolaq; coaceruãs: ut maximum nugaꝝ montem excutiat. Nec uiderunt miselli: neq; uersum consistere posse: & penitus mutilũ fore: si obiecit legas: neq; ullo Stribliginis modo: sentẽtiã cõcinnare posse. ꝙ si obiecerunt legas: & metricæ rationi satisfactũ est: & pulcherrimo figuræ modo: nõ aliter q̃ si dixeris. Eam deleuisti ciuitatẽ: qui tibi se ultro dediderant. Nam ad ciues & hoies respiciens: scitissime & eleganter dixeris: qui dediderant: pro quæ dediderat: ut apud Virg. Pars & certare parati: & apud Teren. Scelus ille quæ loquitur. Victum expugnatumq; oppidũ ẽ. Ita legẽdus & hic uersus est: & nõ uictum atq; expugnatũ: ex codicibus ãtiquis. Imperio ductu auspicio. ductu hic scribẽdum esse: pro atq; censuimus: ex paulo infra scriptis: sed uersus necessitate ꝑcipue exigente: cui pes deficiebat: si atq; scriberes: pro ductu. Qui præda atq; agro. Et hic adiiciendum censuimus: Qui: tam metri necessitate: q̃ orationis cõcinniori structura. Adoreaq; i. gloria: laude: porphyrion interꝑtatur adoream: laudem publicam. Plynius. Adoream priscis uocitatam gloriam inquit: ꝙ qui farre: qđ ador appellatur superfluebant: ii honorati erant & gloriosi. Marcellus. Ador inquit frumẽti genus est: qđ epulis & imolationibus sacris putabatur pium. Vnde & adorare ꝓpicitiæ religionis potest dictum uideri. Festus aũt ait. Ador farris genus: edor quondam appellatum: ab edendo: uel ꝙ aduratur: ut fiat tostum: unde in sacrificio moia salsa efficitur. Adoream quoq; Claudianus splendidam gloriam dixit hoc uersu: hæc omnis ueterum superauit adorea laudes. Et q̃uis Adorea: secũdam habeat longam: non is tamen sum: qui cum pio sentiam: disputante ex Prisciani mente: quur Ador sit indeclinabile: propter uidelicet duas regulas cõtrarias: quarum altera exigit: ut adoris media breui faceret: quia neutrum in or: ut murmor: æquor. altera uero ut producatur: quia a uerbo adoro deriuetur: & nihilominus utroq; modo genitiuum ipsius reperiri: & correptum & productum: ut testimonio Gannii cuiusdam probare idem Priscianus uidetur. Nam si Marcellus: ut supra scriptum est: adorare inquit ab adore fieri: non igitur ador ab adoro uerbo deducitur: & sic regula prima neutrorũ tantũ superest: secũdum quam & ador profecto corripit: Ausonius. Mox ador: atq; adoris de polline pultificum far. Quin & idem Gannius quisquis fuerit: duobus exemplis a pio recitatis corripit tantũ modo: & non producit: quæ sunt hæc. hic adoris dat primitias: sibi sanguine libat. Idem. Illam sponte satos adoris strauisse maniplos. uerum Priscianus tertium eiusdem ganni uersum adducit: in quo produci uidetur: hoc est. Euolat in nubes nidoribus ardor adoris. In quo censemus haud dubie Priscianum decæptum fuisse: dum præposterum gannii illius uersum legit: quippe: qui sic legendus erat: Euolat in nubes adoris nidoribus ardor: & sic adoris breue fuit: ut etiã in duobus præcedentibus exẽplis eiusdẽ: & illo Ausonii: nec fere aliter lectũ est. Nam qđ Nestor Dionysius nouariẽsis inquit: adoris habere primã & secundã indifferẽtẽ: legens hũc ultimũ uersum sic. Euolat in nubes nidoribus ador adoris: uix satis scite ab eo dictũ ẽ: quũ ardor: nõ ador ibi scribendũ sit: nec si ador legas: sententia ulla subsit idonea: & ador: & quæ ab eo ueniunt: primam proculdubio corripiant. Populares suos.

Adorea. Ador.

ciues.Popularis ut Donatus inquit:significat eiusdem conditionis & generis Terentius amicus summus meus Popularis.
& popularis geta:interdũ significat carum populo:unde & populare est amorem populi cõciliare.aliquando po Populare.
pularis pro uili & ignobili accipitur.Plautus.Præstat diuitem esse ac popularẽ:q̃ nobilem & mẽdicũ.Hinc popu
laria nugatoria & puerilia dicimus. Meq; a portu p̃misit.q; addendũ fuit:ad uersus integritatem: & sentẽtiæ
cõcinnitatem. Ductu iperio auspicio suo.hoc ostendit:qđ supra diximus:scribendũ esse ductu in quarto p̃ce
denti uersu pro atq;. Si dixero mendaciũ.Inter Mẽtiri:& mẽdaciũ dicere.Nonius differre ait:ut diximus in no Mentiri.
stro uocabulario:qa mentiri sit aliũ fallere quũ ipse non fallatur. mendaciũ aũt dicere sit quũ:qs falsum dicit credens uerũ dicere:& sic ipse fallitur: quod.p.Nigidii autoritate:idem Nonius pbat. quãq̃ aliter etiã cõpertũ sit:ut Plautus infra: cõpositis mẽdaciis:& cõsutis dolis:& hoc etiã loco:& Cicero quarto tuscula. Atq; in eo litigant cũ epicuro:nõ multũ: ut mea fert opinio mentiente. Solens. solitus:consuetus:sicut e cõtrario:insolens: insolitus & insuetus: a quo & insolẽtia in eadẽ significatione: hoc est desuetudo Cicero i oratore. Sed mehercule istius disputationis insolẽtia: atq; ea- Mendaciũ dicere. Solens. Insolens. Insolentia.

Regiq; thebano creonti regnum stabiliuit suum.
Meq; portu præmisit domum:ut hæc nuntiem uxori suæ.
Vt gesserit rempublicam ductu:imperio:auspicio suo.
Ea nunc meditabor:quo modo illi dicam quum illo aduenero.
Si dixero mendacium:solens meo more fecero.
Nam quum pugnabant illi maxime:ego fugiebam maxime.
Verũtamen quasi adfuerim simulabo:atq; audita eloquar.
Sed quo modo & uerbis quibus me deceat fabularier:
Prius ipse mecum etiam uolo hic meditari:sic hoc ploquar.
Principio ut illo aduenimus:ubi primum terram tetigimus:
Continuo amphitryo delegit uiros primorum principes.
Eos legat telebois:iubet sententiam ut dicant suam.
Si sine ui & sine bello uelint rapta & raptores tradere:
Si quæ asportassent redderent:se exercitum exemplo domũ
Reducturum:abituros argos argiuos:pacem atq; ocium
Dare illis:sin aliter sient animati:neq; dent quæ petat:
Sese igitur summa ui:uirisq; eorum oppidum expugnassere.

rum quæ quasi in arte traduntur inscitie.Insolens etiã is dicitur arrogans:& qui præter legem agit humanã & na
turalem. Nam quũ pugnabant illi maxime:nisi ille addatur:uersus nõ cõstabit:ppterea addendũ censuimus:
qđ & sententiæ cõgruitati cõuenit. Sic hoc proloquar.Scribendũ est sic:tam ex codicibus antiquis:q̃ metri ne
cessitate:nam aliter nõ cõsisteret:& etiã ex sniæ cõgruitate:quæ est:ut postq̃ sosia diutile secũ cogitauit:quo prin
cipio sermonis sibi utendũ esset cum dña:tãdem deliberatione facta in aĩo suo dicat.sic hoc proloquar.i.sic inci
piam dominã alloqui. Vbi primum terrã tetigimus.nam nauibus exercitum in cephaleniã traduxerũt. Le
gat.mittit.decernit. Rapta & raptores.nam ut diximus in argumẽto huius fabulæ:cephalenii incursiones fe
cerant:& depopulati fuerũt agros Thebanoꝶ:hoc est myceneorũ:qui sub iure thebanorum erant:& prædã ab
duxerant. Si quæ asportassent redderẽt.Cur corrigat hic pius exportassent:cur ue dãnet:asportassent:discere
operæ pretiũ esset:nam si & uocabulũ latinum est asporto:ut ex opinatissimis autoribus discitur:& p̃cipue Ci Asporto.
cerone:qui in paradoxis ita inquit.Nec non sæpe laudabo sapientem illum biantem ut opinor:qui numeratur
inter septem sapientes:cuius quũ quidam patriam priorẽ cæpisset hostis:cæteriq; ita fugerent:ut multa de suis re
bus secum asportarent:quũ esset admonitus a quodã:ut idem ipse faceret:ego uero inquit facio:nam oĩa mea
mecum porto.Ac Liuio qui libro.ix.de scđo bello pu.sic ait.Dies noctesq; passim omnia mulierum puerorũq;
qui rapiuntur:atq; asportantur ploratibus sonant.Et Apuleio:qui libro quarto metamorphoseos suæ sic ait.Iu
beo singulos cõmilitonum asportare quãtum quisq; poterat auri uel argenti:& si uersus cõsistit:& sententia con
gruit:& omnes codices ita habent:uanum p̃fecto arbitramur uerbum demutare sensui maxime congruum:&
supponere nõ ita fortassis congruum:quum exportare de loco aliquo particulari & signato potius intelligatur
& ad locum propinquũ.asportare autem magis generale uideatur:& ueluti de regione:aut uniuerso agro:& ad
remotiorem locum. Abituros agro argiuos.nisi scribatur:abituros argiuos agro:uersus non consistit:ue
rum quia codices antiqui habent:agros argiuos:censuimus scribi agros argiuos.Solet enim Plautus lu
dere in uerbis: ut alibi nitidis nitoribus: cum bulis cum bolis.& Paulo infra Nequiter ferire malam male di
scit manus:& optime optuno optumã operã das. Argos aũt casus accusatiui:& nũeri pluralis est huius noĩs
argos:qđ i singulari neutri:& plurali masculini ẽ gñis:& ẽ locutio huiusmodi:tanq̃ si diceres:abituros gallos in
galliã:uel uenetos uenetias:aut romanos romã:etiã si nõ oẽs essent galli:aut ueneti:aut romani:uel nõ oẽs ex
gallia:uenetiis:aut roma discessissent:dum tamen sub imperatore gallo:ueneto:uel romano militarent. Sese Igitur.
igitur.i.proinde: ut Donatus exponit hunc locum citans in eunucho Terentii:uel pro postea:ut Nonius: Expugnas
hunc eundem locum adducens. Expugnassere: expugnaturum esse:fecit enim ueluti infinitum a uerbo sere.

expugnasso:quod usurpat pro expugnauero:nō aliter q̄ enicasso:pro necauero supplicasso pro supplicauero:irritasso pro irritauero. Ordine iterarunt ii quos p̄fecerat.addendum fuit ii metri necessitate. nam aliter uersus deficiat. Superbe nimis & ferociter.Ita potius scribendū cēsemus:q̄ superbi nimis ferociter:uel superbe nimis ferociter: absq̄ copulatiua & sentētiæ cōgruitate:& grāmaticæ cōcinniori cōstructiōe. Propere de finibus suis.nō de suis finibus:metri necessitate cogente. Postq̄ utrinq̄ exitū est.hinc iam incipiūt uersus trimetri brachicatalectici:quinq̄ pedibus cōstantes.Postq̄ inquit utraq̄ pars exiuit in campū maximo numero. Partiti uiri dispertiti ordines. ita scribēdū uersum hūc censemus: ut constet suis quinq̄ pedibus. hoc dicit: postq̄ partiti sunt uiri: ut in ordines suos redigerentur. Itē hostes cōtra suas īstruūt.subaudiē dū extrinsecus legiones;nō ascribēdū:metri ratiōe refragante.

Conuenit.
Cōuenit uicti utri sint.teleboæ.s. uel thebani.dicimus conuenit mihi tecū: uel conuenit inter nos. hoc ē concordes sumus: & pactione firmamus.

Focus.
Focos. hoc est domos.ī qbus foci sunt. Focus aūt locus est in quo ignis fit: a fouendo dictus: quia in eo ignis seruatur:& fouetur. Tibullus. Dum meus assiduo luceat igne focus:a quo

Foculus.
foculus. Gellius. Tū illa foculū corā rege cum igni apposuit:& tris libros ex nouē deurit.

Vtrinq̄ tubæ canūt. Ita scribi metri necessitas cogit: & nō: tubæ utrinq̄ canunt.

Hortariq̄ exercitū. addendū fuitq̄:metri necessitate. Edit:ferit.nō ferro ferit: ut codices fere habēt. Abūdat.n.ferro si metri ratio habeatur. Tela frāgūt.Frāgūt:& sniæ cōcinnitas:& metri necessitas:& oēs codices legi uolunt:nō frāgūtur:ut pius corrigit cōtra oēm rationē. Boat cælū fremitu uirū.Virorū inquit fremitu:& clamore cælū boat.i.resonat.uerbum græcū est ad latinā cōuersum inflexionē. Βοάω græce:significat clamo: resono. Et spiritu atq̄ anhelitu nebula cōstat.Ita ordinādus est cōtextus:& sensus:ut dicat. Nebulā erigi ex spiri

Constat.
tu & anhelitu cōferentiū manus. Cōstat quippe significat erigitur:uel attollitur:ut inqt Nonius hunc locū citans. Vulneris ui & uiriū.delēdū est uerbū cadunt:qđ hic perperam antescriptū erat:& subsequi debet uersus. Crebri hostes cadunt.non aūt. Deniq̄ ut uolumus.Ille enim postponendus est:ut nos ordinauimus:sententiæ congruitate: & concinnitate ita exigente.Dicit ergo q̄ ui uulneris:hoc est uulnerum:quæ faciebāt the-

Ingruere.
bani in teleboas:& ui uirium ipsorum thebanorum: crebri hostes cadebant. Nostri contra ingruunt.i. magno impetu superueniunt:ut Virg.Ingruit æneas italis:& armorū ingruit horror.Verbum est: tractum a gruibus: quæ miro ordine procedentes: non se segregant quum uolant:uel pascuntur: ut notat festus. Vnde di-

Cōgruere.
ctum est congruere. Deniq̄ ut uolumus.Hic uersus subsequitur:ut diximus: ratione sentētiæ. Tandem inquit:nostra manus: & exercitus noster superior restat. Vicimus ui feroces.Hic uersus uidetur esse monometer hypercatalecticus.i.duorum pedum:& unius syllabæ. Et melius subscribi debet:huic incipienti. Deniq̄ q̄ illi. Crebri hostes. sententiæ concinnitate. Sed se in fugam.Iterum uersus sunt trimetri brachicatalectici;

Hæc ubi telebois ordine iterarunt ii quos præfecerat
Amphitryo:magnanimi uiri freti uirtute:& uiribus
Superbe nimis & ferociter legatos nostros increpant:
Respondent bello se & suos tutari posse. proinde uti
Propere de finibus suis exercitus deducerent.
Hæc ubi legati pertulere:amphitryo castris illico
Producit omnem exercitum.contra teleboæ ex oppido
Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.
Postq̄ utrinq̄ exitum est maxima copia:
Partiti uiri:dispertiti ordines:
Nos nostras more nostro & modo instruximus
Legiones:item hostes contra suas instruunt.
Deinde utriq̄ imperatores in medium exeunt.
Extra turbam ordinum colloquuntur simul.
Conuenit:uicti utri sint eo prælio.
Vrbem:agrum:aras:focos:seq̄ uti dederent.
Postq̄ id actum est:utrinq̄ tubæ canunt:contra
Consonat terra:clamorem utrinq̄ efferunt.
Imperator utrinq̄ hinc & illinc ioui
Vota suscipere: hortariq̄ exercitum.
Pro se quisq̄ id quod quisq̄ potest & ualet:
Edit:ferit: tela frangunt:boat cælum
Fremitu uirum.& spiritu atq̄ anhelitu
Nebula constat.uulneris ui & uirium
Crebri hostes cadunt:nostri contra ingruunt:
Deniq̄ ut uolumus nostra superat manus.
Vicimus ui feroces:sed se in fugam nemo tn̄ conuortitur:

quinq; pedibus cõstantes:sed tamen inquit: nemo conuertit se in fugam.conuertitur autem pro cõnuertit pó
suit:ut Nonius inquit:hunc locum adducẽs: & scribendũ censuimus potius.Sed se in fugam:q̃ sed fugam in se:
cócinniori uersus & uerborum ordine. Quin statim rem gerat.i.perseuerãter.Noñ. Statim producta prima syl Statim.
laba a stando:perseueranter & æqualiter signat Plautus:nec recedit loco:quin statim rem gerat:hæc ille.Sed &
idem Plautus alibi in pœnulo inquit.Nam nisi clamabis statim te obrepet fames.Vbi statim prima longa simi
liter positũ est pro perseueranter:nam quũ primá breuem habet:illico significat:ut infra dicemus. Demigrẽt.

Nec recedit loco quin statim rem gerat.
Animam omittunt priusq̃ loco demigrent.
Quisq; ut steterat iacet:obtinetq; ordinem.
Hoc ubi amphitryo herus conspicatus est:
Ilico equites iubet dextera inducere.
Equites parent citi:ab dextera maximo
Cum clamore inuolant:impetu alacri
Fedant & proterunt hostium copias

Me. Iure iniustas nunq̃ etiã qcq̃ adhuc uerbo℞ ẽ ꝓlocutus ꝑperã.
Nam ego fui illic i re præsenti:& meus quũ pugnatũ ẽ pater.

So. Perduelles penetrant se in fugam:ibi nostris aius est additus.
Vortentibus tele bois:telis complebantur corpora.
Ipsusq; amphitryo regem ptelelam obtruncauit sua manu.
Hæc illic est pugnata pugna abusq; mane ad uesperum.
Hoc adeo hoc cõmemini magis:quia illo die ipransus fui.
Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo.
Postridie in castra ad nos ex urbe ueniunt flentes principes:
Velatis manibus orant ignoscamus peccatum suum.

recedãt:abeant.est au
utẽ secũda breuis hoc
loco.Vt ẽt apud Ma-
nilium in tertio. Na-
scentũ acciperent pro
prias: signisq; migra-
rent.alias autem lon-
ga ẽ.Virg.Veteres mi
grate coloni. Ani-
mã omittunt. Iuxta il
lud Salustii. Nã fere
quem quisq; uiuus lo
cũ pugnãdo cæperat:
eũ amissa aia corpore
tegebat. Inuolãt.ir Inuolo.
ruũt: ingruũt: insiliũt:
inuadunt:ita exponit
Noñ.locum hunc ci-
tans. Fœdant. fœ-
da: & tabido cruore
perfusa strage macu-
lant:& uastãt.Sic Vir-
gil. Impulerat ferro
argolicas fœdare la-
tebras. Proterũt.dis
sipant cõterunt. Iu
re iniustas. Hic uide-
tur esse uersus Mono
meter acatalecticus:
duobus solis pedibus cõstans.Additus aũt hoc locó a póeta sub persona Sosiæ:maximo artificio:ac si diceret: &
merito qdẽ:perfidos latrones. Nunq̃ etiam.loquitur Mercurius.Et uersus sunt tetrametrici acatalectici: octo
pedibus constãtes usq; ad illum uersum.Nunc pergam. Perperam.praue peruerse:ut inquit Seruius:adducẽs Perperam.
illud Terẽtii in phor. Verũ isthoc de nomine eo perperam olim dixi:ne uos forte imprudentes foras efutiretis Perperi.
perperos quoq; Nonius inquit indoctos: stultos: rudes:insulsos:ac mendaces appellatos: & perperitudinẽ pro
ignorantia & stultitia. Nam ego fui illic.Scribẽdum est nam.& nõ nanq; metri necessitate. nam aliter uersus
nõ consisteret:& ita habent etiã codices antiqui manu scripti. Quum pugnatum est.& ita quoq; scribendum
est:ex codicibus antiquis:& sententiæ congruitate:& nõ pugnatus est:ut fere habent codices impssi: & Sarrace-
nus legit: exponens:quũ meus pater pugnatus est.i.pugnauit:quia Iuppiter fauit amphitryoni in bello. Per- Perduellio
duelles. hostes & pduellio is dicitur qui pertinaciter retinet bellum. Vlpiano aũt perduellio dicitur reus læsæ
maiestatis. Penetrant se.agunt se:actiuum fecit. Ibi nostris animus est additus.Ita legẽdus est uersus metri
ratione:nam si legas additus est.uno pede deficiat:aut dimidio. Additus aũt.i.adauctus:nam ob uictoriam
homo insolescit. unde Demosthenes ad Alexandrũ scribẽs.Ne credas inquit uictoriæ:q̃ de sui natura insolẽs ẽ
& superba. Pugnata pugna.Archaismos:ut uiuo uitã:seruio seruitutẽ.uõ aũt Paronomasia:ut pius inquit.est
enim paronomasia modus loquẽdi:quũ sumptis in cogitationẽ aliquibus uerbis:uel noibus: breuiter trãsmutã- Paronoma
tes:alteram mouemus intẽtionem:ut abiit nõ obiit:& apud græcos.ου Τηυ υλακηυ αλλα την φυλακηυ.Ar- sia.
chaismos aũt antiquus est quidã loquendi mos:ut pugnata est pugna:fugauit fugam:uitam uixit. Itaq; erra- Archais-
uit pius: nõ leuiter hac parte:nam illud tacemus:q; nomen ipsum figuræ exprimere nesciuerit: sed indocte ad- mos.
modum scripserit: dicẽs Paranomasia est: quum paronomasia scribi debuisset per.o. in secũda syllaba:quippe:
quũ apud græcos p.ω.magnũ scribatur:& nõ per a. Abusq; mane ad uesperũ.ita scribẽdus ẽ uersus:& metri Mane.
necessitate & uerbo℞ cõtextus cõcinnitate politiori.Mane aũt dicitur prima diei pars:quia manũ ãtiqui clarũ di
cebant:& id tẽpus post noctis tenebras clarũ est:ut Noñ.inqt. Hoc cõmemini magis.hoc ꝓ tanto exponendũ
est:ut Propertius. Hoc magis accæpta fallit uterq; fidẽ. Postridie.postero die ut pridie priori die. Ad nos ex
urbe ueniunt. ita scribenda sunt:& non ex urbe ad nos ueniunt: metri necessitate:nam aliter uersus deficeret.
Velatis manibus.mos ꝓcantũ erat uittis & ramis oliuæ manus uelare:hoc est in manibus ferre uittas & ra- Velatæ ma
mos.Sic Virg.Nc temne q; ultro ꝓferimus manibus uittas ac uerba ꝓcantũ:& paulo supra centũ. Oratores au- nus.
gusta ad mœnia regis Ire iubet ramis uelatos palladis omnes. Peccatũ suũ.accusatiuus ꝓ datiuo est:ut Mar-

cellus inquit:hūc locū adducens.i.peccato ſuo:nam Ignoſco datiuū requirit:ut apud Saluſtiū ignoſcite cethegi
Ditio. adoleſcētiæ:niſi ignoſcamus pro remittamus exponas. In ditionem.in īperium in poteſtatē.Ditem.n. antiqui
diuitem dixerūt:a quo ditior dititiſſimus:& ditio.Virg.Et uictor ditione tenebat. Patera.Macrobius libro q̄nto
ſaturnaliū ſic ait.Eſt aūt Carcheſium poculum græcis tantū modo notum.Meminit eius pherecydes in libris hi-
ſtoriarū:atq; iouem alcumenæ ꝓtium cōcubitus Carcheſiū aureū dono dediſſe.Sed Plautus inſuetū nomen reli
Patera. quit:atq; in fabula amphitryone:pateram datā dixit:quū longe utriuſq; poculi figura diuerſa ſit. Patera.n. ut &

Deduntq; ſe:diuina humanaq; omnia:urbem:& liberos.
In ditionem atq; in arbitratum cuncti thebano populo.
Poſt ob uirtutem hero amphitryoni patera donata eſt aurea:
Qui pterela potitare rex ſolitus eſt:hæc ſic dicam heræ.
Nunc pergam heri imperium exequi:& me domū capeſſere.
Me. At at illic illuc iturus eſt:ibo illi ego obuiam.
Neq; ego hunc hominē hodie ad ædis has ſinā unq̄ accedere.
Quando imago eſt huius in me certum eſt hominē eludere.
Et enimuero qm̄ formam cæpi huius in me & ſtatum:
Decet & facta moreſq; huius habere me ſimiles item.
Itaq; me malum eſſe oportet callidum:aſtutum admodum:
Atq; hunc telo ſuo ſibi malitia a foribus pellere.
Sed quid illuc eſt? cælum aſpectat:obſeruabo quā rem agat.
So. Certe edepol ſcio ſi quicq̄ eſt quod credam aut certo ſciam;

Ipſum nomē indicio
eſt:planum ac patens
Carcheſiū. eſt.Carcheſiū uero ꝓ-
cerū:& circa mediam
partē compſſum:'an-
ſatū mediocriter: an-
ſis a ſummo ad infi-
mum pertingētibus.
Aſclepiades autē uir
inter græcos apprime
doctus ac diligēs:Car
cheſia a nauali re exi-
ſtimat dicta.Ait enim
Naualis mali partem
inferiorē pternam uo
cari: at circa mediam
ferme partē Τραχη
λοϲ dici. Sūmam ue
ro partem Carcheſiū
nominari:& inde dif
fundi in utrūq; uel
latus ea:quæ cornua
uocantur.hæc Macro
bius. Ioānes aūt Ba-
ptiſta pius:quū hæc Macrobii uerba referret in ſuos cōmētarios:nec quid ſibi uellēt Intelligeret:ut ſæpe alias ita
& hic pueriliter lapſus eſt:inquiens ac ſcribens naualis ueli:pro naualis mali:ac paterā:pro pternā:nec nō eaq;
cornua:ꝓ ea quæ cornua:quū ueli nullo modo in loco illo ſtare poſſit:neq; patera:neq; eaq;:ſi ſentētiæ cōgrui-
Pterna. tati cōſultum uelimus:id quod doctorum iudicio relinquimus.Pterna aūt calcaneum ſignificat dicta:ut Suidas
Trachelus inquit:quia ſuper eo totum corpus cōſiſtat:Τραχηλοσ ſpina eſt:quæ medium hominem a capite ad imum cor
poris ſecat.Carcheſium uero ſummū mali ſignificare:& uulgus ipſum aſſent:calceſium uocans:& Noň.ſummā
partem mali.i.foramina:quæ ſummo mali funes recipiunt eſſe aſſent:ultra certum poculi genus. Qui ptere-
la potitare rex qui pro qua poſitum eſt.Potitare aūt ſcribēdum eſt:metri neceſſitate:& nō potare:ut pius inepte
ſcriptum reliquit:cōtra legem carminis. Nunc pergam.hic iam incipiunt uerſus tetrametri brachicatalectici:
Capeſſere, ſeptem pedibus cōſtantes uſq; ad finem huius ſcenæ. Capeſſere.cōferre:recipere:alias perferre. Virgil. Mihi
At at. iuſſa capeſſere fas eſt. At at.Interiectio eſt de improuiſo aliquid dep̄hendentis Seruio: uel paulatim percepti
atq; Intellecti mali Donato. Ibo illi ego obuiam.Ita ſcribenda ſunt uerba:ſi cōgruitati uerſus ſatiſfactum ue
limus.Et nō.Ibo ego illi obuiam. nam pes unus deficeret. Neq; ego.Si quis nugis:ambagibuſq; pii mentem
adhibeat hoc loco:tam multa coaceruantis de duabus abrogatiuis:hoc eſt abnegatiuis:quæ quādoq; ſententiā
roborent:ut nunc apud Plautum:facile dep̄hendat:illum oīno Inſcium tetrametri huius brachicatalectici carmi
nis:& perq̄ rudem.Nam in hoc uerſu nō ſunt duæ negatiuæ modo ullo:quinimo lege ipſa carminis eſſe non
poſſunt:neq; ſic legi pōt uerſus:ut In codicibus fere oībus Impreſſis ſcriptum eſt calchographorū inſcitia:hoc ē:
ad ædis has ſinam nuuq̄ accedere:ſed ſinā unq̄ accedere:ex codicibus antiqs & manu ſcriptis:& uerſus cōgrui-
tate:ceſſantq; futiles omnes illius ſuper hac re cōmentationes. Statum.ſtaturam cōſiſtentiæ modū:& figurā.
Status. Super illo Terentii:uidere nimium uellem:qui eſſet ſtatus:Donatus ita inquit.Statura corpori aſcribitur. Status
Statura. ad habitum refertur:ergo ſtatus eſt ſcenici.Statura longitudo corporis. Telo. telum dicitur quicquid manu
Telum. emittitur.Vnde lapis:lignum:plūbum:ferrum hoc nōie continētur:dictum ab eo:ꝙ in longinquum mittatur.
Τηλε enim:ſiue Τηλου longe ſignificat: quod & græci Βελοσ dicūt απο Του Βαλλειμ.i.a iaculando.Si-
ſenna.Manuales lapides diſpartit:propterea ꝙ is ager omnis eiuſmodi telis indigebat.Et Virg.pro gladio po-
ſuit.At non hoc telum mea quod ui dextera uerſat effugies.Sed hoc loco metaphorice poſitum eſt pro malicia
Cælum, & fraude. Suo ſibi.pro ſuo:& peculiari.nam ſeruorum telum:malicia eſt:& fraus. Cælum aſpectat. Quum
mitaretur Soſia:nūdum illuceſcere: noctemq; cam lōgius ſolito produci:ſuſpiciebat in cælum:uiſurus:an ſtellæ
iam occiderent.Cælum autem uel a celando dicitur:quia omnia cælet & tegat:uel quia cælatum & inſignitum
ſit ſtellis:ut Plinius ait:uel a κοιλοϲ.i.curuum:quia ipſum curuum ſit & concauum. Vt etiā Varro teſtatur.
itaq; & per.ae.& per oe diphthongum ſcribi poteſt.Eſt aūt deorum domicilium:& pro aere etiam accipitur.Lu-
cretius.Quæ generantur in hoc cælo:qui dicitur aer. Si quicq̄ eſt quod credam. ita ſcribenda ſunt uer-
ba; & non ſi quicq̄ eſt aliud quod credam.Superfluit enim aliud: ſi uerſus ratio animaduertatur.

Credo hac egó noctu·ita scribendus est uersus metri necessitate: & non credo ego hac noctu : contra ratioñe metricá. Nocturnú·noctis deum. Septẽtriones. Quæ sydera mouentur circa polum arcticum: suntq; nobis Septentriones.
semper apparẽtia:ea græcis αμαξας:ut inquit Varro. Nobis uero septẽtriones appellãtur:quia septem sint:& tãq̃
triones:hoc est boues:partes cæli terant circa polũ ipm:triones.n.boues a Varrone dicũtur:quasi terriones a ter- Triones.
ra quá arabant:uel stellæ ipse triones uocãtur:q̃ ita sitæ sint:ut terne trigona faciant. ná quoquomodo spectẽtur
illæ stellæ: triangularẽ ostẽdũt figurá. Luna quoq; mutat·ad ullá partem uertit: & uoluit. Statq; uti exorta ẽ

Credo hac ego noctu nocturnum obdormiuisse ebrium.
Nam neq; se septentriones quoq̃ in cælo commouent.
Neque se luna quoq̃ mutat statq; uti exorta est semel.
Nec iugulæ:nec uesperugo:neque uergiliæ occidunt.ita
Statim stant signa:neque nox quoq̃ concedit die.
Me. Perge nox ut occœpisti:gere patri morem meo.
Optune optumo optumá opam das:datam pulchre locas.
So. Neque ego hac nocte longiorem me uidisse censeo.
Nisi item unam uerberatus quam pependi perpetem.
Eam quoq; ædepol multo hæc uincit longitudine.
Credo equidem etiam dormire solem atq; appotum probe.
Mira sunt nisi inuitauit sese in cœna plusculum.
Me. A in uero uerbero? deos esse tui similis putas?
Ego pol te istis pro tuis dictis & malefactis furcifer
Accipiam. modo sis ueni huc:inuenies infortunium.

semel. stat legendum censemus: sensus concinnitate:& maiori cõtextus similitudine : quippe omnes codices habẽt: atq; uti. Et non. Estq; ut corrigit Pius audax admodũ litteræ antiquæ deprauator:dicens. Atq; uti obelo fodica hæc uerbo monstra: his ascitis:Estq; uti. Nec iugulæ : iugula : ut Festus Pompe.inqt: dicitur stella orion: q̃ amplior sit cæteris: quasi nux iuglandis. Varro aũt sic. Iugula signum est:qđ actius appellat oriona:quũ ait Citius orion patefit: huius signi caput dicit e stellis quattuor: quas ĩfra duæ claræ : quas appellant humeros: iter Iugula.
quas qđ uidetur iugulũ·unde iugula dicta. De orione multa Iginius:& alii. Dicimus aũt orion:& oarion: ad cal Orion.
limachi:& aliorum græcorum exemplum·unde Catullus. Proximus hydrochoi fulgeret oarion. Vesperugo·uespe- Vesperugo
ruginem Varro scribit:stellam esse:quæ uespere oritur:unde & uesper dicitur. Vitruuius aũt libro nono ita inqt.
Id aũt maxime ita esse cognoscitur:ex ueneris stella:q̃ ea quũ solem sequatur:post occasum eius apparens in cæ
lo clarissimeq; lucens uesperugo uocitatur:aliis autem temporibus eum antecurrens;& oriens ante lucem lucifer appellatur. Neq; uergiliæ occidunt.tendunt ad occasum· Seruius primo georgicon. Pleiades inquit signũ Vergiliæ.
ante genua tauri:qđ ortu suo primæ nauigationis tempus ostendit. unde græce pleiades dicuntur. απο του
πλειν.i.a nauigando. Latine uergiliæ a uerni tẽporis significatione:quo oriuntur:alii aũt eas pleiades appellatas Pleiades.
Am. Nimia memoras mira:sed uidistin uxorem meam?
So. Quin intro ite in ædis nunq̄ licitū est.Am.quis te prohibuit?
So. Sosia ille:quem iādudum dico:is qui me contudit.
Am. Quis istic sosia est?So.ego inquā.quotiens dicendū est?
Am. Sed quid ais?nū obdormiuisti dudū?So.nusq̄ gentiū.
Am. Ibi forte istum si uidisses quendā in somnis sosiam.
So. Non soleo ego somniculose herilia imperia persequi.
Vigilans uidi:uigilans nunc uideo: uigilans fabulor.
Vigilantem ille me iandudum uigilans pugnis contudit.
Am. Quis hō?So.sosia inquā ego ille.quæso nōne intelligis?
Am. Qui malū intelligere quisq̄ potis est?ita nugas blatis,
So. Verū actutū nosces illū inquā seruū sosiam.
Am. Sequere hac igitur me:nā mihi istuc primū exquisito opust.
Sed uide efferantur ex naui quæ iam imperaui omnia.
So. Et memor sum:& diligens: ut quæ imperes cōpareant.
Non enim ego cum uino simitu ebibi imperiū tuū.
Am. Vtinam di faxint:infecta dicta recte ueniant tua.

Alcumena Amphitryo. Sosia.

Al. Satin parua res est uoluptatū in uita:atq; in ætate
Agunda:præ q̄ qđ molestū ē?ita quoique cōpatum
Est i ætate hoium:ita dis placitū:uoluptati ut mœror
Comes consequatur.quin incōmodi plus maliq; ilico
Adsit:boni si obtigit quid.nā ego id nūc experior domo:
Atq; ipsa de me scio:cui uoluptas parumper datast:dum uiri
Mei mihi potestas uidendi fuit noctem unam modo:

tollendū est uerbū est:& scribendū opust:metri necessitate. Sed uide efferātur ex naui. Ita scribēdus uersus est: metri ratione cogente:& non.Sed uide ex naui efferantur:claudicaret.u. uno deficiens pede. Non enim ego. nisi enim adiicias:hic quoq; uersus claudicaret. p̄pterea addēdum curauimus.

Simitu. Simitu.i.simul:ita Noñ. asserit hunc locū adducēs:& alibi in mercatore.Ita tres simitu res agēdæ sunt.Vtinā dii faxint.hæc uerba amphitryonis sunt:timētis fortasse uxoriæ pudiciciæ:& secū dicentis.Vtinam uana huius sint uerba & fantastica atq; illusoria: licet ad sosiam loqui uideatur qui iam aliud agebat.

Satin parua res est uoluptatū. Tetrameter quoq; brachicathalecticus est uersus huius scenæ: quēadmodū & superioris.In qua ueræ & pudicæ couiugis officium exprimitur.Conqueritur uáq; alcmena:ac se angit:& excruciat:ob abitum mariti (existimabat enim iouem qui nuper ab ea discesserat amphitrionem esse.)Inquit igitur:& cum interrogatione uerba legenda sunt. Satin parua res est uoluptatum in uita &c. hoc est.An non sunt uoluptates in hac uita paruæ: & pusilli momenti i respectu molestiarum:quæ postea consequuntur? iuxta quam sentētiam: & Naso dixit. Sed tamen usq; adeo nulla est sincera uoluptas:sollicitūq; aliquid lætis interuenit:& Lucretius.Medio de fonte leporum surgit amari aliquid. Et Diodorus.Natura enim bonis quæ largitur hominibus:& mala īmiscet.Sed & Plato Dulcedinem & tristiciem ex eo dem uertice labi credit. Ordo igitur est.Res uoluptatum in uita atq; in ætate ag.satin pro satis ne parua est? ac

Cōparatū. si diceret:est proculdubio. Præterq̄.idest respectu eius. Comparatum.institutum:destinatum. Teren. q̄ inique comparatum est:ut ii qui minus habent semper aliquid addant diutioribus. Experior domo. idest in causa mea peculiari:& re domestica. Plus ægri.maiorem ægrimoniam:& animi sollicitudinem. Ex abitu.ex di

ſceſſu. Beat. beatam reddit:& ueluti felicitate afficit. Quod pduelles.ꝙ hoſtes uicit:tollendū eſt ſaltē:ꝙ ꝑpoſitū his erat: uti ſupfluens:metri rōne. Domū recipiat.uel ſubaudiendū eſt ſe:& non ſcribendū:qñquidē metri ratio nō patitur:uel recipiat domū:ideſt redeat:& iteꝜ capiat exponēdū eſt. Eius abitū. ſcribendū eſt:& nō abitum eius?metri neceſſitate. Vſq. diu:ualde:ꝗ maxime. Obſirmato.obdurato: cōſtanti. Vt meus uictor uir belli redeat.Vt redeat uictor belli.i.uictis hoſtibus:& debellatis:redeat aūt legendū cenſemus potius: ꝗ reducat: ſed eo magis:quo Pius in priſcis exēplaribus ſcriptū eſſe atteſtatur redeat:etiā ꝙ exēplaria fere oia quæ uidimus:

Atq; is repente abiít a me hinc ante lucem.ſola hic mihi
Nunc uídeor:qa ílle hinc abeſt quē ego amo ꝑter oēs. plus ægrí
Ex abitu uiri:ꝗ ex aduētu uoluptatis cæpí
Sed hoc me beat.ꝙ per duelles uícit:& domum
Laudís cōpos reuenit:in ſolatio eſt.abſit:dū modo
Laude parta domū recipiat:feram:& perferā uſq; eíus abitū
Animo forti atq; obſirmato:id modo ſi mercedis datur
Mihí:ut meus uictor uír bellí redeat:ſatis mihí
Eſſe dícam.uírtus præmiū eſt optimū uirtus omnibus
Rebus anteit profecto.libertas:ſalus:uita:
Res:parentes:patria:& prognatí:tutantur:ſeruantur
Vírtus oia ín ſeſe habet.omnia adſunt bona quē peneſt uirtus.
Am. Aedepol me uxorí optatú credo aduenturum domum
Quæ me amat:quā contra amo:præſertim re geſta bene.
Victís hoſtibus:quos nemo poſſe ſuperari ratus eſt.
Quos meo auſpício:atq; ductu primo cœtu uícimus.
Certe.enim me ílli expectatum: optatum uenturum ſcío.
So. Quí me expectatú non rere amicæ uenturum meæ?
Al. Meus híc uír qdē ē. Am.ſeqre hac tu me.Al. nā qd ílle reuertít?
Quí dudū properare ſe aiebat? an ílle me tentat ſciens?

reducat habeát. Dicam. fatebor: uel ducam exiſtimabo:& mihi ipſi ex abitu uiri ſatiſfactum arbitrabor.
Virtus.Sentētia aurea ē:qua ſignificatur uirtutē ꝑmiū eſſe ꝑcipuū ſtudioſi:hic illud elegātiſſime dictum. Mihi cane & muſis: ego & tu magnū theatrum ſumus.unde Silius.Ipſa quidē uirtus ſibimet pulcherrima merces. Et Claudianus.Ipſa quidē uirtus ꝑtium ſibi: ſolaq; late fortunæ ſecura nitet: nec faſcibus ullis erigitur: plauſu ne petit clareſcere uulgi: nil opis externæ cupiēs: nil indiga laudis:Diuitiis animoſa ſuis: imotaq; cūctis Caſibꝰ ex alta mortalia deſpicit arce. Sed & Lucilius quæ in definitionem uirtutis cadunt: ita elegantiſſime paucis collegit. Virtus albine eſt ꝑtium perſoluere ueꝛ:Quis inuerſamur:quis uiuimus rebus adeſſe. Virtus eſt homini ſcire id:quod quæq; habeat res. Virtus ſcire homini rectū:utile:quid ſit honeſtū:Quæ bona:quæ mala item:quid inutile:turpe: inhoneſtū: Virtus quærendæ rei finē ſcire:modūq;. Virtus diuitiis ꝑtium perſoluere poſſe. Virtus id dare:qđ reipſa debetur honori:hoſtem eſſe atq; inimicū hominū morūq; maloꝝ:Contra defenſorem hominū morūq; bonorum. Magnificare hos his bene uelle:his uiuere amicū. Cōmoda ꝑterea patriæ ſibi prima putare. Deinde parentum: tertia iam poſtremaq; noſtra. (Virtutis laus.)

Tutantur.paſſiue poſuit:quū uerbum ipſum ſit deponēs.i.defendūtur. (Tutari.) Aedepol me uxori optatum.uerba ſunt Amphitryonis ueri cum ſoſia iam appropinquātis:qui ita ſecum loquitur : profecto exiſtimo meæ uxori optatiſſimus aduētare:quum & diu abſuerim.& illa me ex animo amet:quæ etiam a me amatur: ſed eo amplius illam me uidere cupere:quū rem bene geſſerim:& hoſtes deuicerim:& optatum ſcribendum eſt:metri neceſſitate:non exoptatū.nam pes unus abundaret. Re geſta bene. ideſt feliciter adminiſtrato imperio.

Primo cœtu.primo cōgreſſu:primo inito prælio:quum primum coiuimus. Cœtum enim a cocundo dictum uolunt. (Cœtus.) Qui me expectatum non rere.qui pro quomodo:ut qui ſit Mecœnas:& ſcribendum eſt: expectatum non rere:non autem:non expectatum rere.nam uerſus non conſiſteret. Sunt autem uerba ſoſiæ ſerui:ſe æquare hero ſuo poſtulantis:ut ſicut ille optatus ueniat ab alcmena uxore:ita ipſe ab amica ſua. Nec ſcribendū eſt num ut ſit interrogatio:quæ fiat per .n.& per.m.ut Pius ait.Sed non:ut ſit:quo modo? non putas etiam me ab amica mea expectatum aduenire. Meus hic uir quidem eſt. Alcmena conſpicata Amphitryonem:& exiſtimans illum eundem eſſe:qui nuper diſceſſerat domo inquiens ſe ad exercitum properare: admirabunda loquitur. Et ſcribendum eſt.Meus hic uir quidem eſt:metri neceſſitate & non:meus uir hic quidem eſt.nam pes unus uerſui abundaret:qđ interpretes noſtri non uiderunt. Sequere hac tu me.loquitur amphitryo. Nam quid ille reuertitur.Cur.inquit Alcmena hic iam reuertitur:qui mihi dixit nuper:ſe properare:nec diutius hic manere poſſe.
Qui dudum properare ſe aiebat.tollendum fuit alterum ſe:qđ hic aſcriptum erat: metri ratione ita exigente.
Sciens.prudens de induſtria dedita opera.Inter prudentem: & ſcientem Donatus hoc diſtare ait:ꝙ prudens eſt:qui intelligētia ſua aliqd ſentit.Sciens qui alicuius indicio rem cognoſcit.ergo prudens p ſe.Sciens per alios. (Prudens. Sciens.)

Atq; id si uult experiri.q. si inquit:id experiri uult. Vt desiderem.idest quantũ ego cupiam. Suum abitum idest eius hinc discessũ. Ecastor.profecto eo usq; abitũ eius desidero:ut libens gaudẽsq; redeuntẽ illum consp- ciam:ut hoc uersu quasi rideat motæ per ipsam dubitationi:an.s.lætetur uiri abitu:uel tristetur. Redire ad na- uem meliust nos.meliust pro melius est.nam uersus ratio:non tolerat melius est. Qua gratia.qua causa: cur.

Qui tibi istuc in mentem uenit.qui pro quo nõ:ac si diceret:qua coniectura hoc tibi in mentem uenit. Et scri- bendum est:qui tibi istuc.Et non:qui tibi nunc istuc:abundat.n.nunc:nec uersus ratio eam dictionem patitur.

Sero. Sero. tarde: iá acta cœnæ tempestiuitate. Sero enim tarde signi ficat.Claudianus.Im periũ tibi sero datum. Seneca. Sero nos illo referat senectus. Ne- mo ad id sero uenit. unde nũq̃ quũ semel uenit potuit reuerti. Sero ẽt significat post tempus opportunum: qđ tñ fere idẽ est. un- de Cicero:Quum ac- cusator milonis roga- retquo tempore clo- dius esset occisus: ur- bane respondit. Sero: quasi post id tempus: quo debuisset occidi: neq; aliter fere acce- ptũ sero aduerbialiter compitur: quáq̃ Pius hoc ipso Ciceronis ex emplo nitatur oñdere Sero crepusculum no cturnum significare i quo fallitur admodũ.

Atq; id si uult experiri:suum abitum ut desiderem:
E castor me haud inuita sed domum recipit suam.
So. Amphitryo redire ad nauẽ meliust nos.Am.qua gratia?
So. Quia domi daturus nemo est prandium aduenientibus.
Am. Qui tibi istuc in mentẽ uenit? So.quia enim sero aduenimus.
Am. Qui? So.quia alcumenã ante ædis stare saturam intelligo.
Am. Grauidam ego illã hic reliqui quũ hinc abeo.So.hei peri miser.
Am. Quid tibi nunc est? So.quia ad aquã pbendam adueni domũ:
Decumo post mense ut rationem te dictare intelligo.
Am. Bono amico es.So.scin q̃ bono animo? si situlam iam cæpero.
Nunq̃ ædepol tu mihi quicq̃ creduis post hunc diem:
Ni ego illi puteo si occepso animã omnem intertraxero.
Am. Sequere hac me modo:alium ego isti rei alligabo:ne time:
Al. Magis nunc meũ officiũ facerem:si huic eá aduersum arbitror.
Am Amphitryo uxorem salutat lætus speratam suam:
Quã omnium thebis uir unam esse optimam diiudicat.
Quáq; adeo ciues thebani uero rumiferant probam.

A sero fit adiectiuũ serotinus:ut hora serotina:tẽpus serotinũ:poma serotina. Saturá.iocus est ex polysema uoce: grauidá.n.& cũ utero tumescẽte intelligit solia:quũ cibo repletá alius intelligere posset. Quũ hinc abeo.i.quũ hinc discessi in theleboas exercitũ ducẽs. Et scribendũ est:quũ hinc abeo:& nõ q̃ abeo:metri necessitate:& sensus concinnitate. Quid tibi nũc est? addendũ fuit nunc:metri ratione.Et infra. Quia ad aquá pbendá.addẽdũ quoq; fuit quia:& metri necessitate:& snĩæ cõgruitate.est.n.rñsio sosiæ ad interrogationẽ amphitryonis. Ad aquá pbendá:quæ suppeditari cõsueuerat ab Ancillariolis seruis:ad elutrianda lintea excrementis puerilibus sordescẽ-
Dictare. tia. Rationẽ dictare.ratiocinari cõputare.Dictare ẽt significat excipiẽti suppeditare hypothesim:& scribẽdi ma-
Dictata. teriá.Ouidius.Dictandi uires siccaq; lingua negat.Propertius.Cariam purpureus quæ mihi dictat amor.Dictata puerorũ themata persio sunt.Ten cirratorũ centũ dictata fuisse pro nihilo pendas Similiter & Asconio.Ergo libel lum uult intelligi attulisse Cecilium.unde magister dictata pueris pbere consueuisset. Bono aio es.pro sis:ut huc ades pro adsis. Scin q̃ bono aio? tollendum est uerbũ sim:qđ adiectũ his erat:uti superfluens: & metri rõni
Situla. contrariũ. Situlá.Situla aquale uas est ad hauriendá aquá accomodũ:dicta a sitio uerbo:ut quidá uolunt: qa aquá sitiat cuius diminutiuũ est sitella.eam uulgo sielá appellát. Nũq̃ ædepol tu mihi quicq̃ creduis post huc diem.hic uersus ita scribi debet:metri necessitate:& tollenda dictio illa diuini:uti abundans: & sensui: & metri- cæ rationi.Nunq̃ inquit sosia:credito mihi quicq̃ post hunc diẽ:nisi ego omnem penitus aquam ex illo puteo co gar exhaurire quum semel id agere incœperoita enim hariolatur: & futurum timet:ut tanto labori hauriendæ aquæ destinetur. Creduis.pro credideris:ut duis pro dederis:uel creduas pro credas. Occœpso.occœpero: incepero. Animam.quá:quæ instar animæ latet intus in puteo. Anima inter cæteras significationes: de qui-
Anima. bus uocabulario nostro diximus:etiam aquá significat:ut hoc loco:quod & Nonius asserit. Cæterũ & uentũ: & oris halitum:& odorem rerum:& aerem:& iram:& sonum quoq; significat:& imprimis spiritum illum quo uiui mus.Et animas pro hominibus dixerunt poetæ:ut ibidem exposuimus. Intertraxero.penitus hauriá continua illa eductione. Alligabo.astringam & deuinciá:uel allegabo.i.demandabo:& destinabo. Huic.amphitryo- ni.s.non alcmenæ:ut Pius exponit:loquitur.n.alcmena:in quá cadit officium illudi eundi aduersum marito re- deunti.nam ipse continue ueniebat ad illam domum uersus.quapropter desipere uidetur Pius exponens huic,
Sperata. idest alcmenæ. Speratá suá.ac si diceret amatá:& desideratá.Inter spatá & spõsam Marcellus hoc differere ait:
Sponsa. quia vgo postq̃ petitur spata dicitur:& adducit p testimonio hũc Plauti locũ:qđ q̃ rite faciat:alii iudicẽt.Dehinc pmissam inqt dictá:uel pactá:uel spõsam dici posse.Sed & Speratũ pro sponso capi asserit:ut i illo Afranii.Cur-
Speratus. re:& nũcia uenire:& mecũ speratũ adducere. Rumiferát.publico rumore & fama ferũt & collaudát:ut exponit

Marcellus:hũc locũ citans:a rumore aũt fit rumusculus diminutiuũ.Cice.Pro cluẽtio Impitoq̧ hoĩum rumusculos aucupant. Vsq̧.cõtinue:ppetim. Haud uidi magis expectatũ.Sosiæ ṽba sunt. Nã alcmena salutanti amphitryoni nõ ridebat:sed fronte capata:& admirabũda siluerat:q̧ eã uir salutasset:tanq̃ nup adueniẽs: qui ab ea pauloante discesserat:& secũ noctẽ trãsegerat.Ideo ait sosia:haud uidi magis expectatũ. Eũ salutat magis haud quisq̃ q̃ canẽ.Nõ mirãdũ est Piũ ac Sarra.duos plauti interp̃tes:hũc locũ sicco pede p̃teriisse:quũ legãt.Eũ salutat haud quisq̃ q̃ canẽ absq̧ aduerbio illo magis:quo dẽpto:nullus p̃fecto certus sensus elici põt. Addi aũt debuit:

Valuistin usq̧?expectatus aduenio?So.haud uidi magis
Expectatum:eum salutat magis haud:quisq̃ q̃ canem.
Am. Et quum grauidam:& quum te pulchre plenã aspicio gaudeo.
Al. Obsecro castor quid tu me deridiculi gratia
Sic salutas: atq̧ apellas quasi dudum non uideris?
Quasi qui nunc primum recipias te domũ huc ex hostibus?
Atq̧ me nunc perinde appellas:quasi multo post uideris.
Am. Immo equidem te nisi nunc hodie nusq̃ uidi gentium.
Al. Cur negas?Am.quia uera didici dicere.Al.haud equum facit:
Qui quod didicit id dediscit an periclitamini
Quid animi habeam?sed quid uos huc reuortimini tam cito?
An te auspicium cõmoratum est?an tempestas continet:
Qui nõn abisti ad legiones ita ut dudum dixeras?
Am. Dudum?q̃ dudum id factum ẽ?Al. tentas:iam:pridem:modo?
Am. Qui istuc potest fieri quæso ut dicis:iã pridem:modo?
Al. Quid enim censes:te ut deludam contra lusorem meum:
Qui nunc primũ te aduenisse dicas:modo qui hinc abieris?
Am. Hæc quidem deliramenta loquitur.paulisper mane.
Dum edormiscat unum somnum:quæ ne uigilans somniat.
Al. Equidẽ ecastor uigilo:& uigilãs id quod factũ est fabulor.

tũ ex codicibus antiq̄s & manuscriptis:ĩ q̄bus utiq̧ scriptũ ẽ:tũ uero metri necessitate: & sñiæ cõcinnitate:ut sit sensus:eũ salutat magis haud.i. haud magis eũ salutat:q̃ quisq̃ salutat canẽ. Et quũ grauidam.tollendum fuit te:qd hic erat ascriptum post quum ut superfluens: metri ratione:& sermonis elegãtia.nã satis est qd' sequitur: & quũ te pulchre plenam aspicio. Verba sunt cõtinuata amphitryonis ad Alcmenã. Obsecro castor.Nõ rogãtis:sed ĩterrogãtis & irata frõte regrẽtis uerba sunt Alcmenæ.An inq̄t deridẽdi gratia:sic me salutas nũc atq̧ alloq̄ris quasi q diu absens fueris:& me nõ uideris iãdudũ? Deridiculi Ridiculus: & deridiculus: epitheta sũt: & significãt derisione dignũ:a ridẽdo.s.Plautus in sticho.Ridiculus æque nullus est:q̃ dũ esurit.Idẽ in captiuis. Dico unũ ridiculũ dictũ de dictis melioribus.Et substãtiue Ridiculũ:& Deridiculũ significãt derisionẽ: quãq̃ Ridiculũ potius dictũ significet qd' risum mouet. Ridiculũ. Deridiculũ Perinde.ita sic.nõ ac:tanq̃:ut exponit Pius somniãs.nã si perinde cũ quasi iungatur:significabit tanq̃:nõ ĩpm perinde solũ:nisi forte ita loq̄ndũ putet:tanq̃ quasi. Dediscit. postq̃ didicit obliuiscitur.Ouidi.Quæ puto dedidicit iã bona ṽba loq:hoc est dememinit:nã & hoc poetis usurpatum est Mar.Ipse iubet mortis dememinisse deus. Quid animi habeã.quo sim aĩo aduersus maritũ:an illũ amẽ:uel ne? Sed qd uos huc reuortimini.qd ẽ inq̄t:q̧ tã cito reuortimini:quũ adeo pperare ad legiones pauloante dixentis?Et addẽdũ fuit uos:metri necessitate & ex codicibus antiq̄s:deficiebat nãq̧ pes unus uersui: qd' interp̃tes nostri nõ aduerterũt. An te auspiciũ cõmoratũ est.Nã tanta fuit religionis cura apud antiquos:ut si tonuisset: uel aliud aduersum auspiciũ se ostẽdisset:nõ exirent in p̃liũ.An igitur:inq̄t:auspiciũ te detinuit an tẽpestas: qua fortassis mare nũc agitetur:ut nauigare:nõ potueris? Quãdudũ id factũ est. id scribẽdũ est metri necessitate:& ex codicibus antiq̄s:& nõ istuc. Tentas?iã.pridẽ modo.uerba sunt Alcmenæ ridẽtis ad illud:q̃dudũ id factũ ẽ.

Iam.p̃dẽ.mõ.oĩa ista aduerbia idẽ fere significãt:ac si diceres nup pauoloante:& uidẽtur plata ab ea tãq̃ irascente:& huiusmõi congeminata ṽba p iracũdiã expromẽte:nec in his. Dudũ.scribi põt:quia ṽsus nõ patitur:& abũdaret uno pede. Qui istuc põt fieri quæso.Ita legẽdũ ẽ:& nõ potis est.Decliatur.n.hic & hæc potis:& hoc pote:& significat possibilis & possibile:fitq̧ collisio hoc loco:p pote est qũo inq̄t possibile ẽ hoc sicut dicis.iam.pridẽ.mõ?quasi diceret.Impossibile ẽ hoc:qa ego hic nõ affui:nisi iam multo tpe.Et legẽdũ est:ut dicis: iã: p̃dẽ: modo:qa replicat:& reiterat ṽba p eã plata:neq̧ scribẽdũ est dudũ p pridẽ. Contra.altriusecus: econtrario:ex altera parte:ut sicuti tu ex pte tuã me deludis:ita ego te deludã? Lusorẽ.delusorem:irrisorẽ. Deliramẽta. ineptias insanias:exorbitãtias mẽtis.Lira sulcus est aratæ terræ.uñ p metaphorã:q sulcũ rõnis euagatur:is delirare dicitur:tãq̃ e lira egredi.uñ deliramẽta uocãtur. Deliramẽta. Delirare. Edormiscat.Dormiẽdo absoluat.Edormire uinũ Ciceroni ẽ dormiẽdo pficere:& excoq̄re.Eius ṽba ĩ scda Antoniana hæc sunt.Edormi crapulã inquã:& exhala. Gellius lib. vi. At nũc uidere ẽ philosophos ultro currere:ut doceãt ad fores iuuenũ diuitũ:eosq̧ ibi sedere:atq̧ operiri ppe ad meridiẽ:donec discipuli nocturnũ oẽ uinũ edormiãt. Edormire. Quæ næ uigilãs somniat.Scribẽdum est:somniat:nõ somiet:& si næ cum diphthongo legerimus:hic fuerit sensus:quæ p̃fecto uigilãs sõniat. Sed scripserim potius absq̧

diphthongo ne pro nō:hoc sensu:quæ non uigilans somniat.i.quæ nō uigilat:sed somniat.Vnde ipse rīdet:Equidem ecastor uigilo.Sic Ter.in andro.Ego id agā:mihi qui ne detur ꝓ nō detur.Et sunt uerba cōtinuata Amphitryonis:nō Sosiæ:ut inqt Sarracenus:qđ oñdunt seqntia Alcmenæ v̇ba erga amphitryonē plata. Et isthuuc & te uidi.hæc alcmenæ v̇ba oñdunt:pcedētia v̇ba amphitryonis fuisse:& non sosiæ:quū alcmena amphitryoni rñdeat:& nō sosiæ. Nō taces.loqtur sosia dērīdēs alcmenā:quāq̄ amphitryo aliter accipe uideatur: hoc ē in fauorem illius hæc v̇ba a sosia dicta.unde inqt. Hei ēt tu quoq; assentaris huic?hei addendū fuit:& sniæ cōcinnitate:& v̇sus necessitate: alit̄.n. nō cōstaret:qđ interp̄tes nostri nō uiderūt.Quid differat inter Assentari. Adulari & blandiri: diximus in Mostellaria. Quid uis fieri.Sosia loqtur. Quid uis iqt ut faciā? nescis:q si mulieri insaniēti aduersari uelis: & cōtra loq: ex insana insaniorem reddes? Bacchæ bacchanti. Bacchas scimus mulieres fuisse: quæ baccho sacrificia faciebāt. Bacchæ bacchāti.i. mulieri ebriæ insanienti: sicut sūt bacchæ mulieres baccho p insaniā sacrficantes. Feriet sæpius.magis aduersabitur. Si obsequaris.si obsecūdaueris: & illi insanæ v̇bis placidis respoudebis. Vna resolues plaga. unico ictu & uno uerbo:eius ferociā: uesaniāq; psternes.

Nam dudū ante lucē:& istunc:& te uidi.Am.quo in loco?
Al. Hic in ædibus ubi tu habitas.Am.nunq̄ factū est.So.nō taces?
Quid si e portu nauis huc nos dormientis detulit?
Am. Hei etiā tu quoq; assentaris huic?So.quid uis fieri?
Non tu scis bacchæ bacchanti si uelis aduersarier:
Ex insana insaniorem facies: feriet sæpius.
Si obsequaris:una resoluas plaga.Am atpol quin certa res.
Hanc est mihi adiurgare:quæ me hodie aduenientem domum
Noluerit salutare.So.irritabis crabrones.Am.tace.
Alcumena unū rogare te uolo.Al quid uis rogare roga.
Am. Nunc tibi aut stulticia accessit:aut superat superbia?
Al. Quid istuc in mente est tibi mi uir percontarier?
Am. Quia salutare uenientem me solebas antidhac.
Appellare itidem:ut pudicæ suos uiros quæ sunt solent.
Eo more te expertē factam aduenient offendi domum.
Al. E castor equidem te certo huc heri aduenientem ilico
Et salutaui:& ualuisses ne usq; exquisiui simul
Mi uir & manū præhendi:& osculum tetuli tibi.
So. Tun heri hunc salutauisti?Al.& te quoq; etiam sosia.

Quin.affirmantis est p certe. Adiurgare.Castigare iurgiis & pbris incessere. Iurgare. Iurgium. Lis. Iurgari & Iurgare dicimus indifferenter:p rep̄hendere:& de iure agere.nā a iure fit iurgo & iurgor.Inter iurgiū:& litem Marcellus hanc ait eē differētiā:q iurgiū leuior res est:siqdem iter bñiuolos:aut ppinquos dissensio uel cōtentio:iurgiū dicitur.Inter inimicos dissensio:lis appellatur.M.T.iii.de repu.Admiror nec re℞ solū:sed etiā v̇bo℞ elegātiā.Si iurgant inqt:bñiuolo℞ cōcertatio.(Nā lis inimico℞ est)iurgiū dicitur.Idem.Iurgare ergo lex putat iter se uicinos nō litigare. Hanc est mihi adiurgare.addēdū fuit mihi:metri necessitate:aliter.n.v̇sus nō cōsisteret. Crabrones. Crabrones.uespa℞ genus sunt:quæ tactæ magis irritātur.quo℞ ictus:ut Plynius refert:fere nō sine febri sunt:sed & satiferi.ac pemptorii. Quid istuc.quid legēdū est:metri necessitate:cui pes unus deficeret: si q legas: ut Pius & Sarracenus legūt:quid aūt:pro ad qd exponēdū est. Percontarier.Interrogare:exqrere:rimari:diligēter inqrere. Ita exponit No.hunc locū citās:& pprietas v̇bi:ut inqt:ab eo tracta est:q uada in flumibus contis exqrūt. Percōtatio. Contus. Conti.n. ut idē ait:hastæ sunt lōgiores & robustæ.Virg.Aut duris detrudere contis.Festus aūt sic. Percōtatio uidetur dicta ex usu nautico:quia altitudinem aquæ conto pertentant.Alii uolunt per cunctationem dici: q scilicet is qui curiosus est: percuncta interroget.Donati uero hæc uerba sunt.percontatus: & percūctatus scribitur. Percontare & pcōtari. Si percontatus a conto dicitur:quo nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna:Si uero percunctatus:ab eo q a cunctis perquiratur dicitur:Dicimus autem percontari:& percontare Neuius.Si percōtassem: malum hoc me præteriisset. Idem blandæ & docte percontant. Quia salutare.tollēdum fuit:si qđ hic erat interiectum:uti superfluens:sensus concinnitate. Antidhac. Antidhac.pro antehac:sic enim usi sunt ueteres:sed hic nullomodo scribi potest antehac metri necessitate. Vt pudicæ suos uiros quæ sunt solent.ordo est:ut pudicæ quæ sunt solent suos uiros appellare.

Eo more te expertem factam.Ita scribi debet uersus:metri necessitate:& non exptem te:ut scribunt Pius & Sarracenus: Expers. Expers autem dicitur:qui sine parte est:hoc est priuatus:ut hic aliqui pro ignaro & imperito accipiunt: nullamq; rerum experientiam habente. Te certo huc heri aduenientem. huc addi debuit: metri necessitate: & etiam ex sensus congruitate:qđ ii interpretes non uiderunt. Osculum. Suauium. Osculum. suauium:quanquā ita autore Marcello discernātur:q ab ore Osculum.Suauium a suauitate dicitur.Osculum quoq; paruulum os significat Mar. Ipsaq; cru leles ederunt oscula morbi. Tetuli. Tetuli.tuli:antiquum est p̄teritum a uerbo fero: siue a tollo. Nonius tetulit tulit. Actius in andromeda. Donec auxilium perseu tetulisti mihi. Priscianus quoque. Tollo inquit tetulii pro quo nunc est in usu frequenti sustuli a tulo quoque qđ uerberibus in usu fuit tetuli dicebant.

Quid igitur.subaudi paritura ẽ:uel qd igitur ais. Insania.rñdet Sosia ad illud qđ ipse dixerat:nõ est puero grauida:ac si dicat:grauida ẽ in aĩa:cuius ẽ ablatiui lſania. S h c.Amphitryo.ſ.tanq̃ ei obiiciat:q̃ ꝑter ius sinat seruũ illi maledicere. Ob istucq; omen ominator capies qđ cõdecet.ob hæc.inqt sinistra ṽba:& ob hoc diũ augurĩu:qđ de me fecisti:nõ seruato decoro:ĩsania grauidã me incessens magnũ malũ habebis:& capies qđ cõdecet.Vius aũt ita scribẽdus est:ut nos scripsimus:auferẽdũq; fuit tu:qđ ꝑpositũ erat ṽbo cõdecet:metri necessitate. nã aliter pes unus abũdabat.Cetera. Omen augurĩu significat:mõ ꝓsperũ.Virg.Omine quo firmãs alum sic incipit ipsa: mõ aduersum.Idẽ.Ne ue omine tãto ꝑseq̃re. Et sic capitur hoc loco: dictũ ab ore:ut qdã uolũt:q̃si oremen:uel ut alii:ab omento:qđ extispices notare solent. Inde ominor:ominator:ominatio: ominosus:& abominor: abominator:abominatio & abominosus. **Omen.**

So. Amphitryo speraui ego istam tibi parituram filium.
Verum non est puero grauida.Am.quid igitur?So.insania.
Al. Equidem sana sum:& deos quæso ut salua pariam filium.
Verum tu magnum malũ habebis:si hic suũ officium facit.
Ob istucq; omen ominator capies quod condecet.
So. Enimuero prægnanti oportet & malum dari:
Vt quod obrodat sit:animo si male esse occœperit.
Am. Tu me heri hic uidisti?Al.ego inquã:si uis decies dicere.
Am. In somnis fortasse.Al.imo uigilans uigilãtem.Am.ue mihi.
So. Quid tibi.est?Am.delirat uxor.So.atra bili percita est.
Nulla res tam delirantis homines concinnat cito.
Am. Vbi primum tibi sensisti mulier implicisciер?
Al. Equidẽ ecastor sana & salua sum.Am.cur igitur prædicas
Te heri me uidisse:qui hac noctu in portum aduecti sumus?
Ibi cœnaui:atq; ibi quieui in naui noctem perpetem.
Neque meũ pedem huc intuli etiam in ædis:ut cum exercitu
Hinc profectus sum ad teleboas hostis:eosq; ut uicimus.
Al. Immo mecũ cœnauisti:& mecũ cubuisti.Am. quid id est?
Nihil te pudet scelesta populi in conspectum ingredi?
Al. Vera dico.Am.non de hac tu quidem hercle re. de aliis nescio.
Al. Primulo diluculo abiisti ad legiones.Am. quo modo?

Prægnãti oportet & malũ dari.& malũ scribẽdũ ẽ.nã absq; &: ṽsus nõ cõsisteret:& in codicibus antiqs scriptũ est:& sensus cõcinnitas id reqrit: quasi dicat:ultra alia q̃ ꝑgnãtibus dari oportet malũ ẽt eis cõuenit. hoc est pomũ.Nã iocatur sosia in noie Malum: q̃a Alcmena dixerat tu magnũ malũ hẽbis.i. magnũ detrimẽtũ: & dãnũ.hic aũt ait Malũ dari oportet etiã ꝑgnãti:pomum significãs:& peculiariter fortassis alludit ad punicum siue granatum.De quo phr.lib.xxiii.Granatũ expetitur in grauidarũ malicia: & qm̃ gustatu moueat infantem. Vt qđ obrodat sit:animo si male esse occœperit. Vt si quo morbo aĩus affici cœperit:ut plærũq; prægnãtibus contingit:habeat malũ hoc est pomum:qđ obrodat.scimus.n.ꝑgnantes pomis eiusmodi libẽter uesci: & si quãdo uel in hypothymiam:uel in maliciam aliquã deciderint:pomo gustato:releuari. Vch mihi. abiiciẽdum fuit misero:quod hic ascriptum erat inter uch & mihi:metri necessitate. Atra bili ꝑcita est.i.melancholia & nigro cholo exagitatur:a quibus insania ꝓcedit:de qua melancholia intellexit Persius:quũ inqt: Scabiosus & atra Bile tumet:hæc in tantũ aĩum agitat:ut qui ea ꝑmuntur:sibi plærũq; mortẽ cõsciscant:maleq; habeãt aĩo: etiã corporis cõtagione uanescente.Ideo subiicit. Nulla res tam delirantis hoĩes concinnat cito.i. facit: nihil tam cito hoĩes deliros & insanos reddit:q̃ atra bilis. Percita.ꝑcussa ꝑcitum dicimus iracũdia & furore cõcitatũ. **Percitus.** Vbi.uel in cerebro:uel in stomacho ĩ qbus corp̃s ꝑtibus bilis ut plurimũ debaccatur:uel ubi.i.qñ:aut quo in loco. Implicisciеr.ĩplicaui:inuolui:huiusmodi.ſ.insaniã:& scribẽdũ ẽ. Vbi primũ tibi sensisti.ex codicibus antiqs:ac si dicat:qñ primũ sensisti hũc morbũ tibi supuenire? Me uidisse:q hac noctu in portũ aduecti sumus. p Synthesim.respicit.n.ad significatũ:ut pars certare parant. Sed & Syllepsis ẽ:ac si eẽt:q ego cũ cæteris aduecti sumus.p cõceptionẽ personarũ. Perpetẽ.cõtinuã:integrã:solidã:nunq̃ interruptam. Vt cũ exercitu.ut.i. postq̃.

Eosq; ut uicimus.& postq̃ eos uicimus:nõ ut uolumus:nã supfluit ṽbũ illud uolumus:quãq̃ Pius:ꝓbiorẽ uideri sibi inquit lectionẽ:in qua sit uoluimus: cõtra metri rationẽ:& codicum ferme oĩum inteĩã. Quid id est? quid ais?qđ dedecus:q̃ cõtumelia hæc est?Et addendum est post hæc ṽba:hoc carmẽ a Marcello citatũ: in expositione uocabuli:qđ est ingredi:uidelicet. Nihil te pudet scelesta populi in cõspectũ ĩgredi?qđ & Pius asserit se **Ingredi.** uidisse in antiqs exẽplaribus.ingredi.n.significat nõ solũ introgradi:ut est eius manifesta significatio:sed etiã uenire:ac se ostendere:ut ait Marcellus:hunc locũ adducens. Non de hac tu qdem hercle re.tu addendum fuit metri necessitate. nam aliter uersus non constaret:& subaudiendum dicis uera. Primulo diluculo.summo mane. Diluculum est aurora: quum incipit albescere: sic alibi: Diluculascit.i. incipit illucescere: dicitur diluculum quasi parua diei lux. diluculo etiam aduerbialiter pro summo mane accipitur. **Diluculũ.** Abiisti ad legiones.

Prodigiũ. Prodigialis. Mola.

ſcribẽdũ eſt abiiſti duplicato.i.in medio:metri neceſſitate. Prodigiali ioui.i.ioui ꝓdigia ꝓdigẽti: amolienti:& auertenti.ꝓdigialis.n.dicitur qđ ꝓdigia ꝓcurat.Et ꝓdigia Nonio dicũtur:quaſi porro adigenda.Feſto aũt quaſi ꝓdicia:q.ſ.ꝓdicant quod futurum eſt. Mola ſalſa.Mola:ut Feſtus inquit:& nos diximus in uocabulario noſtro ſignificat far toſtum ſale conſperſum:quo utebantur in ſacrificiis: dicta Mola: quia farre ipſo mollito uictima aſpergeretur. Aut thure. nam non oẽs deos mola delectat.unde porphyrius ille apoſtata : thymiamate:hoc ẽ thureo ſuffimine deos coli ꝓdit eſſe conueniens:qa id diis gratius & acceptius ſit:quia purius & emaculatius:

Caput.

ꝗ̃ hecatombe. Væ capiti tuo.i.uitæ tuæ: caput ꝓ uita poſuit: ut Virg. Vnum ꝓ multis dabitur caput. Tua iſtuc refert ſi curaueris. iſtuc pro iſtud.ſ.uæ. Iſtud inqt uæ:qđ in me profers: ad te pertinet: quum iſthac iſania agiteris. Si curaueris.i.ſi bñ aduertes rebus tuis: & ſi ægritudinẽ tuam cognoueris. Væ autẽ interiectio eſt minatoria:qua malum alieni portẽdi ſignificamus: & cõſtruitur cũ dctõ. Mar. Neſcio:ſi ſciero: uæ tibi cauſidice:& ſicut hoc loco:uæ capiti tuo: poteſt & alius ſenſus ſic elici iſtuc: ſcilicet qđ dico:ut ꝓdigiali ioui compcceris:tua refert.i.ad te ꝑtinet:ſi curaueris: hoc eſt ſi curã tui habere uolueris:ſed prior ſententia magis cõgrua uidetur:quia ſequitur.Iterũ iam hic in me inclemente: dicit.

Væ.

So. Recte dicit ut cõmeminit.ſomnium narrat tibi.
Sed mulier poſtq̃ experrecta es:prodigiali ioui
Aut mola ſalſa hodie:aut thure cõprecatam oportuit.
Al. Ve capiti tuo.So.tua iſtuc refert ſi curaueris.
Al. Iterum iam hic in me inclementer dicit:atq; id ſine malo.
Am. Tace tu:dic tu:ego ne abs te abii hinc hodie cum diluculo?
Al. Quis igitur narrauit mihi illud ut fuerit prælium?
Am. An & id tu ſcis?Al.quippe quæ ex te audiui;ut urbem maximã
Expugnauiſſes:regemq; pterelam tute occideris.
Am. Egone iſtuc dixi?Al.tu te iſtic:etiam adſtante hoc ſoſia.
Am. Audiſtin tu me narrare hoc hodie?So.ubi ego audiuerim?
Am. Hanc roga.So.me quidẽ ꝑſente nunq̃ factum eſt: quod ſciam.
Al. Mirum:quin te aduerſus dicat.Am.ſoſia age me huc aſpice.
So. Specto.Am.uera uolo loqui te.nolo aſſentari mihi.
Audiuiſtin tu hodie me dicere ea quæ illa autumat?
So. Quæſo ædepol:num tu etiam inſanis quum id me interrogas?
Qui ipſius equidem nunc primum iſtanc tecũ conſpicio ſimul.
Am. Quin nunc mulier audin illum?Al.quin eo fit: ꝙ mihi

Hic in me inclemẽter dicit: hic mihi obloquitur:& male dicit. Atq; id ſine malo.i.& nullam abs te punitionem maledictorũ ſuorũ accipit? hoc eſt:ut eum nõ arguis:neq; plectis? Dic tu.uerba ſunt Amphitryonis:ad Soſiã primũ:ut taceat.Deinde ad Alcmenã:ut ſibi rideat:& ſcribẽdũ ẽ Dic tu:& nõ:tu dic:metri neceſ.qa aliť ꝟſus nõ ſtaret. Quis igitur narrauit mihi illud ut fuerit ꝑliũ?Ita ſcribi debet ꝟſus:& nõ ĩterponi debẽt illa ꝟba:niſi uos:q̃ utiq; ſuperflua ſunt:metri rectitudini:ſed ut cẽſemus:fuerat interlinearis explanatio:q̃ ꝑfecto ſubauditur:ut ſit ſenſus:qs agitur hæc mihi narrauit niſi uos:uel niſi tu?Eſt.n.rñſio alcmenæ:ꝑ interrogationẽ cõtrarii facta amphitryoni. Illud. quoq; ſcribi debet:metri neceſſitate:& ex codicibus antiqs:& nõ illic:ut legũt uterq; Pius & Sarra.indocti. An & id tu ſcis. & ſcribendũ eſt:& nõ etiã:metri neceſſitate.aliter.n.ꝟſus ſuperflueret. Quippe q̃ ex te audiui.quaſi dicat:qs dubitat me id ſcire:quæ ex te illud audiui:& ſcribẽdũ eſt quæ ex codicibus antiquis:& elocutionis cõcinnitate: nõ qui:ut legũt interꝑtes ꝑfati. Tu te iſthic.i.tu ipſe q hic nũc es. Mirũ.ꝑ antiphraſim mirandũ inqt eſt:ſi nõ dicat aduerſum te:ac ſi diceret:putas me credere illũ aduerſum te dicere poſſe: q ſit cõſcius & particeps doli tui? Audiuiſtin.ita ſcribẽdũ ẽ:metri neceſſitate:nõ audiſtin:ut legũt interꝑtes ꝑfati:cõtra rõnẽ metricam. Autumat.loqtur:effatur. Num tu ẽt inſanis:ꝟba ſunt Soſiæ ad ãphitryonẽ:& tollẽdũ fuit quoq;:qđ ſcriptũ erat inter tu:& ẽt:metri rõe:uti ſuperfluẽs. Qui ipſius.i.q ego.hoc.n.ꝑ noĩe ita uſi ſunt ꝑſci:flectẽtes ipſus ipſa ipſũ. Quin nũc mulier audin illũ?Quin particula quattuor modis accipitur:uno:quũ icrepãtes uel iterrogãtes:uel exhortantes dicimus:ſignificatq; cur nõ:ut qn uenis:qn legis:qn fugis.Virg.Quin tu aliqd ſaltẽ potius quorũ idiget uſus: uiminibus molliq; paras detexere iunco.Secũdo modo Quin ſignificat ꝙ.Terentius.Nõ dubium eſt: quin uxorem uolit filius.Tertio modo:quũ magis confirmamus ſignificat atq; etiam:ut hic:& apud Virgil. Quin aſpera iuno.Quæ mare nunc terra ꝙ.m.c.q.f.cõſilia in.m.r.qđ & quinimo aliquando dicitur. Quarto quum ita ponimus quin:ut quaſi priori uideatur eſſe cõtrarium:& aliqñado ſignificat ꝙ nõ:aliqñ ut nõ.Cicero.Nõ iccireo cauſas Iſocrates nõ defendit quin id utile eſſe & honeſtum exiſtimaret:ubi quin:ꝑ ꝙ nõ accipitur.Virg.Hic tibi ne qua moræ fuerint diſpendia tanti:quin uatem Inſanam aſpicias:quin.i.ut non.Sed & aliter quoq; hac dictione utimur:ut ſi dicamus.nullus ad te uenit quin abeat doctior.quin enim hoc loco ꝑ qui nõ accipi uidetur.Et ſi dixerimus:nulla eſt fœmina quin ſit audax:quin pro quæ non capietur:& nullum animal in leonem incidit quin periclitetur.ideſt qđ non.ꝙ ſi dixero:nullum diem ꝑterire ſino:qn litteris operã aliqua ĩpendã:hic qn ꝑ in quo

Ipſus. Quin.

nō exponetur:& neminē nō uideo:qn me pudeat patrati sceleris.i.ꝓpter quē nō:& nullū librū lego:qn eliciā aliqd boni.idest ex quo nō:ueꝫ si dicas:nullus est dies in hac uita:qn ex eo plus incōmodi ꝙ uoluptatis consequamur:uix recte ꝓferatur:qd sibi uelit quin:quū tñ intellectui satis pateat illius significatio.quū quin ex eo:ꝓ in quo nō ꝓcul dubio capiatur. Quin eo fit ꝙ mihi plurimū credo:ꝙ scio ista esse facta perinde: ut ꝓloquor Ita scribendus est hic contextus totus.si mō & metri rectitudini:& sniæ cōgruitati:& codicū ātiquoꝝ scripturæ satisfactū uelimus.Primū enim.Quin adiiciendū est:metri necessitate:& ꝙ scribendū snīe cōgruitate:& ex codicibus antiquis:& uersus finit in dictione illa mihi. alter uō uersus est Plurimū credo ꝙ scio ista eē facta ꝑinde:ut ꝓloquor. Vbi ꝙ: & nō &: scribēdū est:ex codicibus manuscriptis: & esse facta: nō & facta scribendū est:ex sentētiæ integritate: ac perinde:non proinde similiter scribi debet: ꝓ ita. Sensusq̃ est talis (respōdēte Alcmena ad uerba Amphitryonis:qui dixerat: quin nunc mulier audin illum?Et replicante ꝑncipium uerborum illius:hoc est quin:quo modo irati: & furore perciti solēt) Quin o Amphitryo:uobis nihil credo:sed mihi: & uerbis meis potius ꝙ uestris. ꝓptereaq̃ mihi credo:quia scio ista quæ loquor esse facta ita ut loquor.

Plurimum credo:ꝙ scio ista esse facta perinde ut proloquor.
Am. Tun me heri aduenisse dicis?Al.tun te abisse hinc hodie negas.
Am. Nego enim uero:& me aduenire nunc primum aio ad te domū.
Al. Obsecro etiam ne hoc negabis:te auream pateram mihi,
Dedisse dono hodie:qua te illic donatum dixeras?
Am. Neq̃ dedi ædepol:neq̃ dixi:uerum ita animatus fui.
Itaq̃ nunc sum:ut ea te patera donem:sed quis istuc tibi.
Dixit?Al.ego equidem ex te audiui:& ex tua accæpi manu
Pateram A.m.mane mane obsecro te.demiror nimis sosia.
Qui illhæc illic me donatum esse aurea patera sciat.
Nisi tu dudum hanc conuenisti:& narrauisti hæc omnia.
So. Neq̃ ego ædepol dixi:neq̃ uidi istam nisi tecum simul.
Am. Quid sit hoc hominis?Al.uin ꝓferri paterā?Am.ꝓferri uolo.
Al. Fiat:tu thessala intus pateram proferto foras:
Qua hodie uir meus donauit me.Am.secede huc tu sosia.
Enim uero ꝑter alia mira miror maxime:
Si hæc habet pateram illā.So.an etiā id credis ꝙ in hac cistellula
Tuo signo obsignata ferunt?Am.saluū signum est?So. inspice.

Super quo contextu Pius & Sarracenus interꝑtes nihil dixerunt:utpote qui illum non intelligere potuerunt: legentes absq̃ quin:hoc modo.Eo fit quia mihi plurimū credo:& scio ista & facta ꝑinde ut proloquor. Tun te abisse hinc hodie negas?hodie addendū fuit:& sensus concinnitate:& metri necessitate:& ex codicibus antiquis. respōdetq̃ illud hodie ad dictionē heri quid amphitryo dixerat:tun me heri aduenisse dicis. Nego enim uero.ita scribi debet ex codicibus antiquis.nam respondet amphitryo uerbis alcmenæ:quæ dixerat:negas? Qua te illic donatum dixeras.subaudiendū est fuisse:nō ascribendum esse:quia metri ratio non patitur.cui pes unus superflueret. Neq̃ dedi ædepol.ita scribi debet uersus & non:neq̃ ædepol doli:quia uno pede abūdaret. Ita animatus fui.ita in animo habui:ut pateram illam tibi dilargirer. Demiror nimis sosia.Quum Alcmenæ dixisset Amphitryo:mane mane obsecro te:uertit postea se ad Sosiam dicens.Demiror nimis Sosia:quonā modo te scire potuerit Alcmena me hac patera donatum esse:nisi tu ad eā dudum præcucurristi:& narrauisti hæc omnia.Verebatur enim se captari ab uxore:& seruo.Vnde rñdet Sosia:neq̃ se dixisse:neq̃ eam uidisse nisi nunc. Scribendūq̃ est.Demiror nimis:& nō.Nimis demiror:metri necessitate. Qui illhæc illic.i.quō illa alcmena ubi apud teleboas. Neq̃ ego ædepol dixi:neq̃ uidi istam.Et hic ita scribendus est uersus:si modo metri ratio habeatur:& nō:neq̃ ædepol ego dixi:neq̃ istam uidi. Quid sit hoc hominis.ita scribi opus est:& non quid hoc sit hoīs:& hominis hoc loco pro muliere capitur:quasi dicat:quod genus insaniæ dicam hanc habere:uel hoīs pro uiro capitur:ut quia suspicetur Amphitryo uxoris pudicitiæ uitium esse additum:intra se dicat:quid hoc sit hominis. idest quem nam dicam esse hunc hominem:qui hanc mihi iniuriam intulerit. Thessala. nomen est famulæ quā alcmena iubet pateram afferre. Qua hodie uir meus. ita legēdum est:& non meus uir:metri necessitate.

Enim uero præter alia mira.ita scribendus uersus est:& tollenda dictio.illud interposita hic inter uero:& ꝑter, uti superfluens:& metri necessitate.& ex antiquis codicibus:in quibus scripta nō est. An etiā id credis. ita scribendū est:& non:an etiam credis id:metri necessitate. Quā in hac cistellula tuo signo obsignata ferunt. Pius hoc loco multo crassius delirat: ꝙ in superioribus his proximis locis:quos perperam: & contra metri rationem peruerse legit. Nam dum contextum hunc se corrigere autumat:temere admodum corrūpit. Inquit enim scribe:quæ in hac cistellula tuo signo obsignata fertur.Nec aduertit homo paucarum literaꝝ:uersum stare nullo modo posse:si fertur scribat.nam pes unus ei superflueret.propterea:quam:& non quæ: ferunt: & non fertur scribendum fuerit; cum codicibus quoq̃ integris; tam impressis: quam manuscriptis.

Pro cerita circũferri.altera his Pii ĩterp̃tis insania iungitur:dicentis.Corrige: p̃ceritam p̃ceritæ:& indiscrimina
tim Ceritæ foemine uocantur cerere.i.occursaculo quodã oppſſæ &c.q̃ si interrogetur:ubi terrarũ p̃ceritam inue
Ceriti. nerit:hiscere utputo nõ audebit.q̃nquidem.Ceriti aut laruati Marcello dicuntur male sani:& aut cerens ira:aut
laruarum incursatione aliqua uexati.hoc aũt loco non p̃ceritam:ut ipse inaniter effutit: sed pro cerita scribi de-
bet:hoc sensu:iube hanc circũferri p̃ cerita.i.tanq̃ ceritam:& malo spiritu afflatam purgari.Sic Plautus in pœnu
lo:neq̃ nos populus p̃ ceritis insectabit lapidibus.i.pro insanis:& malo numine agitatus & in Rudente. Elebo-

Am, Recte ita ẽ ut obsignaui.So.quæso quĩ tu istanc iubes.
Pro cerita circũferri?Am.ædepol quin facto ẽ opus?
Nam hæc quidẽ ædepol laruarũ plena sunt.Al.q̃d uerbis opust?
Hem tibi paterã.eccã credo mihi. age aspice huc sis nunc iam
Tu qui quæ facta inficiare:quẽ ego iam hic conuincam palam.
Est ne hæc patera qua donatus illic?Am.summe iuppiter.
Quid ego uideo?hæc ea est profecto patera:perii sosia.
So. Aut pol hæc p̃strigiatrix mulier multo maxima est:
Aut pateram hic inesse oportet.Am.agedũ eam solue cistulam.
So. Quid ego istam exoluam?obsignatast recte: res gesta ẽ bene:
Tu peperisti amphitryonem:ego alium peperi sosiam.
Nunc si pateram patera peperit:omnes congeminauimus.
Am. Certum est aperire:atq̃ inspicere.So.uide signi quid fiet:
Ne posterius in me culpam transferas.Am.aperi modo.
Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis postulat.
Al. Vnde hæc igitur ẽ nisi ab te:quæ mihi dono data ẽ?
Am. Opus ẽ mihi istuc exquisito. So.iuppiter iuppiter.

rosus sum:at ego ceri
tus.hunc nõ amittam
Circũferre. tamen.Nam circũfer
re lustrare est: ut Mar
cellus. inquit: locum
hũc adducens.Virgi.
Idem ter socios pu-
ra circũtulit unda.su-
per quo Seruius.Cir-
cũtulit inquit purga-
uit antiquũ uerbum.
Plautus pro laruato
te circũferam.i. pur-
gabo. Aedepol q̃n
facto est opus. profe-
cto inq̃t Amphitryo:
ita oportet me facere:
ita opus est.facto : ut
dicis scilicet. Sed alii
nõ facto:sed ferto le-
gunt : ut sit : ædepol
quin ferto opus est :
hoc est: p̃fecto opus
est lustratione omni-
no. Nam hæc qui-
dem ædepol larua-
rum plena sunt.idest
nam omnia hæc no-
Laruæ. stra: ad familiam pertinentia: siue loca:plena sunt laruarum.Laruæ a lare: hoc est genio dictæ sc̃dm quosdam
Laruati. sunt noxiæ inferorum umbræ.unde laruati dicũtur furiosi:& mente moti:quasi a laruis exterriti:quos uulgo dæ-
moniacos uocant:q idem & Ceriti appellantur: ut p̃diximus.Plautus alibi in aulularia:laruæ hunc atq̃ intem-
Fertum. periæ insaniæq̃ agitant senẽ.Fertum aũt est sacrificii genus:de quo Lucilius.Aedepol ferto oĩa sum circulatus.
Sed & Festus:Fertum inq̃t genus libi:q̃d crebrius ad sacra ferebatur:nec sine strue altero genere libi:q̃ qui affe-
Struefertarii. rebãt:struefertarii appellabãtur.Idẽ alibi.Struefertarios dicebãt: q q̃dã sacrificia ad arbores fulguritas faciebãt:
a ferto.s.quodam sacrificii genere. Quid uerbis opust?loquitur Alcmena:rĩdens ad ea:quæ audiebat Amphi
tryonem & Sosiam inter se loqui:quanq̃ fortassis nõ clare omnia intelligeret.quod opus est inquit amplius uer-
bis desceptatonis? Hem tibi paterã eccam.congeminatio est irritatæ mulieris.hem tibi pateram: satis fuerat:
sed addidit eccam: ut magis obiiceret uiro:q̃d ille inficiabatur. Credo mihi.hoc pertinet ad id q̃d superius
dixerat:quin eo fit:q̃ mihi plurimum credo:q̃ scio ista esse facta perinde ut p̃loquor:ac si dicat. Cernitis ne: me
mihi recte credere?nõ uestris nugis:qui mendaces estis? Inficiare.pro inficiaris.i.qui quæ facta sunt negas.In-
Inficiari. ficiari est negare quod petitur:uel quod obiicitur.unde status inficialis apud rhetores in quo qui reus est infi-
Præstrigiator. ciatur. Præstrigiatrix.uenefica:maga.Præstrigiator enim & præstrigiatrix:qui alio nomine perstrictores appel-
lantur:ii sunt:qui unam rem pro alia facientes aspectum hominũ fallunt:a præstringendo:quasi præstringiato
Præstringere. res.Nam præstringere:ut Marcellus ait:obtenebrare est.Plautus in milite. præstringat oculorum aciem in acie
hostibus:interdum attingere Cicero ignoscite:ita magnitudo me breuiter præstringere atrocitatem criminis nõ
Stringere. sinit:& radere.Cicero in philip.Cuius quidem portam capuæ pene præstrinxisti.Stringere præter notam signifi
cationem significat percutere & ferire.Plynius.xv.Quippe oliuantibus lex antiquissima fuit.oleam ne stringi-
to:ne ne uerberato.unde Calphurnius in bucolico iudicio.Nõ sic districta macrescit turdus oliua. Strĩgere etiã
est amputare:& secare. Virgil.Hic ubi densas Agricolæ stringunt frondes.Et nudare:ut Stringit ensem.i.nudat.

Res gesta est bene.Bene inquit res acta est:& hæc seruus iocans ac deridens fabulatur:si pateram inquit pa-
tera hæc peperit:quum tu alium amphitryonem:ego alterum Sosiam pepererim:omnes congeminauimus.i.du
plices facti sumus. Vide signi quid fiet.non uide sis:superfluit enim sis metri rectitudini. Ne posterius.i.ne
postea. Abs te.ex largitione tua:qui illam mihi donasti. Opus est mihi istuc exquisito.opus est mihi inquit
Amphitryo hoc exquirere.unde.s.sit hæc patera tibi data.Et ita scribi debet uersus:metri necessitate: non opus
mihi est istuc exquisito. Iuppiter iuppiter.exclamatio est serui admirabundi:nullã in cistula paterã inuenisses
& tollendum fuit proh:q̃d hic erat interpositum inter utrãq̃ dictionem Iuppiter:uti superfluens metricæ rationi

At cum cruciatu nisi apparet tuo. ita scribi debet: absq; dictione illa iam: quæ erat ante nisi: metri ratione illam nõ tolerante: & at cũ: nõ actum: ut sint uerba amphitryonis minatoria: qbus minitetur seruo imisericorditer: nisi patera appareat. Existimabat enim illã dolo: & calliditate ipsius ablatã. Verust. pro uer; est. Hæc qdem apparet. uerba sunt Alcmenæ ridentis loco Sosiæ: ad illud uerbum qđ dixerat amphitryo: nisi apparet. Qui me rogat. Is inqt alcmena qui me interrogat: mihi illam dedit. Me captas. Sosiæ uerba sunt ad dñm conuicii: tu in qt here me captas. i. ludis: quærendo unde patera ad alcmenã puenerit: quũ tu: ut existimo: clanculũ huc accesseris: ad eãq; detuleris: pueniens aduentum meũ per aliam uiam.

Am. Quid tibi ẽ? So. hic patera nulla in cistulast. Am. qd ego audio?
So. Id quod uerust. Am. at cum cruciatu nisi apparet tuo.
Al. Hæc quidẽ apparet. Am. quis igitur tibi dedit? Al. qui me rogat.
So. Me captas: q̃ tute ab naui clanculum huc alia uia
Præcucurristi: atq; hinc pateram tute exemisti: atq; eam
Huic dedisti: posthac rursum obsignasti clanculum.
Am. Hei mihi iam tu quoq; huius adiuuas insaniam.
Ain heri nos uenisse huc? Al. aio: aduenienscq; illico.
Me salutauisti: & ego te: & osculum tetuli tibi.
Am. Iam illud nõ placet principium de osculo: pergam exequi:
Al. Lauisti. Am. quid postq̃ laui? Al. accubuisti. So. euge optime.
Nunc exquire. Am. ne interpella: perge porro dicere.
Al. Cœna apposita est: cœnauisti mecum: ego accubui simul.
Am. In eodem lecto? Al. in eodem. So. hei non placet conuiuium.
Am. Sine modo argumenta dicat: quid postq̃ cœnauimus?
Al. Te dormitare aiebas: mensa ablata: cubitum imus.
Am. Vbi tu cubuisti? Al. in eodem: tecum una in cubiculo.
Am. Perdidisti. So. quid tibi est? Am. hæc me modo ad mortem dedit.
Al. Quid iã amabo? Am. ne me appella. So. qd tibi ẽ? Am. perii miser
Quia pudicitiæ huius uitium me hic absente ẽ additum.
Al. Obsecro e castor cur istuc mi uir ego ex te audio?
Am. Vir ego tuus sim? ne me appella falso nomine.
So. Hæret hæc res. si quidem hic iam mulier factust ex uiro.

Exemisti. accepisti: abstulisti. Hinc. ex cistula. Adiuuas. isaniã. Dicimur biliosi isaniã adiuuare: quũ oia ex snia illius loqmur. Ain heri. amphitryonis ṽba sunt ad Alcmenã cõuersi. Tetuli. detuli: impfsi. Iam illud nõ placet principiũ de osculo. principium addẽdum fuit: metri necessitate: & ex codicibus antiqs: qđ interptes nostri nou uiderunt. Nunc exquire. uerba sunt serui q̃si obiicientis dño qđ ille dixerat: pergam exequi: tanq̃ dicat: pge nunc exqrere: repenes forsan & alia: q̃ nolles. Interpella. interloquere: interpellare: ut Seruius inqt: est mediam alterius orationem interrũpere: uel actioni se alterius interponere. Cice. Itaq; & alieni sermõis molesti interpellatores. — Interpellare.

Et phy. in epistolis. Interdũ lasso mihi opportuna iterpellatione subueniũt. Porro. i. ulterius: lõge: dictio est græ — Porro.
ca: qua & latini utũtur in hac significatione: capitur et ãp pterea: ut illud porro notãdũ ẽ: & significat ualde & ue
hemẽter. Hei. Sosiæ ṽba sunt: se se angẽtis sup dñi doloribus. Argumẽta. Indicia: qbus se mecũ fuisse oñdat.
Dormitare. i. desiderio dormiẽdi detineri: atq; lubedine soporis affici: iuxta illud euãgelicũ. Dormitauerũt oẽs: — Dormitare
& dormierũt. Sic Sidonius apollinaris. ubi dormitãdi potius locus erit: q̃ dormiẽdi. Mẽsa ablata ẽ cubitũ imus.
ita scribi metri necessitas cogit: & nõ cubitũ hinc abimus. ṽsus. n. nullo mõ cõstaret: qđ Pius cæcus nõ uidẽs: dictionẽ hic: supfluã utiq;: & subditiciã cõmẽtatus ẽ: p e triclinio & cœnatiõe. In eodẽ tecũ una in cubiculo. in eodẽ. s. lecto. nã ea dictio si i cõtextu scribatur: ṽsus nõ cõstabit: qđ Pius nõ aduertit. subaudiẽda igitur fuerit: & non
iscribẽda. Amabo. blãdiẽtis iteriectio ẽ: ab alcmena plata: ut lãguẽtis mariti dolorẽ sedaret: hẽtq; hæc dictio se — Amabo.
cũdã lõgã. Mar. Dic uer; mihi marce. dic amabo. Catul. Amabo mea dulcis hypsitilla. Dõat Amabo. Interiectio
est amãtis: sic ṽbũ sonat. Est additũ. Insanit hoc loco: ut alias sæpe Pius noster iterp̃s: quũ aditũ legit: tanq̃ a ṽbo
adeo: & sic cõmẽtatur. Aditũ tẽtatũ. adire qs uitiũ pudicitiæ dicitur: quũ ad uiolãdã pudicitiã dolis & sutelis ama
toriis se isinuat & igerit. Quis. n. obsecro prsus excors id dixisset? Et ubi eã uocabuli inauditi expositionẽ inuenit?
Et qs unq̃ uitiũ adiit? qs ue sic locutus ẽ? Nõ. n. aditur uitiũ: sed ifertur: additurq;. ppea cũ ãtiqs exẽpla. additũ cor
reximus: a ṽbo addo: a quo additũ formatur: & in passiua significatione additũ est: p illatũ ẽ: Plautus utiq; dixit.
Cur istuc mi uir ego ex te audio. ego addendũ fuit: metri necessitate. uã aliter ṽsus nõ cõstaret. Ne me appella
falso noie. q̃si dicat. aliũ tibi uir; me absente delegisti. nõ ego sum tibi uir: & p marito uir; accipit. Hæret hæc — Hæret res.
res. puerbialiter dictũ est: quũ qd occurrit dubiũ & nõ liqdum: tractũ a locis difficilis trãsitus: qbus quũ applicui
mus: nescimus qd faciamus: & hærẽtes illis dubitamus qua trãseũdũ sit. Apul. Quũ icerta ṽboꝝ salebra hæreret.
Sic Cic. puerbialiẽ dixit res hæret i salebra. Si qdẽ hic iã mulier factust ex uiro. Clamat obstrepitq; Pius iterpres

Faxo.faciā:ut nequa mora sit in me:sed oīa ad sacrificiū parata sint. Quādo exiurasti te mihi dixisse per iocum.hic uersus deficiebat in exēplaribus fere oībus:quē addendū censuimus:tū qa Pius illū se legisse asserit i antiqs codicibus:tū maxime:q; Marcellus illū citat:his uerbis.Exiurare:& deiurare:idest ualde iurare: ut deamare. Exiurare. Plautus in Amphitryone:Exiurasti mihi te dixisse per iocū:sed redintegrandū curauimus in suos pedes. nā quū Pius legeret:mihi te dixisse:pes unus deficiebat:q; si te pponatur:& mihi subiiciatur:uersus integer fuerit.ūba sūt cōtinuata Alcmenae reminiscētis adhuc iniuriā sibi a uiro illatā:& irā cōceptā uix deponētis:qn iuppiter ipse:quē illa uirū putabat amphitryonē:iureiurādo asseruerit se dixisse per iocū. Recte loqre.pro loqris. Perinde ut diligētem.nō perinde diligētē ut:qa abūdaret unus pes. Hi iā ambo.ita scribi debet ūsus:& nō iā hi:qa pes unus deficeret.Et ut dictū est in pncipio huius scenae:hi decē ūsus iā trimetri sunt:& sex tm̄ pedibus cōstant:loquiturq; iuppiter:audiētibus qdē caeteris:sed amota illinc alcmena:ac sosia qui ablegatus est ad nauim:ut blepharonē uocet in prandiū. Frustra sunt.frustrantur:decipiūtur. Nūc tu diuine.Mercuriū uocat:ut absente sosia:introducatur:ut fabula fiat fabulosior. Fac huc adsis.ita scribi debet:uersus necessario qui aliter non consisteret:si huc Fac. fac adsis legatur quēadmodū legūt pius & Sarracenus.Et notandū est fac produci:quāq̄ interdū quoq; corripiatur:ut in illo.phylli fac expectes demophonta tuū. Tametsi psens non ades.hoc dictū est:quo ad personā:quā ille mētiebatur.nā:ut deus psens erat:pptterea dicit.Audis quae dico. Iam aduenietem. quum paulopost adueniet:& addēdū fuit iam:metri necessitate:& ex Nonio marcello:ne pes unus ūsui deficeret. Cōmētus sies.i.cōmonitus sis.Nonius marcellus.Cōmentū:pro cōmonitū.Plautus in amphitryone:fac amphitryonem iam adue- Cōmentus

nictem:ab ædibus:ut abigas quouis pacto:fac cōmentus fies:etsi in impssis marcelli codicibus: nō cōmonitum: sed cōmnuitū falso legeretur. Mihi morigero.i.uoluptati meæ morē gero. Perinde adeo ut me uelle intelligis.Ita scribi debet:metri necessitate:nō ut uelle me:quia pes unus deficeret uersui. Atq; ut mihi ministres. Ita quoq; scribendū est.nō:ut ministres mihi:qa vsus nō consisteret. Quū mihi sacrificē.quū placabo memetipm iouē sacrificio.Iuppiter.n.cognomento νικοφορος colebatur ab impatoribus fauste ex bello redeūtibus.Nunc sibimet Iuppiter sacrificaturus est:agens amphitryonē:instar impatoris:qui ioui sacrificat uictoriā ferenti.

Oncede:atq; abscedite. Hæc scena uersu cōstat tetrametro acatalectico octo pedibus intincto: tota pter tres ultimos:qui trimetri sunt In qua Mercurius dei & hominis uices fungitur.Nā ut seruus in scenā pdit:Et ut deus se ubiq; adesse declarat. Minitatur autem oībus:qui sibi aduersi fiant: quo minus officium sibi ab ioue demandatū exequatur. Declaratq; qd facturus sit:ut uidelicet amphitryonem aduenientem ab ædibus ppulsaturus ex supiore tecto:in qd se ascensurū iā iam pollicetur: Cuius rei postea uerus sosia amphitryonis seruus pœnas laturus sit

Concedo. Concedite. Concedo īterdum significat trado uel permitto. Terē. Hui metuisti si huic de tuo iure concessisses paululū.Interdum cedo.Idem hic uideo me esse inulsam īmerito:tempus est concedere:aliquādo proficiscor.Plautus:quū domū concessisset:inuenit patrē:nōnunq̄ consentio. Teren.nūq̄ ne hoc die cōcedes mihi:neq; intelliges. Abscedite.discedite:abscedere.n.est discedere.Interptari possumus cōcedite.i.locūdate & abscedite.i.discedite:quāq̄ sint fere idē significantia uerba:sed a seruo plata ad maiorē populi terrorem. Fuat.i.sit antiquū est vbū:quo & Virg.Vsus est Tros rutulus ue fuat. Qui obsistat obuiā mihi.Ita scribi debet:nō qui obuiam obsistat mihi:ut legunt Pius & Sarracenus contra metri rōnem. Qui minus.quur mihi deo minus liceat minitari populo:ni decedat mihi de uia. Quā seruulo in comœdiis.subaudi licet. Sic enī & Ergasilus seruus in Captiuis.& curculio in Curculione interminātur oībus:qui sibi obstiterint in uia. Populo ni decedat.Ita scribendū est:ex codicibus antiquis:& metri necessitate:non populo ut: ut legunt Pius & Sarracenus interpretes. Ille nauem.Ille seruulus.s.nunciat nauē saluā in portū.s.aduētasse. Vel irati aduentum senis. uel scribendum est:metri necessitate:non aut:ut legunt interpretes iam dicti:cōtra uersus rationē. Ille nauem.eiusmodi renunciationes seruorum in comœdiis:& apud Plautum:& cæteros comicos leguntur.Sicut ille in captiuis renunciat hero suo:nauem applicuisse: in qua filius eius olim amissus uectus est. Iouis dicto audiens.obediens præceptis iouis. Magis par est uia decedere.Ita scribendum est ex codicibus antiquis & metri necessitate:non par est de uia:quia uersus non staret:sed abundaret uno pede. Par est.conueniens:& consentaneum est magis mihi qui deo sum:q̄ seruo:decedere de uia. Concedere.agminatim: & confluenter cedere.

Vxore nunc mihi morigero.hæc curata fient.
Fascis:perinde adeo ut me uelle intelligis.
Atq; ut mihi ministres:quum mihi sacrificem.

Mercurius.

Oncedite:atq; abscedite:omnes de uia decedite.
Nec quisq̄ tā audax fuat hō: qui obsistat obuiā mihi.
Nā mihi quidē hercle qui minus liceat deo minitarier.
Populo ni decedat mihi: q̄ seruulo in comœdiis?
Ille nauem saluam nuntiat:uel irati aduentum senis.
Ego sum iouis dicto audiens:eius iussu nunc huc me affero.
Quāobrem mihi magis par est uia decedere & concedere.
Pater uocat me:eum sequor:eius dicto impio sum audiens:
Vt filium bonum patri esse oportet:itidem ego sum patri.
Amanti supparasitor:hortor:asto:admoneo:gaudeo:
Siquid patri uolupest:uoluptas ea mihi multo maximast.
Amat:sapit:recte facit:animo quando obsequitur suo.
Quod omnes homines facere oportet:dū in modo fiat bono.
Nnnc amphitryonem uult deludi meus pater:faxo probe
Iam hic deludetur spectatores uobis inspectantibus.

Itidem ego sum patri.Ita scribi debet uersus:ex codicibus antiqs:& metri necessitate cui pedes duo deficerēt: qd isti lusci interpretes nō uiderunt:nullam carminis rationem habētes:neq; sententiæ.Sensus.n.est se esse patri suo ioui itidē.i.similiter:ut filium bonū oportet esse patri.

Supparasitor. Supparasitor.subseruio:loco parasiti.Et supparasitor scribendum est ex codicibus antiquis:& sniæ concinnitate:nō supparasitabor:ut scribit & legit Sarracenus. Hortor.non horto pro hortor:ut legit & cōmentatur ineptissimus Pius:cōtra metri rationē:& ueterum codicū scripturā:in qbus hortor:nō horto scriptū est. Si qd patri uoluppe est.uoluptariū:ut supradictū est in pcedenti scena.

Obsequitur aīo suo.i.inseruit uoluptati ecōtrario dicitur qs aīo suo reluctari:quū uincit:& refrenat uoluptatē.

Modo bono.i.bona dexteritate:ne pericula subonātur. Vobis inspectantibus.uobis psentibus:& oculis uestris intuentibus:& scribendum est inspectantibus: metri necessitate. nam aliter pes unus uersui deficeret.

Capiam mihi coronam. Serui enim festis diebus saturnalibus liberi erant: neq; dominis parere cogebantur: ideirco conuiuia actitantes coronam capiebant. Sed & ueteres in conuiuiis se coronabant sertis & floribus: ut rosa: myrto: edera: apio: ad arcendam quidam putant ebrietatem. Alii dicunt: q se coronabant: significantes licere sibi tunc ebrios fieri. Vnde Seruius super illo uirgilii frondēti tempora lauro implicat: ait. Diebus enim festis coronati epulabantur. Et scribēdum est. Capiam mihi coronam. nō capiam coronā mihi. quia uersus claudicaret. Optume inde cispellam uirum. Scribēdum est. optume inde. non inde optume: metri necessitate. Cispellā. longe pellā. Cis enim citra uel ultra significat. Salustius p ultra posuit. Cis rhenū dicens atq; inter mare nostrū. De supero. de tecto superiore: & ita ordinanda est littera: Cispellam uirum de supo. Madidus sobrius. i. ebrius sobrius: quæ licet uideantur cōtraria: quū madidus ebrium significet apud luculentos scriptores: tñ hoc modo simul uera fient: quū ille amphitryo sobrius utiq; . i. seorsus ab ebrietate: nā nundum biberat: neq; in domum peruenerat: madidum & ebriū se existiabit: siue ut madidus & ebrius tractabitur a ioue & Mercurio.

Coronati epulabātur.
Cispello.
Madidus.

Capiam mihi coronam in caput: assimulabo me esse ebrium.
Atq; illuc sursum ascendero: optume inde cispellam uirum
De supero quum huc accesserit: faciam ut sit madidus sobrius.
Deinde ille actutum sufferet suus seruus pœnas sosia.
Eum fecisse ille hodie ea arguet quæ ego fecero hic: quid mea?
Meo me æquū est morigerū patri. eius studio seruire addecet:
Sed eccum amphitryonem: aduenit. iam ille hic deludet probe:
Siquidem uos uultis auscultando operam dare.
Ibo intro: ornatum capiam qui potius decet.
Deinde sursum ascendam in tectum: ut illum hinc prohibeā.

Amphitryo.

Naucratem quē conuenire uolui in naui non erat
Neq; domi: neq; in urbe inuenio quēq̃ q illū uiderit.
Nam omnis plateas perreptaui: gymnasia: myropolia
Apud emporium: atq; in macello: in palæstra: atq; in foro:

Sobrius autem donato interprete seorsus ab ebrio dicitur. Nam quod Pius nugatur: madidum hic accipi pro madefacto: quia Mercurius peluim aqua pleuam in amphitryonem inuerget: ut inferius apparebit: omnino falsum est: neq; aliud q̃ tegulam apparebit Mercurium in illum coniecisse. Sufferet. tolerabit. patietur. Eum fecisse ille hodie ea arguet. ea addendum fuit: metri necessitate: & sententiæ cōcinnitate. Quid mea. s. refert: & quid ego id curem? ac si dicat: ludo ego corio alieno. Scribendum est aūt quid mea: ex codicibus antiquis: & sententie congruitate: ac metri necessitate: non quid est mea: ut scribunt & cōmentantur duo inepti interpretes Pius & Sarracenus. Morigerum. obsequentem: inseruientem subaudi esse. Eius studio eius uoluntati. Siquidē uos uultis. in tres uersus iam trimetri sunt: sex pedes nacti. apostropha est ad spectatores. Ornatum. hoc est coronam ebrio conuenientem. Illum. amphitryonem.

Sobrius.

Naucratem quem cōuenire uolui. Tetrameter brachicatalecticus est uersus huius scenæ. In qua introducitur Amphitryo solus: qui dudum discesserat iturus ad portum: ut secum naucratem cognatum suum adduceret testificaturū apud Alcmenam coniugem: eum hac nocte proxima applicuisse. Qui Amphitryo nunc domum aduenīēs secum loquitur: ac dolet: nō potuisse inuenire naucratem in aliquo loco. Naucratem. uel per antiptosim figuram: in qua casus pro casu ponitur: ut urbem quam statuo uestra est: uel ut donato placet: per ornatum quendam dicendi modum: absq; antiptosi: ut subandiēdum sit, Naucrates nōīatiuus: & deinde quem naucratem. hoc modo. Naucrates non erat in naui: quem naucratem conuenire uolui. Perreptaui. peragraui. a repo. n. fit repto & perrepto. Repere autem est animalium uentre grandientium: ut serpentum. Denotat hoc uerbo maiorem in quærēdo homine difficultatem. Plateas. uias latas urbis. πλατυς πλατεια πλατυ. latus lata latum significat. & πλατος latitudo. Vnde plato nomen accepit quia fuerit humeris latioribus: quum prius Aristotiles uocaretur. πλατεια q pro uia ipsa lata & platea accipitur. hoc loco media correpta profertur. est enim anapæstus: ea ratione: quam nos in epopoeia nostra diximus. Interdum ut breuies uocalis tollitur illis. eliditur enim i. ex diphthongo. ει. & remanet πλατεα. ut æneadas: & typhœa tela. ut ibi diximus. Gymnasia. loca erant: in quibus athletæ nudi se exercebant. γυμνος. n. nudum significat: q̃uis postea gymnasium & pro ludo litterario: & pro omni loco: in quo fiat aliquod genus exercitationis sumi cœperit. Miropolia. tabernas unguentarias. μυρον unguentum. & πωλεω uendo prima producta. Emporium. mercatum. forum. conciliabulum: locus ubi mercimonia uenduntur. quod in nostro uocabulario sic diximus. publicus emporium locus est: quo multa fluit merx. græcum est nomen. εμποριον. & εμπορια negociatio. & εμπορος mercator. Liuius. Genua lyguriæ nobile emporium. Macello Macellum locus erat romæ: ubi opsonia uendebantur: ut Festus inquit: dictum a Macello quodam

Repere.
Platea.
Plato.
Gymnasia
Myropolia
Macellū.

qui exercebat in urbe latrociniũ:quò dãnatò:Censores Aemylius & Fuluius statuerũt:ut in domò eius òpsonia uenderentur:quẽ locum alio nomine Ganeum appellare possumus.Sed & eundẽ Plautus & græci Thermoliũ uocant:quia eiusmodi opsonia calida ꝓcipue ibi uenderentur. Varro aũt forũ holitoriũ Macellũ antiquũ dixit ubi holerum copia:ea loca etiã nunc lacedæmonii uocant Macellum.Sed Iones ostia hortorũ macellotas appellauere.Donatus aũt in Terentiũ a mactandis pecoribus Macellum dictũ ait.In alia significatione Macellum ꝑ macillento dicimus:teste nonio.Lucilius.Si nosti:nõ magnus homo est:nasutus:macellus.A macello loco opsonioꝶ Macellarii fiũt. Suetonius in Cæsare dictatore. Quorũ ut quũ maxime expectatio eẽt ea quæ ad epulum pertinerent:q̃uis macellariis ablocata: etiam domesticatim apparabat.·Nã locus ubi carnes frustulatim inciduntur: atq; uẽduntur:nõ Macel-

Laniena. Lanii:laniones. Palc. Palæstra.

lum. Sed laniena proprie appellatur:& lanii:ac laniones qui incidunt & uẽdunt:q̃q̃ a neotericis interdũ is quoq; locus macellũ:& ii macellarii appellati sint.

In medicinis:in toustrinis:apud omnis ædis sacras:
Sum defessus quæritando:nusq̃ inuenio naucratem.
Nunc ibo domum:atq; ex uxore hanc rem pergam exquirere:
Q uis fuit:quem propter corpus suum stupri compleuerit.
Nam me q̃ illam quæstionem inquisitam hodie amittere
Mortuum satius est:sed ædis occluserunt:euge hoc fit.
Pariter atq; ut alia facta sunt:feriam fores heus uos.
Aperite hoc heus ecquis hic est?ecquis hoc aperit hostium?

Mercurius. Amphitryo.

Me. Vis ad fores? Am.ego sum.Me.qd ego sũ? Am.ita loquor.Me.tibi iuppiter.

In palæstra. πάλη apud græcos:& pale apud nos:luctam significat:quã exercebant nudi: oleoq; perfusi.Statius.Et nudam exercere palen.a quo palæstra deducitur.qua dictione utimur.non tñ pro ludo ipso: sed etiam pro loco ubi exercetur:ut hic:& apud Virgil.Pars in gramineis exercent membra palæstris. pro ludo aũt Virgil.posuit.Exercent nitidas oleo labente palæstras.ubi nitidas palæstras dixit: ad oleum respiciens: quo

Palæstritæ. uncti erãt:& quodãmodo nitentes.palæstritæ quoq; luctatores dicũtur.Persius.Quinq; palæstritæ licet hæc plantaria uellant.Sed est mirari Pium interpretem: in commentariis suis hoc loco:Plautum adducere: qui pale usus sit:his uerbis.Alibi Plautus disco:hastis:pale:cursu:& armis.Is autem locus est in Mostellaria: in secũda scena: quem locum ipse cõmentans:non pale legit:sed pila:dicens.pila.harpasto trigonali: & folliculo exercebantur adolescentes antiqui.hic mos adolescentularis est pila ludere &c.Verum is non semel alibi quoq; sui immemor apparens uenia dignus est. In foro. forum proprie est negociationis locus.a ferendo dictum: quia eo ue-

Forum. nalia ferantur. Vnde forum boarium.forum holitorium.forum piscarium.in quo boues. holera piscesq; uen-

Cupedia. duntur.forum cupedinis:in quo cupedia. Cupes enim & Cupedia antiqui lautiores cibos nominabant. Vnde

Cupedinarii. Cupedinarii dicti sunt omnes qui esculenta uendunt: ab eo ꝙ alimenta rebus cupidinis præbeant.Dicitur etiã forum:in quo cum populo agitur:lites tractantur:contiones habentur.ꝙ ibi iudicia feruntur. Vnde & foren-

Circũforanei. ses dicuntur:qui in foro uersantur.Et circũforanei:qui circa forum spaciantur uenditantes aliquid:aut ementes: aut sciscitantes:aut tempus inaniter terentes.forum quoq; agere dicitur is qui prouintiæ præest: dum ciuitates uocat: & de controuersiis earum cognoscit:ac sententiam fert. forum item ueteres appellabant quod postea uestibulum sepulchri dictum est.fori autem uirili genere numero multitudinis tantum sunt tabulata nauium:ab eo: ꝙ incessus ferant:siquidem per eos nautæ discurrunt. Virgil. Implessemq; foros flammis. Item spectacula hoc est loca erecta: e quibus spectetur: fori uocantur: & per diminutionem foruli: qui aliquando armariola significant: in quibus reponuntur libri.Iuuen.hic libros dabit: & forulos. In medicinis. in medicorum ta-

Medicina. bernis:in uico thurario: in tabernis aromatariis: ubi speciarii obuersantur: & species uenduntur. nam & hoc

Species. nomen in album latinitatis receptum est:& eo utitur Macrobius.ιατρειον græce medicinam hoc est medicorum officinam significat. In tonstrinis.in officinis tonsorum: ubi capilli tondentur:& barba abraditur.

Tonstrina. Aedis sacras.fana templa. Nunc ibo domũ.ita scribi debet:metri necessitate:nõ nunc domũ ibo: quia pes unus uersui deficeret. Quis fuit.nõ quis fuerit:qa pes unus supflueret. Quẽ ꝑpter.ꝑpter quẽ. Stupri cõpleuerit.ut īplentur ueteris bacchi pinguisq; ferinæ.cõstruuntur.n.cũ gtõ & ablatiuo.ut alibi. Impleuitq; mero paterã. Amittere.longe & eminus a mente sequestrare:uel amittere pro omittere & destituere. Euge hoc fit. ita scribi debet uersus:& tolli pariter:metri necessitate.Quæ dictio in principio sequẽtis uersus scribi debet: Cui & in fine addi debet heus uos:ita ratione carminis exigente:quod interp̃tes nostri somniculosi non aduerterũt. Sic igitur scribendus est uersus sequens. Pariter:atq; ut alia facta sunt.feriam fores.heus uos. Sequens autem & ultimus scenæ uersus sic incipit. Aperite hoc. Nam Amphitryo: ut uidit occlusas fores: quas equidem clauserat Mercurius: ut illum ridiculo haberet: miratus est: quia fores magnorum uirorum interdiu patere consueuerunt: propterea dixit. Euge hoc fit pariter atq; ut alia facta sunt:& simul fores percussit: & uocauit qui intus erant.

O Vis ad fores? Hæc scena eodem carminis genere cõstat:quo & superior.tetrametrum enim est brachicatalecticũ:septẽ pedibus incedens.In qua Mercurius introducitur:aduenientem Amphitryonẽ:& fores pulsantẽ

ab ædibus cispellens:uerbis primum:deinde tegula in illum proiecta de loco superiore. Quis ad fores?suppleest. Ego sum.existimans amphitryo se solo uerbo cognosci & introduci debere:ut mos est dominorũ domus:ait:ego sum. Quid ego sum. Mercurius quasi per contẽptum interrogat.quid est:uel quid sibi uult hoc:ego sum? Quo modo?amphitryonis uerba sunt:quo modo inquit irati mihi sunt iuppiter: & dii? Viuas ætatem.eo dicẽdi modo quo dicimus uiuo uitam:seruio seruitutem. Sosia.uocatiuus casus est:per minitationem prolatus:ac si diceret:non tu es Sosia:qui mihi hero sic insolenter respondes? Vnde ille respondet ita sum

Diq; omnes irati certo sunt:qui sic frangas fores.
Am. Quo modo? Me.eo modo ut profecto uiuas ætatem miser.
Am. Sosia. Me.ita sum sosia nisi me esse oblitum existimas.
Quid nunc uis? Am.scelefte at etiã quid uelim id tu me rogas?
Me. Ita rogo:pene effregisti fatue foribus cardines.
An foris censebas nobis publicitus præberier?
Quid me aspectas stolide?qd nunc uis tibi?aut qs es tu homo?
Am. Verbero:etiam quis ego sim me rogitas? ulmorum acherons?
Quem pol ego hodie ob dicta isthæc faciam feruentem flagris.
Me. Prodigum te fuisse oportet.olim in adolescentia
Am. Qui dum? Me.quia senecta ætate a me mendicas malum.
Am. Cum cruciatu tuo hodie istec uerna uerba funditas.
Me. Sacrufico ego hũc tibi iuppiter. Am.qui? Me.qa enim te macto.

Sosia. Nisi me esse oblitum. nisi putas: me mei oblitum: nomenq; meum dedicisse. Cardines. super quibus fores uoluuntur. Virgil. Et foribus cardo stridebat ahenis: ad quorum similitudinem mundi polos Cardines uocamus. Lucanus. Et summus olympi cardo tenet tethym. Et cardo significat cõmoditatem siue opportunitatem. Virgil. Haud tãto cessabit cardine rerũ: de quibus affatim diximus in uocabulario nostro. Publicitus.ex publico ærario ex publica impẽsa & non ex pecunia nostra cõparari:aduerbialiter sic utimur hac dictione:& pprie. Apuleius aũt: & alii simpliciter: & abusiue p publice usurpant. Iulius capitolinus in gordianoq; uita:nomen publicitus eraserunt:de qua dictiõe & superius in prima scena diximus. Aut quis es tu homo.ita scribi debet:ex codicibus antiquis:& metri necessitate:& nõ quis tu es homo:quia uersus claudicaret:qđ pius & Sarracenus interptes nõ uiderunt. Vlmorum acherons.uorago:& dissipatio uirgarũ.nõ aliter q̃ acherons:siue acheron fluuius infernus qui est uorigo: & absumptio animaꝝ:dicitur utroq; modo acherons: & acheron. Ex ulmis aũt uirgæ fiebant ad plagas seruis malis inferendas. Vñ inferius uerberonẽ:& mastigiam seruũ ulmitribam appellabit:ac si diceret digne in quẽ plurimæ ulmoꝝ uirgæ cõtinuis uerberibus cõterantur. Nã quod uterq; interpres ait:alibi legi aceruus:& non acheruns: delirium quoddam olet:quũ uersus ratio nõ patiatur dictionem illam aceruus. Ob dicta isthæc.nõ ob isthæc dicta ut legunt iidem interptes insciti: cõtra metri rationem. Feruentẽ.ardẽtem. Prodigum.qui pdigi sunt: & bona sua abliguriunt in iuuentute:quũ senes postea fiunt mendicare coguntur.hic aũt per metaphorã:expolysemo sensu:pdigum eum fuisse ait:& tanq̃ uerbera ac malum in sua iuuentute dissipasse: quũ ea nunc senex ab ipso Mercurio regrat:ac tanq̃ mendicus uestiget. Qui dum?quo pacto:quo modo pdigũ me fuisse oportet. Seneca ætate.in senili ætate:nunc quũ senex es. Mendicas.mendicare ut qdam uolunt:a medendo deducitur:quia inopes quærunt:ut alimẽtis suæ uitæ medeãtur. Hodie isthæc.nõ illhæc hodie:quia uersus abũdaret uno pede. Funditas. incõsiderate piicis & euomis. Sacrufico ego hunc tibi iuppiter. Pius & Sarracenus interpretes nullam uersus rationẽ tenentes:atq; ob id nullam ex hoc carmine certã sententiã elicere ualentes:quippe quũ legant. Sacrufico ego tibi:meras nugas:futilesq; cõmentationes hoc loco protulerunt:quas qui cupiunt inspicere:eorũ cõmentarios adeant:sed inter cætera:hæc quoq; ait Pius. Aqua igitur amphitryonem conspersurus maigena deus ait se illi sacrificare.pudor propudiũq; litteratoꝝ. Vbi enim legit amẽtissimus iste pius: Mercurium aspersurũ aqua fuisse amphitryonem?præterea. Te macto.uerba pxime sequentia exponit.magis augeo instar molæ aquam in te deuergentis. Cuius deliria nuce cassa nimio empta sint. Scribendũ igitur censemus:ut nos correximus. Sacrufico ego hunc tibi iuppiter:tum uersus integritate:tum uero sententiæ concinnitate:hoc sensu. O Iuppiter:ego tibi hunc delirũ amentemq; amphitryonem in me conuitia minasq; ingerentẽ sacrificare uolo:hoc est mactare:tibiq; holocaustum offerre:id qđ conuenit cum sequentibus:quũ in ultimo huius scenæ uersu inquit: euades nunq̃ quin te sacruficem. Qui?quomodo:scilicet sacrificas me Ioui?Vnde respondet Mercurius. Quia enim te macto.i.occido: quemadmodum pecudes & armenta diis mactari consueuerunt in sacrificiis. Tun me mactes carnifex?hoc reliquum Scenæ huius:& duaꝝ insequentium Scenarum in plærisq; tum antiquis:tum nouis codicibus deficiebat:qđ quanq̃ Sarracenus a se animaduersum:dicat tanq̃ adulterinum & subditiciũ non censuisse se admittendũ in plautinam familiã. Nos omnino contraria sententia admittendum censuimus:uti natiuum:proprium:consanguineum:& legitimum:quãdoquidem & sententia absolutissima cum superioribus cõuenit:& uersus hi plautinam olent lepiditatem. Et Nonius eoꝝ aliquot p plautinis citat:quẽadmodum in uerbo exanclarem:& in uerbo minitabas:& in uerbo spedunt infra dicemus.

Cardo.
Publicitus.
Acherons.
Mẽdicare.

Tun me mactes. ecce q̄ belle cōuenit hæc responsio amphitryonis uerbis Mercurii:qui dixerat:quia enim te macto·tu inquit Carnifex mactes me?præ ira excandescens Amphitryo:dum Mercuriū putat Sosiā seruum suū

Perduint. esse:hæc oīa profert. Perduint.perdant:uel perdiderint:more antiquo:sicut: duis pro des:uel dederis. Bubulis coriis.scuticis ex bubulo corio dissectis:quibus utuntur loreatii ad loreanda percutiendaq; latera seruoꝝ.

Saturni hostia.Quia supius Mercurius dixerat:Sacrufico ego hunc tibi iuppiter:iccirco amphitryo quasi par pari reddens:ait:se illum Saturno imolaturū:neq; ad hoc facere arbitramur uugamenta Pii: hoc loco plurima de infanticidio referē tis:qđ prisci carthaginenses saturno facerent. Larua umbratilis. laruā umbratilem appellat amphitryonem:tanq̄ nō homo sit uiuus:sed umbra quædam ab inferis egressa:quæ ipm terræ conetur:ul his uerbis ipsum amphitryonem magis alienatum mēte redigat: uel ut ei persuadeat se nihilo pluris illum facere:q̄ umbram larualem:laruā ue umbratilem:nam idem sunt. Nisi hinc actutum fugias. Ita supplendus fuit uersus: metri necessitate:qđ Pius nō uidit. Pul-

Am. Tun me mactes carnifex?nisi formā di hodie meam perduint:
Faxo ut bubulis coriis onustus sis saturni hostia.
Ita ego te certo cruce & cruciatu mactabo. exi foras
Mastigia.Mer.larua umbratilis tu me minis territas?
Nisi hinc actutum fugias:si denuo pultaueris:
Si' minusculo digito increpuerint fores:hac tegula
Tuum diminuam caput:ut cum dentibus linguam excreces.
Am. Tun furcifer meis me procul prohibessis ædibus?
Tun pultare fores?hasce illico demolliar cardine. (prendero:
Mer. Pergin?Am.pergo.Mer.accipe.Am.scelesteˑī herū:si te hodie ap
Ad id te redigam miseriarum:ut semper sis miser.
Mer. Bacchanal te exercuisse oportuit senex.Am.qui dum.
Mer. Q uando tu me tuum seruum censes.Am.quid censeo?
Mer. Malum tibi.præter amphitryonem herum noui neminem.
Am. Num formam perdidi?mirum quin me norit sosia.

Digitorū nomina. taueris. pro pulsaueris.indifferenter enim pulsare & pultare dicimus. Minusculo digito.minimo quem auricularium dicimus:siquidem digitorū nomina hæc dicuntur.pollex.index.medicus:siue medius:siue infamis:siue famosus:siue spudicus.his enim oībus noībus uocatur qui a pollice tertius est·Persius.Infami digito & lustralibus ante saliuis.Iuue·Quū fortunæ ipse minati mandaret laqueū:mediūq; ostēderet unguē.Mar.Et digitū porrigito mediū.Virg.in priapeiis Dendes quoq; fur:& impudicū ostendis digitū mihi mināti·quartus uocatur anularis:siue ascensor:& a qbusdam medicus·qntus auricularius:siue minimus.Sed & index q secūdus est a pollice salutaris appellatur:qm fortassis Silentiū per eum indicabatur:quæ sit res salutaris & cōducibilis:qđ significare uoleutes ægyptii fingebant harpocratem salutari digito ori admoto:de quo ueneris & Mercurii filio intel-

Harpocrates. lexerit ouidius eo uersu.Quiq; pmit uocē digitoq; silentia suadet:quē harpocratē Ausonius Sigalion appellasse

Sigalion. uidetur:quū dixit.uestraq; sigalion ægyptius ora resignet:Sed qđ ait Pius plautinus īterpres.Minusculū hypocorismon hoc est diminutiuū esse a minimo:risu dignum est:uel potius derisu:quū uusq̄ id auditum sit.quinimo eiusmodi diminutiua a comparatiuo neutro formantur:additione culus:ut a minus minusculus:maius maiusculus:grandius grandiusculus &c· Hac tegula.hac inquit tegula:quam manu tenebat:ut qui in superiore se te

Prohibessis. cto ante ianuam constituerat tegulis confecto tuum diminuam caput· Neq; apparet usquā Mercurium ipsum

Bacchanalia. peluim:neq; aquam habuisse qua amphitryonem inspergeret:ut Pius superius dixit. Prohibessis· prohibueris:sicut irritassis pro irritaueris. Demoliar.deiiciā:destruam.Moliri enim:ut in uocabulario nostro diximus·

Moliri. est facere·Virg.Inde datum molitur iter parare.Idem Classemq; sub ipsa Antandro:& phrygiæ molimur monti

Demoliri. bus idæ.Gubernare.Idem Et manibus molitur habenas:& ædificare.Idem.Moliriq; arcem:& manibus subuol-

Mimallonides. uere saxa· Vñ demoliri dictū ē destruere.ita exponit Noñ·Cicero.Demoliri ea:quoꝝ altitudo officeret auspiciis·

Accipe.Quum respondisset amphitryo:pergo:Mercurius tegulam in eum coniecit dicens accipe.Vnde infra

Mimallones. Amphitryo Sosiæ seruo suo obiiciet tegulam in se coniectā:dicens:En telum:en tegula. Sceleste in herum?Rephendentis cum interrogatione Amphitryonis uerba sunt:ac si diceret:Sacrilege:in herum tuum impetū facis? quo scelere uix maius dici potest· Bacchanal.bacchanal & bacchanale dicitur:ut toral & torale.Sic alibi Plautus in aulu.dixit.In bacchanal ueni hodie cognatū.Bacchanale aūt & usitatius numero plurali bacchanalia sacrificia erāt bacchi:q̄ celebrabātur p bacchas mulieres furiis bacchi agitatas:retecta facie:capillis passis:fluida ueste:lacero sinu exululātes:q̄ Mimallonides:Mimallonesq; dicebātur·a Mimāte mōte minoris asiæ:ubi sacra baccho fieri cōsueuerāt.Oui.Ecce mimallodines sparsis in terga capillos.Sapho·Nūc feror ut bacchi furiis Mimallones actæ:& Edonides quoq; appellabātur ab edone mōte thraciæ:ī quo eadē bacchi sacra fiebāt.Oui.Nec minus assiduis edonis fessa choreis·Luca.Edonis ogygio decurat plena lyæo·his ūbis Mercurius āphitryonē ebriū amentēq; ac furiis agitatū significare intendit. Præter āphitryonē herū noui neminē.hoc dicto āphitryo dubitare cœpit:se formā suā pdidisse:& trāsmutatū aliquo mō ī aliā:ita ut nō posset cognosci ab īspectātibus·Vū ītra se sit loq cœpit. Num formā pdidi?i·num fortassis aliquo pacto īmutatus sum a pristina effigie mea. Quia me norit.i·q nō me noscat Sosia seruus meus·

Scrutabor.exquiram:uestigabo:& huc usq solus secum locutus est. Ehò dic mihi.nunc Sosiam alloquitur: rogitans ab eo:quisnam ipse uideatur. Num satis amphitryo.s uideor. Amphitryo? Mercurius derisiue idē nomen Amphitryo repetens:ac quasi per contēptum negare se ostendens:illum uideri amphitryonē: magis delirum facit:& irritatū sequentibus uerbis reddit:quū Amphitryonē alium ab eo intus cum alcmena cubare asserit. Qui uxore? qui pro qua. Blandius.supple loqris iam:& nō ita minax atq excandescens ut dudum: quū internetionem mihi minabaris. Incubet.super immineat:atq instet. Vñ gallinas oua uel ouis incubare dicimus. Incubare

Scrutabor.eho dic mihi:quis uideor? num satis amphitryo?
Mer. Amphitryo? sanus ne es? non ne tibi prædictum senex:
Bacchanal te exercuisse:quum qui sis alium rogites?
Abscede moneo.molestus ne sies: dum amphitruo
Cum uxore.modo ex hostibus aduenicns uoluptatem capit.
Am. Qui uxore? Mer.alcuméa.Am.qs hō? Mer.quoties uis dictū?
Herus meus.molestus ne sies.Am.qui cū cubat? (āphitruo.
Mer. Vide ne infortunium quæras:qui me sic ludifices.
Am. Dic quæso mi sosia.Mer.blandius.cū alcumena.Am.in eodē ne
Cubiculo? Mer.Imo ut corpe corpus icubet.Am.ue misero mihi.
Mer. Lucri est:quod miseriam deputat:nam uxorem usurariam
Perinde est præbere:ac si agrum sterilem farriendum loces.
Am. Sosia.Mer.quid malum sosia? Am.num me nouisti uerbero?
Mer. Noui te hominē molestū:qui ue emas litigium.Am.adhuc
Amplius.nō ne ego herus sū tuus āphitruo? Mer.tu bacchus es.
Haud amphitruo.quoties tibi dictum uis? num denuo?
Meus amphitruo uno cubiculo alcmenam complexu tenet.
Si pergas:cum hic sistam.neq sine tuo magno malo.
Am. Cupio accersiri.utinam pro benefactis dii patriam:
Aedes:uxorem:familiam:cum forma una perduam.
Mer. Accersam equidem.sed de foribus tu interea sis uide.
Credo:ni quæ uolebat sacrificia ad epulum conduxerit:
Si molestus sis:euades nunq:quin te sacruficem.

Amphitryo.Blepharo.Sosia.

Am. DI uostrā fidē:quæ intēperiæ nostrā agūt familiā:q mira
Video:postq aduenio pegre? nā uerust qd' olim ē au-
Fabularier:mutatos atticos in arcadia hoies: (ditū

Incubare,
ɔstruitur.n. cū actō ut hic:uel cū dtō. Mar. Incubasq gazæ: qñq significat ihærere. Valerius flaccus. Salutifero mitis deus incubat agni. Pius hoc loco Incubat legit & commentatur contra grāmaticæ rationem: quæ requirit: ut Incubet dicatur: sicut amet:in psenti subiūctiui:& non amat.

Quod miseriá deputat.Sensus est facetus:& ioci plenus:nescit iquit Mercurius: quid sibi magis expediat & utile sit hic homo: quum lucrum faciat: & id calamitati ascribat & miseriæ.nā uxorem usurariá hoc est usu habendam & exercendam alii præbere: idē ē ac si agrú sterilem colendú eidē loces: quum fructus alieni laboris in tuā perueniat domum.

Quid malum Sosia? Quia Amphitryo auditis ṽbis Mercurii:uocauerat eū:tanq sosiam: admirans uidelicet:q eiusmodi in herum cōuitia effunderet:dixeratq:Sosia. Iccirco rñdet Mercurius arroganter: quid malum Sosia. scilicet clamas? aut quid tibi uis cum hoc nómine Sosia? Adhuc amplius.s.respōde. Tu bacchus es.i.ebrius. Hic sistam.i.eum euocabo:ut hic qprimum sistat. Perduam.pro perdam. Sed de foribus.i.sed a foribus: uidesis pro si uis:interea absis scilicet:& cedas. Ad epulum.Nisi parata habeat:quæ sacrificio:& epulo destinato opus erant. Ad epulum.post confecta enim sacrificia:epulabātur ex iis quæ sacrificiis superfuerāt. Euades nunq quin te sacrificem.cōuenit.hoc cum superioribus:ubi diximus:scribi debere:Sacrifico ego hunc tibi iuppiter.

DI uostram fidem. Tetrameter acatalecticus est uersus huius scenæ octo pedes nactus. In qua Amphitryo primum:qui solus remanserat antæ ædes suas:dum Mercurius Iouem Amphitryonis formā gerentē uocatū prexit:secū conqritur de huiusmodi familiæ suæ intēperiis. Deide supueniētibus blepharone & Sosia:q Sosia iādudū a Ioue missus fuerat uocatū ipm blepharonē ad prādiū:ut supra uisum ē:āphitryo sosiæ irascitur:eūq ṽberare cupit:existimās illū fuisse:q se a foribus amouerit:& tegulā se aduersum piecerit. Qui tñ a blepharone paulū placatur:usq dū rē oēm clarius itellexerit. Di uostrā fidē.modus loqndi ē eoȝ:qbus aliqd pter opinionē contingit:ac si dicamus: p fidem uestrā ferte auxliū:uel fidē uostrā.i.opem iplotamus. Postq aduenio pegre.i.postq domū ex pegrinatione aduenio.significat.n.de loco hic alias in loco & ad locū:ut supra & alibi dictū ē. Verust.uerū est. Mutatos atticos.Quū uideā ingt:q hic cōtingūt ,mihi &

familiæ meæ:cogor credere uera esse etiā ea:quæ olim audiui fabulari:de atticis hoībus q̄ ī arcadia mutati fuerint in lupos:& longo tpe sic mutati remanserint:adeo ut a parentibus suis cognosci nō potuerint. Existimamus aūt poetā id hoc loco tangere:qđ Plynius lib.viii.capite.xxii.refert his uerbis. Hoīes in lupos uerti:rursusq; restitui sibi:falsum esse cōfidenter existimare debemus:aut credere oia:quæ fabulosa tot seculis cōperimus. Vnde tñ ista uulgo infixa sit fama:in tantū ut in maledictis uersipelles habeantur:indicabitur. Euantes inter autores græciæ nō spretus tradit Arcadas scribere:ex gente Antæi cuiusdā sorte familia electum ad stagnū quoddā regionis eius duci:uestituq; in quercu suspenso tranare:atq; abire in deserta:transfigurariq; ī lupum: & cū cæteris eiusdem generis congregari per annos nouem: Quo in tēpore si hoīe se abstinuerit: reuerti ad idē stagnū: & quū tranauerit:effigiē recipere ad pristinum habitū: addito nouem annorū senio. Addit quoq; Fabius eandē recipere uestem. Mansitasse. mansisse:a uerbo maneo. Quid illuc Sosia? Blepharonis ad Sosiā cum eo una a portu uenientis ūba sunt. Illuc.p illud. Id ipransus creduas. credas id qđ dico mihi cōtigisse & impransus similiť ut ego remaneas. Multauit. affecit: puniuit.

Grandire. Grandire. grandes facere. Sic alibi Plautus in aulu. Testudineum istum tibi grandibo grandum: Cato. grādire fruges faxis: dixit in re rustica. Et Columella

Ingrāduit. Ingranduit uerbo usus est: pro grande factū est. lib.xii.dicens. At circa calendas martii locis apricis licet porrū si iam ingranduit transferre. Expectat amphitryo. proficiscentes blepharo:& Sosias a longe uidebant Amphitryonem:qui extra limina domus suæ errabat:ut qui iussus fuerat a Mercurio a foribus abesse dum Iouem quem amphitryonem esse dixerat euocaret:ppterea dicit nam ut uideo expectat amphitryo. Quid aliena fabulor. Sic errans solus Amphitryo secum cōquerebatur:& hæc sunt cōtinuata illius uerba. In nostro thebano genere. Nam Cadmus missus ab Agenore Europā quæritatum: uenit in bœotiū agrum:ubi ædificauit thebas:& Serpentem interfecit.

Martigenam belluā. serpentem. Nam omnes serpentes in tutela martis sunt: uel martigenā belluam: quia ex dentibus illius seminatis nati sunt uiri armati martem & pugnā inter se cōmittentes. Magnus europæ quæstor. ille Cadmus magnus quæsitor europæ. Repentes hostes. subditos hostes:& ex improuiso natos. Seminio anguineo. ex semine dentium illius serpentis. Et pugnata illac pugna. idest & in illa pugna pugnata.

Cadmus. Et nostræ autorem gentis. Cadmum scilicet: qui iam grandæuus factus cum hermiona uxore ueneris & Iouis filia in epirum secessit: ubi apud enchelias uersi sunt in dracones: a quibus locus nomen accepit. εγχε-

Enchelyæ. λυσ enim anguem anguillam ue significat. Lucanus. Enchelyæ uersi testantes funera cadmi. Ouidius quoq; hoc significat: quum ait. Serpentem spectas:& tu spectabere serpens. De summo summus. Ita inquit fatatum est:& constitutum a diis: ut omnes illustres uiri nostrates: pro claris gestis hanc mercedem recipiant: ut diris malis agitentur. Fata isthæc. huiusmodi fata nostræ genti ab origine constituta me quoq; premunt & grauant.

Exanclare. Exanclarem. perferrem: paterer. ita exponit Marcellus: locum hunc adducens: ex quo manifestum est: has scenas: quæ deficiebant: omnino addi debuisse: uti plautinas: & necessarias: contra Sarraceni opinionem: qui in plautinam familiam admittendas non censuit. Salutator. tanq̄ ii: qui salutatum ibant uiros potentiores: qui si nō illico admittebantur intra domos: foris expectabant. Oppessulatas. clausas: pessulis offirmatas: pessuli sunt uectes: obices ue: quibus fores claudebantur. Teren. Pessulum ostio obdo. Plautus. pessuli heus pessuli

Pessulus. uos saluto lubens. pessulus dicitur quasi pes paruus: quia fores sustentet & fulciat. Curiose quidem. locus est: a sosia prolatus: quia blepharo dixerat: famē expectat obambulans: respiciēs uidelicet ad id: q; ipse blepharo

Et sæuas belluas mansitasse:nec unq̄ domo parentibus.
Cognitas. Ble. quid illuc Sosia? magna sunt quæ mira prædicas,
A in tu alterum te repperisse tui consimilem sosiam?
So. Aio. sed heus tu quū ego sosiā: āphitruonē āphitruo: qd scis: an
Tu forte aliū Blepharonē paries? o dii faciant: ut tu quoq;
Collisus pugnis:& illisis dentibus: id impransus creduas:
Q uū ego ille alter Sosia: qui illic sum: me malis multauit modis
Ble. Mira sunt profecto. sed gradus condecet grandire. nam ut uideo
Expectat amphitruo:& uacuus uenter crepitat. Am. qd aliena
Fabulor? in nostro thebano genere plusq̄ mira memorant.
Martigenā ille aggressus belluā magnus Europæ q̄stor āguineo
R epentes hostes peperit seminio.& pugnata illac pugna:
Frater trudebat fratrem hasta & galea.& nostræ autorem gentis
Cum ueneris filia anguis repsisse tellus epirotica
Vidit. de summo summus iuppiter sic statuit. sic fatum habet.
Optimi omnes nostrates pro claris factis diris aguntur malis.
Fata isthæc me p̄mūt. ptolerarem uim tantā: cladesq; (spicor.
Exāclarē ipatibiles. So blepharo. Ble. qd ē. So. nescio qd mali su-
Ble. Quid? So. uide sis. herus salutator oppessulatas aň foras gradiť.
Ble. Nihil est. famē expectat obambulās. So. curiose qdē. fores enim

uocatus fuerat ad prandiũ a Sosia:& ppterea putabat amphitryonẽ ibi añ fores deambulare:ut appetitũ famẽq; sibi puocaret. Curiose inqt Sosia hãc rem gerit.i.cũ cura & diligẽtia:nã fores clausit:ne puerteretur.i. expelleretur foras:eo mõ:quo dici solet:claudi ianuam:postq̃ lupus agnos rapuit:luditq; in uerbis fores: & foras. Nec gánio. Gánire pprie ẽ uulpiũ:latrare canũ.ex ob aũt & gánio.is.cõponitur oggannio:quo uerbo abutũtur poetæ:ẽt ad alia aĩalia:ut hoc loco:nã oggánis p garris:& nugaris posuit:sed Sosia pprie capiẽs:nec Gánio inquit ego:nec ẽt latro uc; si me audies:obseruabis:qd ille secũ loquatur. Expungãt.deleãt:tollant:abstergãt: ṽbũ ẽ a spõgia detortũ: qua litteræ & pictura oĩs deleri & tolli solent. Persius. Libertũq; utinã quẽ px mus hæres īpello expungã. Totam miris modis. Amphitryonis ṽba sunt: aliis ab eo iam dictis cohætẽtia. Dixerat.n. supius:ptolerarẽ uim tantam:cladesq; exanclarem īpatibiles:hoc igitur sic seqtur: ac si diceret:ueq; adeo nostrã oẽm familiam uideo agitari:ut pati ulterius nequeã. Tũ uero uxor. sed qd̃ maius est:uxor uitio stuproq; plena:nõ me afficit modo: sed prsus enecat. Quid enim? supple addã? Prolocuta.s.est. At noui iã ludum. Iam ei in mẽtẽ uenit: Sosiã fuisse: q domũ clam pfectus oĩa alcmenæ rettulerit:ante ipsius amphitryonis aduẽtũ. Ausit. ausus fuit:antique dictum est. Magnæ. ualde egregiæ. Præuortier. puorti decipere. De me loquutus. s.est. Machina. Machina dicitur instrumentum oẽ: opusq;: quo in bello utimur. Et item ipsa cõsilia:q bus decipere hostẽ conamur: a græco μηχανη:quæ molitio &

Gánire. Latrare. Expungo. Machina.

Clausit:ne puerteret' foras. Ble. oggãnis. So. nec gãnio:nec latro
Si me audias:obserues. nescio quid secum solus. puto
Rationes colligit. quid memoret hinc excipiam. ne propera.
Vt metuo:ne uictis hostibus di partã expugnant gloriam.
Am. Totam miris modis nostram uideo turbatam familiam.
Tum uero uxor uitio:stupro.dedecore me plena enecat.
Sed de patera mirum est.erat tamen signũ obsignatum probe.
Quid enim? pugnas pugnatas plocuta:& pterelã oppugnatũ
Nostris occisum manibus fortiter. at noui iam ludum.
Id sosiæ factum est opera:qui me hodie quoq; p̄sentem ausit.
Magne præuortier. So. de me loquutus:& quæ uelim minus.
Hominem ne congrediamur quæso prius q̃ somnũ detexerit.
Ble. Vt lubet. Am. si illum datur hodie adp̄hendere:ostẽdã quid sit
Herum minis & dolis incessere. So. audin illũ tu? Ble. audio.
So. Illhæc machina meas onerat scapulas. compellemus hominẽ.
Scin quid uulgo dici solet? Ble. quid dicturus sis nescio.
Quid tibi patiũdũ:fer̃ ariolor. So. uetust adagiũ. fames & mora.
Bile nasum contiunt. Ble. uerũ quidem e loco compellemus
Alacre. ãphitruo. Am. blepharonẽ audio:sed mirq; qd is ad me ue
Opportune tamen:ut uxoris facta cõuincã impia. (niat.
Quid huc ad me blepharo? Ble. eho oblitus tã cito? q diluculo
Misisti ad nauim sosiam:ut hodie tecum conuiuerem.
Am. Nusq̃ factũ gẽtiũ. sed ubi illic ẽ scelestus? Ble. qs. Am. sosia.
Ble. Eccum illum. Am. ubi? Ble. ante oculos. non uides? Am. uix ui-
deo præ ira. adeo me isthic
Hodie delirum fecit. ne te sacrificem nunquã euades:
Sine me blepharo. Bl. sed ausculta p̄cor. Am. dũ ausculto:tu ua-
So. Qua de re? nũ satis tempori? nõ ocyus quiui:si me (pula.
Dædaleis tulissem remigiis. Ble. abstine quæso. nõ potuimus

machina dicitur:& μηχανῶμαι inuenio:molior:& μηχάνημα inuẽtũ molitio. Quid tibi patiũdũ. supple sit. Adagiũ. puerbiũ:ita uocatũ:qa sit i uulgus adactũ. Fames:& mora. Seruus q̃ serui sũt loqtur:fame.n.correptus:qa & noctẽ uigilauerat ppetẽ:& mane exercitus fuerat i redeũdo ad nauim:& postea iteq; domũ cũ blepharone:cibũ sibi optabat:& q famelici sũt:quo magis differũt:eo magis irati reddũtur:hic puerbiũ natũ ẽ:fames & mora bile nasum cõciũt.i. quũ qs esurit:& morari cogit':ne cibũ sumat:ea fames:& ea mora illi iracũdiã mouẽt.

Nasum cõciunt. nasum puocãt:& iracundiã:q̃ nasum prurire facit iis quoq; aium accẽdit. E loco cõpellemus alacre. Ex hoc loco inqt blepharo:cõpellemus amphitryonẽ alacri uultu:& his dictis eum uocat. Sed mirum. qa ipse Amphitryo nõ miserat illũ uocatũ:sed iuppiter. unde i sequẽtibus ait. Quid huc ad me blepharo? quasi dicat uenis? Nusq̃ factũ gẽtiũ. ut ego.s. miserim uocatũ te. Ne te sacrificẽ. eodẽ modo.s. quo tu me sacrificatuq; te dixeras:& quum hæc diceret:uoluit manus in illum inijcere:sed blepharo nõ permisit: ideo dicit. Sine me blepharo. Tu uapula. o Sosia. Tempori. aduerbium est:quod significat tempestiue. Inde temporius aduerbium. Ouidius. Modo surgis eoo Temporius cælo.i. magis tempestiue. Sic Palladius lib. iii. Si rosam temporius habere uolueris duobus palmis ab ea in gyrum fodies. Remigiis dædaleis. uolatu: quemadmodum

Adagium. Tempori. Tẽporius.

fecit dædalus.Sic Virg.Remigio alia⁊:qa alæ uolanti sint:tanq̄ palmulæ remiq̄ nauigiis. Gralatorius.ingens magnus.

Gralatores Gralatores:ut Festus inqt:sunt pantomimi:q ut saltatione imitarētur ægipanas:adiectis pticis furculas habētibus:atq̄ i his supstātes:ad similitudinē crurū eius gnīs gradiebātur:utiq̄ ,ppter difficultatē cōsistēdi.Plautus alibi.uinceretis cursu ceruas:& gralatorē gradu.Iude gralatorius gradus:ingens & enormis dicitur. En tegula.nunqd en peluis:en aqua dixit?ut Pius supius asseruit:Mercuriū.s.aqua ex pelui amphitryonē conspersurū fuisse?nō pfecto.Itaq̄ ex hoc quoq̄ patet loco:illū somniabūdū talia ptulisse. Deturbauit ædibus.i.ab ædibus pcul expulit me foribus exclusum. Quid minitabas.p minitabaris.Marcellus: hūc locū citat:his v̄bis.

Minitare. Minitas.p minitaris.Plautus in amphitryōe. Quid minitabas te factum:si istas pepulissem fores?Et Sarracenus interps:Marcello tam graui teste adduci non potuit:ut has scenas deficientes in plautinā familiā reciperet? Negas scelestie?Sosia audiens amphitryonē hæc dicētē:seq̄ quasi iterrogātē:adnutabat capite tremulo tanq̄ inficiaturus:se illi usq̄ minatū fuisse:ppterea pgens amphitryo iqt:negas scelestie? Quin negē.cur nō negē inqt Sosia. Vt ad te uocatū ducerē.uel missus uocatū cū:ut ad te ducerem:uel ut ducerē illū ad te uocatū i prandiū. Dudū:pridem:mō.hæc tria aduerbia fere idem significāt: ut supius dictum est. irritassit.irritauerit.idest te irritasse debuit. Nec bacchū salutē sicuti amphitryo ptulisse uidetur tempus nō congruū:dicēdo irritassit:quū irritat potius dicendū fuisset:sic Sosia icongruo atq̄ incōnsueto tpe ei rn̄det:nec Bacchū inqt salutē hodie nec cererē:p salutauerim.i.salutaui.uā nūdum ederat:neq̄ biberat:ut supra uisum est. Vbi me liqsti?hoc ait amphitryo ad Sosiā cōuersus. Blepharo.Quū amphitryo dixisset: nunq̄ abis qn uapules:iteq̄ uoluit illi manū iniicere:ppt qd Sosia Blepharonē uocauit:ut sibi opē ferret. Excantat.effascinat.nā fascinare:& effascinare:sicut

Cantare. Excantare. Fascinare. Effascinare Cantare:& excātare:est malefice p v̄ba:aut alicuius alterius rei adminiculū: perniciem:damnum ue alicui moliri.Virg.Nescio qs teneros oculus mihi fascinat agnos.Solinus.Quædā in terra africa hoīum familiæ sunt uoce atq̄ lingua effascinātes.Virg.Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.Sic hoc loco excantat ,p cantat & fascinat:quāq̄ interdū effascinare:& excantare ,p eo qd est fasciuū tollere: & incantationem rescindere accipiantur. Excruciatum missum facias.i.mittas excruciatum.

Nostros grandius grandire gradus.Am.siue gralatorius: siue
Testudineus fuerit:certum est mihi hunc scelestum perdere.
En telum.en tegula.en obductas fores.en ludificatum herum
En uerborū scelus.Ble.quid mali fecit tibi?Am.rogas? ex illo
Tecto exclusum foribus me deturbauit ædibus.So.ego ne?
Am. Tu quid minitabas te facturum:si istas pepulissem fores?
Negas scelestie?So.Quin negem?en testis āpliter:quo cū uenio
Missus sedulo ut ad te uocatum ducerem.Am.quis te misit
Furcifer?So.qui me rogat.Am.Q ñ gētiū?So. dudū: pridē:mō:
Vbi cum uxore redisti in gratiam.Am.Bacchus te irritassit.
So. Nec bacchū salutem hodie:nec cererem.tu purgari iusseras
Vasa:ut rem diuinam faceres.& hunc me accersitum mittis:
Vt tecum pranderet.Am.Blepharo:disperēā:si intus adhuc fui:
Aut si hūc miserim.ubi me liqsti? So. domi cū alcumena cōiuge
Ego a te abiens portum uersus uolito.hunc tuis uerbis uoco.
Venimus.nec te nisi nūc uideo postea.Am.scelestū caput.(gra
Nūq̄ abis:qn uaples.So.blepharo.Ble.āphitruo mitte hūc mea
Et me audias.Am.en mitto.qd uis loq̄re.Ble.Isthic iādudū mihi
Maxima memorauit mira.præstigiator forte:aut ueneficus
Hanc excantat tibi familiam inquire aliunde.uide quid fiet.
Nec ante hunc excruciatum missum facias:q̄ rem intelligas.
Recte mones.faciam.Sed te aduersum uxorē aduocatū uolo.

Iuppiter. Amphitryo. Sosia. Blepharo.



Am. QVis tam uasto impete has fores toto cōuulsit cardine?
Iu. Quis an ædis tātas tā diu turbas cōcitat? quē si cæpo:

QVis tam uasto īpete.Idē ē genus carminis cū supiore:tetrametrū.s.acatalecticū: octo pedibus icedēs. In hac scena:Iouis & āphitryonis cōtētiones agūtur blepharone arbitro:q tādē sibi nō liq̄re asserēs:uter eo⁊ potius eēt uerus āphitryo:re indiscussa illos iter se iubet litē partire:quū sibi aliud agēdū occurreret. Quis tā uasto īpete. Scimus Mercuriū supius itroisse i domū āphitryonis:ut Iouē āphitryonē gerētē euocaret:ita exigēte āphitryone. Nūc igitur exit iuppit:& exiēs:magna uoce:& ueluti aīo cōcitato petit:qs fores pulsauerit tāto īpetu:ut q̄si e cardinibus diuulsæ sint.hoc aūt dicit:ut cām quærat:qua āphitryoni irascatur.nā nō tetigerat nunc āphitryo fores: sed prius multo:qn Mercurius ei rñderat:qs ad fores?ut supra uisum ē. Impete.p īpetu:more ātiquo. Turbas.

contentiones ac si audiuisset omnia ea quæ cũ Mercurio ab amphitryone fuerant actitata. Sacrificabo mani-
bus.manibus idest umbris:animisq; teleboaꝝ:quos amphitryo interfecerat.ostendit aũt per hoc iuppiter:se esse Lares.
amphitryonem:qui sacrificium paret:pro uictoria ex telebois relata.Plotinus phũs scribit:Animas hominũ demo Lemures
nes esse & ex hoĩbus fieri lares:si meriti bene sint.lemures siue laruas:si male.Manes autem dici:si incertũ sit:bñ uel larue.
ne:an male meriti fuerint.laruas q̃ppe esse noxios dæmones ex hoĩbus factos: quos græci cacodæmonas uocãt. Manes.
lares aũt eudemonas hoc est bonos dæmones. Ex ædibus.in ædibus.sup limine ædiũ uel ab ædibus.i.a parte Ex.

Telebois sacrificabo manibus.Am.nihil est: ut dici solet:
Quod hodie bene succedat mihi:deserui blepharonẽ:& sosiã:
Vt cognatũ naucratẽ reperirẽ.hunc nõ repperi.& illos perdidi.
Sed eos uideo.ibo aduorsũ:ut si q̃d hñt sciscitẽr.So. blepharo il-
Ex ædib⁹:herus ẽ.hic uero ueneficus.Ble.ꝓh iuppiter: (lic q
Quid intueor?hic nõ est:sed ille amphitryo.isthic si fuat:
Illũ sane nõ esse oportuit:nisi quidem sit geminus.
Iu. Eccũ cũ blepharone sosiã.compellabo hos prius.sosia.
Tandẽ redis ad nos esurio.So.dixin tibi hunc ueneficum?
Am. Immo hunc ego thebani ciues:qui domi uxorẽ meam
Impudicicia impediuit:ꝑquẽ teneo thesaurum stupri.
So. Here si tu nunc esuris:ego satur pugnis ad te uolito.
Am. Pergin mastigia?S. abi ad acherontẽ uenefice.A. men ueneficũ?
Vapula.Iu.q̃ hospes intẽpiæ:ut tu meũ uerbes?A.tuũ?Iu.meũ
Am. Mentiris.Iu.sosia i:dũ hunc sacrifico.fac paretur prandium.
So. Ibo nunc amphitryonẽ ut arbitror ita comiter amphitryo.
Accipiet:ut dudũ memet ego ille alter sosia sosiam.
Interea dũ isti certant:in popinã diuertendũ est mihi:
Lances detergam omnis:omnisq; trullas hauriã.Iu.tun me
Mentiri ais?Am.mentiris inquã meæ corruptor familiæ.

ædium.is enim erat iuppiter.ex aũt interdum significat in. ut ex renibus laborat.i.ĩ renibus. Interdũ significat pro:ut ex re tua ẽ ex utilitate est.i.pro re pro utilitate.aliquando ab:ut ex illo est.i.ab illo:uel de ut ex illo supant hæc simulacra uiro.In cõpositiõe aũt aliq̃ñ intẽtiua ẽ ut excogito exaudio.aliquando priuatiua ut ex lex.expleo.Ennius. Nauibus explebãt se se.terrasq; replebant. Virgil.Discedã explebo numeꝝ. Veneficus.præstigiator.ficticius.subditicius. Hic non ẽ: sed ille amphitryo.uerba sũt blepharonis:admirãtis iouis & amphitryonis eandem effigiẽ. Sosia. salutatiuus casus est a ioue proiatus. Tandem redis ad uos.addi oportuit ṽbum redis.metri & sententiæ

necessitate. Esurio.fame teneor.nam ut supra habuimus:miserat eũ uocatũ naucratẽ in prandiũ. Dixin ti-
bi hunc ueneficũ.ubi audiuit Sosia:ionem mẽtionem facere de esuritione:ꝓcul dubio censuit illũ Amphitryonẽ
esse:& ꝓpterea ad blepharonem cõuersus ait:Dixin tibi hunc:alteꝝ.s.esse ueneficũ:qui tñ uerus erat amphitryo.
unde audiẽs amphitryo ueneficũ in conspectu se appellari contineri non potuit:q̃n iracũdia ac dolore ꝑcitus ex
clamaret tanq̃ ad populũ thebanũ:preces fundẽs:ut a se huiusmodi iniuriã repelleret. Immo hũc ego thebani Impedire.
ciues.s.dico eẽ ueneficũ. Impediuit.sordidauit.ad ꝓbrũ duxit.ita exponit Marcellus textũ hũc adducẽs.impe-
dire inq̃t sordidare.ad ꝓbrũ ducere.Plau.in amphi.Immo hũc ego thebani ciues:qui domi uxorẽ meã impudici Thesaurus
cia impediuit. Per quẽ teneo thesauꝝ stupri.hunc quoq; finẽ uersus citat Marcellus in expositiõe uocabuli:qđ
est thesauꝝ.Dicẽs.Thesauꝝ & copiã pessimæ rei dici posse Plautus uoluit in amphitryone:q domi uxorẽ meam
impudicicia ĩpediuit:ꝑ quẽ teneo thesauꝝ stupri:sed in Marcelli codice deficiebant illa uerba:ꝑ quẽ quæ & ṽsus
integritati:& sniæ necessaria cẽsentes:addi curauimus.Et Sarracenus interp̃s neq; hoc loco adduci potuit:ut hos
uersus in familiã Plautinã recipiẽdos cẽseret. Here si tu nũc esuris.Sosia ṽbis iouis rñdet: iocans in eo qđ ille
dixerat esurio.nã q satur ẽ esurire nõ uidetur:ideo inq̃t Sosia.at ego pugnis satur ad te uolito.meminerat.n.ṽbe-
rum a Mercurio acceptoꝝ. Pergin mastigia.Audiẽs amphitryo Sosiã seruũ suũ appellare heꝝ illũ alteꝝ: ꝑgin
inq̃t ṽbero adhuc me despicere?Et Sosia rñdet.abi ad acherontẽ uenefice. Men ueneficum? scilicet appellas.
Vapula.& ita amphitryo ꝑcussit Sosiam pugno:uel manu. Quæ hospes.hic iouis & amphitryonis cõtẽtio
incipit:quũ iuppiter ostendit:se pati nolle seruum suũ ab amphitryone uti alieno & externo homine uerberari.
Sosia i:dum hunc sacrifico.ablegat iuppiter Sosiam quo maxime optabat:ad parandum uidelicet prandium. Trura.
Vt dudũ memet.ordo.est:ut ego ille alter sosia memet Sosiã accæpi. Trullas.Truã ut Noñ. inquit: Veteres a Trulla.
terẽdo:quã nos diminutiue trullã dicimus appellari uoluerũt.Pomponius in panuceatis.Mulier ubi aspexit tam
mirifice titulatã trullã.Titinnius.Cocus magnũ ahenũ quãdo feruit:palo consuta trua.In generibus aũt uasoꝝ Pollubrum
idem Noñ.ait.Pollubrũ qđ græci:nos Trullã uocamus.Fabius pictor.Aquã manibus pedibusq; dato. pollubrũ
sinistra manu teneto.dextra uasum cũ aqua.Varro autem sic.Trua q trauolat ea aqua.ab eodem est appellatum
Trulleum.simile enim figura:nisi q latius est: q concipit aquã:& q manubrium cauũ non est. Et Nonius alibi. Trulleum

Trulleū ingt:quò manus pluūtur. Ex his oībus coucipe poſſumus: Truā:culus diminutiuū eſt Trulla. nec nón trulleū: & pollubrū:uas eſſe rotūdum ſemicauū:in qđ aqua ex urceolo manuali:ſiue alio uaſe ſupne demittitur.
Gutturinū. Vrceolus aūt ille manualis:gutturinū uocatur:ꝗ ex eo guttatim cadat aqua in pollubrū. Vnde & uas ſtercoranū: in quod feces ſupne deſluūt trulla uocatur. Iuue. Si trulla inuerſo crepitū dedit aurea fundo. quanꝗ is uerſus uarie a cōmentatoribus exponatur:ſed nō inſulſius fortaſſis a Britānico:qui trullā ibi ꝓ uentre diuitis crepitū emittente accipit:nó pro uaſe. Scimus ēt trullā ꝓ poculi genere a Seuola iurecōſulto accipi:& ab Oratio itē eo uerſu: Qui ueiētanum feſtis potare diebus campana ſolitus trulla: ꝓpterea hoc loco:oīs trullas hauriam:ideſt oēs phialas:oīaꝗ pocula euacuabo: exponēdū putamus.

Iu. Ob iſtuc indignū dictū:te obſtricto collo hac diripiam.
Am. Veh miſero mihi. Iu. ante id cauiſſe oportuit. A. blepharo ſuppe(tias mihi.
Ble. Cōſimiles ſūt adeo:ut utri adſim neſciā. rixā tñ
Vt pote eſt:dirimā. amphitryo noli amphitryonē duello ꝑdere.
Linque huius collū ꝑcor. Iu. etiā tu amphitryonē dictitas?
Ble. Quid ni?dū tu uis eſſe:alter quoꝗ eſſe forma non deſinit.
Interea quæſo collū linque. Iu. dic mihi. uidetur ne tibi
Iſthic amphitryo? Ble. uterꝗ qdē. A. ꝓh ſūme iuppiter:ubi hodie
Mihi formā adimis pergo quærere. tun amphitruo? Iu. tu negas?
Am. Pernego:quando thebis præter me:nemo eſt alter amphitruo:
Iu. Immo præter me nemo, atꝗ adeo tu blepharo iudex fies.
Ble. Faciam id ſi queo ſignis palam:tu reſponde prius. Am. lubens.
Ble. Anteꝗ cum taphiis a te pugna ſit inita:quid mandaſti mihi?
Am. Paratā in ipſo portu naui:clauo hæreres ſedulo:
Vt ſi noſtri fugam facerent:illuc me tuto reciperem.
Iu. Item aliud:ut bene nūmatum ſeruaretur marſypium.
Am. Quæ pecuniæ? Ble. taceſis tu, meū eſt quærere. ſciſti numerū?
Iu. Talenta quinquagita attica. Ble. hic examuſſim rē enarrat. & tu:
Quot philippei? Am. duo millia. oboli uero bis totidē. Ble. uterꝗ
Rem tenet ꝓbe. intus in crumena clauſū alterū eſſe oportuit.
Iu. Attende ſis. hac dextra:ut noſti:regē mactaui pterelam.
Spolia ademi. & paterā:qui ille potare ſolitus eſt:in ciſtella
Pertuli. dono uxori meæ dedi:qui cū hodie domi laui:
Sacrificaui:cubui. Am. hei mihi quid audio?uix apud me ſum.
Vigilans quippe dormio. uigilans ſōnio. uiuus & ſanus intereo.
Ego ille ſum amphitryo:gorgophonis nepos. imꝑator thebanus
Creontis unicus:teleboaꝶ perduellis:qui acarnanes:

Te obſtricto collo hac diripiā. iuppiter i amphitryonem manū extendēs: per collum eū cæpit. Abſtraxitꝗ inuitum: fauces illi ſtringēs. & ueh miſero mihi clamitare cogens: qđ & ſuperius ſe factuꝶ pollicitus eſt:quum dixit: Quū ego amphitryonem collo hinc obſtricto trahā. Blepharo ſuppetias mihi. feras ſcilicet. Vtpote eſt. ut poſſibile eſt. Etiā tu amphitryonem dictitas. etiam tu inquit iuppiter adeo rudis es:ut hunc amphitryonem appelles. Tuu amphitruo? Amphitryo: quaſi extra ſe:& amēs: iouem rogat: an ipſe ſit amphitryo. Tu blepharo iudex ſis. Blepharo arbiter inter utrunꝗ: his uerbis a ioue conſtituitur: ut iudicet: uter eorum ſit amphitryo. Clauo hæreres. gubernaculo.
Clauus. Clauus enim a claudendo dictus:eum ſignificat qui figitur ut claudat ſiue contineat aliquid. Et ſignificat gubernaculum nauis. ꝗ eam dirigat:rectamꝗ contineat. Cicero. Ille aūt clauū tenens quietus ſedeat in puppi. Clauus etiam ueſtis genus fuit:quæ ſi latior erat:latus clauus dicebatur. Et a claui:qui infigitur ſimilitudine clauus appellatur tuberculi genus cal-
Marſypiū. loſi:qđ in diuerſis corporis partibus naſcitur. Marſypium. ſacculus ad tenendas pecunias. græcum eſt nomen. μαρσύπιον. Cato. Et qđ perſpicuum eſt. maiorem curam habere nos Marſupii noſtri:ꝗ uitæ noſtræ. ſcribimus indifferenter marſypium. & Marſupium. quia. υ. in y uel in. u. conuertatur. ut thyle. thule. Talenta quinquagin
Talentum. ta attica. Talentum uarii fuit ponderis apud antiquos. Quumꝗ duplex proprie fuerit: Atticum:& Euboicum. Et iterum Atticum duplex:magnum & paruum:hac computatione:uidetur fuiſſe talentum ualoris philippeorum quadragiuta & oboloꝶ. lxxx. quum philippei duo millia & bis totidem oboli talenta quinquaginta conficiant. philippeus autem unus ꝗtum ualuerit ad rationem pecuniæ noſtræ:adhuc quærimus. Sed de talento & ceteris ponderibus in Aſinaria copioſius dicemus Attende ſis. Iouis uerba ſunt ad blepharonem:qui quum gubernator fuerit nauis amphitryonis:ibi apud exercitum intelligere potuit Amphitryonem regem pterelam interfeciſſe: propterea ait:ut noſti:his uerbis Iuppiter amphitryonem ita attonitum reddit:ut extra ſe eſſe ſibi uideatur:ut patet ex uerbis eius ſubſequentibus. Perduellis. hoſtis. ac ſi diceret domitor. Teleboarum. de his ſatis. in princi

pio huius comœdiæ dictum est. Qui acarnanes & taphios ui uici. Acarnanes populi sunt epiri: iuxta amnem acheloū siti: e regione cephaleniæ: quos forrassis opus fuit amphitryoni in cephalenios proficiscenti prius subigere: ne cephalenus: siue taphiis: aut telebois: auxilium ferrent. diximus. n. eosdem esse cephalenios: taphios: & teleboas. Et aduertendū est Acarnanes penultima syllaba producta pferri debere: quēadmodū etiam in regulis crescentium: in epopeia nostra docuimus. nam singulis noīatiuus est Acarnan: sicut titan. Virg. quoq; alter acarnan. Ouidius de acheloo. Amnis acarnanū lætissimus hospite tanto. Sūmum regem. pterelā scilicet. Cephalum. a quo cephalenii teleboæ siue taphii dicti sunt ut in pncipio comœdiæ dixius. Ego idē. iuppiter pari mō: ut se amphitryonē cōprobet: taphios illos se cōtudisse asserit: additis quibusdā: ut uerisimilior eius fiat assertio. Verum ubi scriptum est. nostræ germanū coniugis: existimamus: non germanum: sed pa: ētem scribi debuisse: nisi artificiose ita a poeta dictū sit: diligenter errāte: ut eo magis iuppiter se hominem: amphitryonemq; ira cōcitatum simularet: ppter quā nomen pro nomine poneret: ut irati consueuerūt. Vertebāt. illi hostes taphii: achaiam: ætoliam: & phocidē: uagati per ioniū ægeū & creticū freta. ita ordinanda est littera. Vide blepharo. ut. s. recte iudices: nec decipiaris. Fite. a fio uerbo: idest estote. sis: Sic in pœnulo. Qui non edistis: saturi fite fabulis.

Acarnanes

Et taphios ui uici: & sūmum regem uirtute bellica:
Illisce præfeci cephalum magni deionei filium.
Iu. Ego idem latrones hostes bello & uirture contudi.
Electrionem perdiderant nostræ germanum coniugis:
Achaiam: ætoliam: phocidem: p freta ioniū: ægeū: & creticum
Vagati ui uertebant piratica. Am. di immortales. mihimet
Non credo. ita omnia quæ facta illic examussim loquit̄. uide
Blepharo. Ble. unū supest. id si fuat: amphitryones fite gemini:
Iu. Quid dicas noui. cicatricem in dextro musculo ex illoc uulnere:
Q d' mihi ipegit pterela. Ble. cā qdē. A. apposite qdē. en eā aspice.
Ble. Detegite. aspiciam. Iu. deteximus. uide. Ble. supreme iuppiter
Quid intueor? utriq; in musculo dextero: eodem in loco:
Signo eodē apparet pbe: ut primū coiuit cicatrix ruffula
Subliuida. rationes iacent iudicium silet. quid agam nescio.
Vos inter uos isthæc partite: ego habeo: mihi negocium est.
Neq; unq̄ ego usq̄ tanta mira me uidisse censeo.
Am. Blepharo q̄so te ut aduocatus mihi adsis: ne ue abeas. Ble. uale.
Quid opus ē me aduocato? quin utri sim aduocatus nescio.
Iu. Intro iā ego hinc eo: alcumena parturit. Am. perii miser.
Quid ego nūc faciā? quē aduocati iam: atq; amici deserunt?
Nunq̄ ædepol me inultus istic ludificauerit quisquis est:

Quid dicas noui Iouis uerba sunt. Musculo. Musculus duo significat & paruū murē: qppe a mus diminutiuū est: & articulū: in quo neruorū capita sunt. Impegit. incussit. intulit. ab impingo ūbo cōposito a pango. Apposite qdem. s. narras. uerba sunt amphitryonis illico brachiū expediētis: ut cicatricē brachii ostēderet. Supreme iuppiter Blepharo ut uidit utriusq; brachiū insignitum ea cicatrice: exclamat admirabūdus: qa utriq; appareat ea cicatrix ruffula & subliuida: ut solent esse cicatrices coactorū uulnerū. Iudiciū silet. quid agā nescio. Res distrahēda est: & ampliāda: ut aiunt iureconsulti. qd' quum romani iudices significare uellent: inscribebant. N. L. hoc est: nō liquere: & rem in alium diem reiciebant. Vos inter uos isthæc partite. hoc iam sequitur ad pdicta. nec est alia Scena separata: sed huius iam cœptæ finis. Et addendū fuit isthæc: tum ex codicibus antiquis tum uero metri necessitate: & sententiæ cōcinnitate. In superioris autem adiectionis expositione: non uisum est nobis opere ptium notare singula uerba correcta: uersusq; singulos i suum nitorem redactos: breuitatis causa: hoc uno contenti uerbo. q ab illo uersu: Sacrufico ego hunc tibi iuppiter: ad hunc: uos inter uos isthæc partite: non minus laboris absumpsimus in redigendis ad libellam metris: q̄ in ceteris antecedentibus: & sequentibus. ita undiq; fragmentis: & superfluitatibus: ac defectibus scatebant. Neq; unq̄ ego usq̄. Ita scribenda sunt uerba. nō. neq; ego unq̄: quia uersus claudicaret. uerba sunt blepharonis omnia hæc: admirantis de huiusmodi rebus. Et quia dixerat. ego habeo. mihi negocium est: &. abire incipiebat: amphitryo eum reuocare quærit dicens. Blepharo quæso te ut aduocatus mihi adsis. Aduocatus dicitur: qui ius alicui suggerit: uel psentiam suā cōmodat amico: ut refert Asco. pedianus. Dixerat aūt etiā superius Amphitryo. Sed te aduersum uxorem aduocatū uolo. Quid opus est me aduocato. Ita scribi debet. metri necessitate. non quid opus: ut scribit Pius. Intro iam ego hinc eo. Ita scribi debet & hoc. metri ratione. nā aliter uersus nō cōsisteret. Et uerba sunt Iouis illinc se recipientis: quæ coram aliis auditoribus profert. Quid ego nunc faciā. Ita scribendū est. metri necessitate: & etiā ex codicibus antiqs: in quibus scriptū est. quid ego: cū glosa interlineari. s. faciam. aliter. n. uersus minime consisteret. Ludificauerit. Ita scribendum est. sententiæ concinnitate. nō ludificauit.

Musculus

Aduocatus

Resq; ut facta est eloquar. ordo est eloquarq; ut. i. quo res facta est. Thessalū. Thessalia ueneficiis omnigeneribus scatebat. In tantū: ut thessali p magicis: & pstigiatoribus dicatur. Propertius. Eruere & uasto thessala saga mari. Qui puerse adeo pturbauit. addēdū fuit adeo: metri necessitate. nā aliter mācus erat ūsus. Quisnā me thebis. Ita scribēdus est ūsus metri necessitate. conqritur secū Amphitryo: nullū se thebis miseriorē dicēs. Quid nūc agā. nō qdnā agam: quia claudicaret ēt hac parte ūsus. Quē mortales oēs. nō quē oēs mortales. qa itē claudus ambularet ūsus. In ædibus. ablō usus est: quū alias actō tantū ad locū utamur. Siue patrē: siue auū: siue alium uidebo. ita scribēdus est uersus. partim ex cod. antiquis: ptim metri necessitate. Neq; me iuppiter: neq; me dii phibebūt oēs si uolent. Desperatione quadā agitatus amphitryo hæc pfert. Et ūsus ita scribendus est. metri necessitate. & uolent ex cod. antiquis. Quin faciā sic ut constitui. Ita & hic scribēdus ē. addēdū fuit sed. metri necessitate. Et hæc oīa supplementa: atq; correcta perperā ab interpretibus ambobus Pio & Sarraceno relicta fuerant.

O Apes atque opes uitæ meæ. Tetrameter acatalecticus ē huius quoq; scenæ ūsus: ut supior. octo pedibus cōsistens. usque ad eū ūsum loquere. ī quo bromia tandem amphitryoni qd intus actum sit refert. nā ab inde ad finē. brachicatalecticus est: septē tantū pedes nactus. Introducitur in hac scena Bromia ancilla: cuius nomen a poeta idoneum & cōmodū pposito fictū est: tanq̄ fulguritā: hoc est fulmine afflatā significet: nam Βρομος crepitus ignis strepitusq; dicitur. hæc aūt ex ædibus erūpens acclamitat: mira intus fieri: ex cuius sermōe cætera deteguntur: quæ ad comœdiæ finē faciebāt.

Nā iam ad regē recta me ducā: resq; ut facta est eloquar.
Ego pol illum ulciscar hodie thessalum ueneficum:
Qui peruerse adeo perturbauit familiæ mentem meæ.
Sed ubi illest? intro ædepol abiit: credo ad uxorē meam:
Quisnā me thebis alter uiuit miserior? quid nunc agam?
Quē mortales omnes ignorant & ludificant ut lubet.
Certūst introrūpā in ædibus: ubi quēq; hominē aspexero:
Siue ancillam: siue seruum: siue uxorem: siue adulterum:
Siue patrem: siue auum: siue aliū uidebo: obtrūcabo in ædibus.
Neq; me iuppiter: neq; me dii. phibebunt omnes: si uolent.
Quin faciam sic ut cōstitui: sed pgam in ædibus nunc iam.

Bromia ancilla. Amphitryo.

Dapes: atq; opes uitæ meæ iacēt sepultæ in pectore
Neq; ulast confidentia mihi in corde quin amiserim.
Ita mihi uidentur omnia: mare: terra: cælum consequi
Iam ut opprimar: & ut enecer: me miseram. qd agam nescio.
Ita tanta mira in ædibus sunt facta: ue miseræ mihi.
Animo malest: aquam uelim: corrupta sū: atq; absūpta sum.
Caput dolet: neq; audio: nec oculis prospicio satis.
Nec me miserior fœmina est: neq; ulla uideatur magis.
Ita heræ meæ hodie contigit. nam ubi parturit: deos inuocat.

Dapes. Dapes atq; opes. Ancillaria est cōnqstio. & catachristicos: dapes & opes posuit: pro anima alente: hoc est uegetatiua: quæ organa refocillādi pbere cōsueuit ad corpus stabiliendū & fulciendū: hoc est uires oēs: quas ideo iacere sepultas in pectore dixit: quia sibi nō possent opitulari ex nimio metu cōcæpto. Dapes dicimus largiores & opiparos apparatus. Mar. Illa qdē lauta est dapibusq; instructa supbis. Virgil. Nā simul expletus dapibus uinoq; sepultus. Dicimus ēt daps in singulari. Cato in re rustica. Si daps pfanata fuerit. p epulo qd dius effertur. **Confidentia.** Cōfidētia: p fortitudine hoc loco positū uidetur. alias. n. in malā ptē potius sumitur. Teren. O ingentē cōfidētiā. i. impudētiā. Mihi in corde. ita scribeū. est: metri ratione. non iā in corde. nā claudicaret uersus.

Quin. i. quā nō. ut supius diximus in expositiōe huius dictiōis qn. Cōsequi. ita uidētur mihi oīa. hoc ē mare terra & cælū cōsequi. i. in unū cōuenire: & cōspirare: ut ego iā opprimar. Et ut enecer. addendū fuit &: metri necessitate. Aquā uelim. ut reuiuiscāt redeātq; amissi spiritus. lipopsycos. n. idest aīo defectos in faciē cōspsa aqua recreat & refocillat. Corrupta. afflictata: ægritudine oppssa. Heræ meæ. Nā cū alcumena paritura eēt: uidetur emissam aioue fuisse uocē magnā cū tonitru: qua illi significabat diuinum adesse auxiliū. Ex quo tonitru: & amphitryo q pro foribus stabat: & reliqui oēs domestici præ metu cōciderāt. hoc ē qd tandē dictura ē hæc ancilla. **Parturio.** Vbi parturit. parturio quāq̄ desideratiuoꝝ ūboꝝ formam habeat ut esurio: dicturio: uidetur tn̄ aliam habere plærūq; significationē: & significare: nō cupio parere: sed in pariendo laboro: ut hoc loco: quā significationem & cætera similis formæ ūba habere interdū cōperiūtur: ut cœnaturio: Mar. In oībus uacerra q cōclauibus consumit horas: & die tota sedet: cœnaturit uacerra: nō cacaturit. idest laborat: ut cœnet. Ply. Vtiq; constat parturiētes foliis substratis celerius parere. Cicero. Vtinam aliquando dolor populi romani pariat: quod iamdiu parturit. Liuius. Et quod diu parturit animus: utinam pariat. quandoq; tamen etiam aliter accipiuntur. Deos inuocat. non deos sibi inuocat. superfluit enim sibi: ad uersus rectitudinem.

Vt tonuit ualide. Ita scribendũ uidetur. & non ut ualide tonuit: ut fere habent codices. nã syllaba una uersui abũdaret. hoc aũt modo quãq̃ etiã abundet: tolerari solet ꝓpter sequentẽ uersum a uocali incipientẽ. eritq; hypmeter v̄sus: ut in illo Virgilii. Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorẽ. Et foliis undã tepidi. d. aheni. Strepitus crepitus. soni. toni. amplificatio est p cõgeriẽ. Cũ uoce exclamat. addẽdũ fuit cũ: metri necessitate. Et tuis oĩbus. eadẽ rõne addendũ fuit oĩbus: ne uersus claudicarent. Præuertit. ꝓuenit. ꝓoccupat. Ocyus accurro. addẽdũ fuit ocyus: metri necessitate. & ex codicibus antiq̃s. Vt sciscã. ut intelligã: ut cognoscã. Est sciscere sciẽdi causa exquirere. Sciscere.

Strepit⁹: crepit⁹: sonit⁹: tonitr⁹: ut subito: ut ꝓpe: ut tonuit ualide
Vbi quisq; institerat concidit crepitu: ibi nescio quis maxima
Cũ uoce exclamat. alcumena adest auxilium: ne time:
Et tibi: & tuis oĩbus propicius cæli cultor aduenit.
Exurgite inquit qui terrore meo occidistis præ metu.
Vt iacui exurgo: ardere censui ædis: ita tum fulgebant:
Ibi me inclamat alcumena: iam ea res horrore afficit.
Herilis præuortit metus: ocyus accurro: ut sciscam quid uelit.
Atq; illam geminos filios pueros peperisse conspicor
Neq; nostrum quisq̃ sensimus: quũ peperit. neq; præuidimus:
Sed hoc quid est: qs hic est senex: qui ante ædis nostras sic iacet:
Nũnã hũc pcussit iuppiter: credo ædepol: nã proh iuppiter
Sepultus ẽ quasi sit mortuus. ibo & cognoscam quisquis est:
Amphitryo hic qdẽ est. amphitryo. Am. peri. Bro. surge. Am. interii. Bro. cedo manum. (crepuit
Am. Quis me tenet: Bro. tua bromia ancilla. Am. totus timeo. ita me i
Iuppiter: nec secus est: q̃ si ab acheronte ueniã: sed quid tu foras
Egressa es: Bro. eadẽ nos formido timidas terrore impulit:
In ædibus ubi tu habitas nimia mira uidi: ue mihi
Amphitryo: ita mihi animus ẽt nũc abest. Am. agedũ expedi.
Scin me tuũ eẽ herũ amphitryonẽ: B. scio. A. uide ẽt nũc. B. scio.
Am. Hæc sola sana mihi restat meorũ familiarium.
Bro. Immo oẽs sani sunt profecto. Am. at me uxor insanũ facit.
Suis fœdis factis. Bro. at ego faciã tu idem ut aliter prædices
Amphitryo: & piam pudicamq; esse tuã uxorẽ ut scias.
De ea re signa atq; argumenta paucis uerbis eloquar.
Omniũ primum tibi alcumena geminos peperit filios.
Am. Ain tu geminos: Bro. geminos. Am. di me ꝓuãt. Bro. sine me dicere
Vt scias tibi: tuæq; uxori deos esse omnis propicios.
Am. Loquere. Bro. postq̃ parturire hodie uxor occœpit tua.

Nostrum quisq̃ sensimus. modus loquẽdi Plauto familiaris: pro q̃sq̃ nostrum sensit. Sed hoc qd est: ita scribi v̄sus necessitas cogit: & sniæ cõcinnitas. Quis hic est senex. Amphitryonem forte cõspexerat bromia tonitru ꝓcussũ & tacẽtem. Sepultus est. Sepultus dicitur iacẽs & sine sẽsu. Virg. Inuadũt urbẽ sõno uinoq; sepultã. Et p dormiẽte ponitur. Idem occupat æneas aditũ: custode sepulto. Sepultus. Increpuit. crepitu fulmineo concussit. In ædibus ubi tu hitas ita scribeñ. ẽ: metri rõe & nõ: tu ubi habitas. Hæc sola sana mihi restat meoꝝ familiariũ. ita scribẽdus v̄sus est: metri necessitate: & sniæ congruitate: id qđ seqñs uersus ostendit: quum ridens bromia ancilla ait. Immo oẽs sani sunt ꝓfecto. Nã qa amphitryo & delirãtẽ: centã ue uxorem supius cẽsebat: ut quæ cũ nõ cognosceret: diceretq; ꝛ ulto añ aduenisse & secũ cubuisse & seruũ insanũ q̃ cũ exclusisset tecto: negaretq; suũ eẽ herũ amphitryonẽ: & a ioue amphitryonẽ simulante derisus & collo ꝓtractus fuerat: ac demũ a blepharone cognato nõ satis cognitus: & propterea bis rogauerat ancillam hanc: an se amphitryonem esse ipsa cognosceret: quæ eum esse seq; id scire asseruerat: iccirco: hæc sola inquit sana mihi restat meorum fa. cæteri enim delirant ac desipiunt. Nec admittenda sunt: quæ obloquuntur super hoc Pius & Sarracenus interpretes: Sarcam legentes: & super eo multa futilia & nugalia fabulantes: quem locum Britannicus Ioannes noster apprime doctus: nobis primus insinuauit. Immo omnes. Bromia ancilla audiens herum dicentem. hæc sola sana mihi restat meorum fa. immo inquit: omnes sani sunt profecto. quid enim salis succi ue haberet hæc responsio: si sarcam gestat legeretur: ut nugantur ii interpretes. Et piam pudicãq; esse tuam uxorem ut scias. ita scribi debet. metri necessitate: & sniæ cõgruitate. nõ piam & pudicã esse: ut legũt idẽ interpretes. hic aũt sensus est. Ego faciã ut scias: uxorẽ tuã esse piã & pudicã. Omniũ primũ tibi alcumena. Tibi addẽdũ fuit. metri necessitate. nã pes unus deficeret uersui. Loquere. hinc iã v̄sus brachicatalectici sunt usq; in finẽ scenæ: septẽ pedibus cõstãtes. Postq̃ parturire. idest laborare ut pareret: ut supra diximus: qđ magis exponit v̄sus seqñs: ubi

Purus. Caput cur deis operiatur. hostibus aperiatur.

utero exorti dolores. Manibus puris.mundis & a culpa alienis.nã puritas p mũdicia põitur.Sic Festus.Pura uestimẽta sacerdotes ad sacrificia habuisse dicit.i.nõ obsita:nõ fulgurita:nõ funesta:nõ maculã habẽtia. Capite opto.uelato.ne sibi aliqđ omen occurreret.uel ut se hũiliorẽ redderet erga deos:quos inuocabat.Iccirco.n.sacrificãtes aiunt caput opire solitos:quẽadmodũ legimus apud Virg.Et capita ante aras phrygio uelamus amictu:qa se eiusmodi uelatione humiliores redderẽt:Potentioribus uero occurrẽtes iccirco caput aperire solitos:ut ab illis inuidiã detrahant:ne pares diis ĩmortalibus honores poscere:& eodẽ cultu delectari uideatur. Totæ ædes cõfulgebãt.ita scribi debet.nõ ædes totæ: qa superflueret pes unus. Nostrũ quisq̃ audiuimus.idẽ modus loquendi qui supra.nostrũ quisq̃ sensimus.p quisq̃ nostrũ audiuit. Vtut. quõcunq;. Isthæc mitte. mitte inquit bromia isthæc: hoc est iracũdiam a te conceptam & bilẽ.Et scribendum est.isthæc mitte.nõ mitte isthæc metri necessitate. Lauere iussit nos.lauere scribendũ est.ut sit tertiæ inclinationis uerborum:pro lauare.ita exigit metri necessitas nã aliter ṽsus non cõstaret.Et Marcellus testatur hũc locũ citãs.

Cunæ Cunabula Cunire

Cunabulis. Cunæ sunt:in quibus infantes iacent.inde Cunabula lecti:in quibus similiter iacere infãtes cõsueuerũt. Et cunire uerbum qđ est stercus facere & ingnare Festo:q; infantiũ Cunæ soleant frequẽter stercore fœdari. Suppetiæ auxilia.& suppetias ferre : & occurrere suppetias apud Cæsarem in cõmentariis.& alibi apud autores inuenire facile est.

Vbi utero exorti dolores ut solent puerperæ:
Inuocat deos ĩmortales:ut sibi auxilium ferant.
Manibus puris:capite operto:ibi continuo contonat
Sonitu maximo.ædes primo ruere rebamur tuas.
Totæ ædes consulgebant tuæ:quasi essent aureæ.
Am. Quæso absoluito hinc me extemplo quãdo satis deluseris.
Quid fit deinde:Bro.dum hæc aguntur interea uxorẽ tuam
Neq; gementẽ:neq; plorantẽ nostrum quisq̃ audiuimus:
Ita profecto sine dolore peperit.Am.iam istuc gaudeo:
Vtut erga me merita.Bro.isthæc mitte:atq; hæc quæ dicã accipe.
Postq̃ peperit pueros:lauere iussit nos occœpimus.
Sed puer ille quẽ ego laui ut magnus ẽ & multum ualet.
Neq; eum quisquã colligare quiuit in cunabulis.
Am. Nímia mira memoras:si isthæc uera sunt:diuinitus
Non metuo:quin meæ uxori latæ suppetiæ fient.
Bro. Mage iam faxo mira dices:postq̃ in cunas conditus est:
Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo
Maximi:continuo extollunt ambo capita.Am.hei mihi.
Bro Ne paue:sed angues oculis omnis circunuiscere.
Postq̃ pueros conspicati:pergunt ad cunas citi.
Ego cunas recessim rursum prsum trahere & ducere:
Metuens pueris:mihi formidans:tantoq; angues acrius
Persequi:postq̃ conspexit angues ille alter puer:
Citus e cunis exilit:facit recta in anguis impetum.
Alterũ altera appræhendit eos manu perniciter:

Impluuiũ Cõpluuiũ. Rursum prorsum.

Mage iam faxo mira dices.Mage pro magis scribi metri necessitas cõgit.nã uersus superflueret. In impluuiũ.impluuiũ dicebatur locus relictus in medio caui ædiũ per quem lux ab aere exciperetur deorsum:per quem & impluebat:& inde impluuiũ uocatũ:sicut Cõpluuiũ qua compluebat sursum:imbricum coronano siphunculata tubulata ue appellabatur. Sed angues.Angues pprie aquaæ sunt.Sic Virg. Immẽsis orbibus angues incũbunt pelago. Ego cunas recessim rursum prsum trahere & ducere. supple cœpi : uel trahebã & ducebam.Versum aũt ita scribendũ omnino censemus.ex antiquis codicibus.in qbus scriptũ est:recessim rursum uorsũ.ubi facilis error apparet in dictõe uorsum p prorsum.Scimus aũt rursum prsum antique dictũ ante & retro significare.ut Donatus inquit.Virg.rursus cura patrũ cadere.Varro in andabater.Mortales multi rursus ac prsus meant.nã qđ ait Pius:malle se:ut scribatur rursum prsum absq; illa dictione recessim deliriũ sapit:qm uersus claudicaret.Sentẽtia aũt est:ut dicat Bromia ancilla:cœpisse trahere cunas ubi pueri iacebãt recessim: modo ante:modo retro trahẽs ducensq; ipsas cunas:put necessitas instãtiũ anguiũ cogebat. & ṽsus ratio recessim rursũ prorsum optime patitur. Ille alter puer.nõ iphiclus:ut uane exponit Pius:neq; subst ituendũ est pauet:ut idem garrit:mentiens id esse in uetustis codicibus:quinimo uersus nõ pateretur illud uerbũ:quippe qui absq; eo integer est:& pedibus:& sensu.Et herculem intelligit. Citus e cunis exilit.hic uersus hic sequitur:& subsequitur:Alterum altera:tam ex codicibus antiquis:q̃ ex sententiæ concinnitate:quæ ex est:ut dicat:herculẽ (quẽ utiq; alterũ puerum appellat:quasi dicat nõ ipsius amphitryonis semine genitũ:qđ ipsa iam didicerat ex Ioue:ut infra appa-

ret exiliisse citum e cunis:& impetum in angues fecisse:ambosq; ambabus manibus apphendisse:alterum. [alte-ra:alterúq; altera. Est.n.ibi prolepsis implicita. Alterum altera. Ita scribi debet hic secundus uersus neq; super-fluit Alterū:ut Pius nugatur. Immo uersus nō consisteret:nisi alterū ibi ascriptū esset.neq; sententia satis deprahē-di posset.quæ omnia Pius ille somniculosus interpres ignorauit. Facinus.factum.Teren.Non fit sine periculo facinus magnū & memorabile.Facinus etiā scelus significat.Cicero in officiis.Ab hoc nulla fraus abest.nullū facinus. Horror.tremor.pauor. Percipit.ualde capit.detinet.neq;.n.cum Pio sentimus corrigente:cōtra omnium codicū litteram percelit.hoc est exagitauit. Exclamat. compellat.uocat. Clam cōsuetum cubilibus. Clādestinos sumpsisse concubitus. Eūq; suū filiū esse. ita scribi debet.metri necessitate.non eūq; filium suum. abundaret enim pes unus. Alterum tuū esse dixit. Et hoc ita scribi debet. eadē metri ratione.non alterum eē tuum dixit. quia pes unus deficeret. Vasa pura iube actutum.ita scribi debet.non:iube uasa pura actutum. quia pes unus supfueret:quos omnes in uersibus errores interptes nostri nō uiderunt. Expetam.exquiram. impetrem. Tyresiam.pro quocūq; futura præuidente positum est. nā Tyresias uates thebanus fuit: Cui a Iunone oculi adempti sunt:in quorum locū Iuppiter eū uaticinio donauit. Coniectorem. futura intuentē. hariolum.diuinaculū qui Coniectores etiā sunt somniorū interpretes. Sed qd hoc. Amphitryone adhuc loquente: Iuppiter cū tonitru aduenit:Amphitryonem ipsum conciliaturus.

Facinus.

Tyresias.

Coniectores.

Am. Mira memoras:nimis formidosum prædicas facinus.
Nam mihi horror membra misero pcipit dictis tuis.
Quid fit deinde porro loquere. Bro. puer ambos anguis enecat.
Dum hæc agunt:uoce clara exclamat uxorem tuam.
Am. Quis hō? Bro. summus impator diuū atq; hominū iuppiter.
Is se dixit cum alcumena clam consuetum cubilibus:
Eumq; suū filium esse:qui illos angues uicerit.
Alterū tuū esse dixit puerum. Am. pol me haud pœnitet.
Scilicet boni dimidium mihi diuidere cum ioue.
Abi domum:uasa pura iube actutū adornari mihi:
Vt iouis suppremi multis hostiis pacem expetam.
Ego tyresiam coniectorem aduocabo.& consulam:
Quid faciundum censeat:simul hanc rē ut facta ē eloquar.
Sed quid hoc?q̄ ualide tonuit:di obsecro uestrā fidem.

Iuppiter.

Iu. Bono aīo es. adsum auxilio amphitryo tibi & tuis.
Nihil est quod timeas:hariolos:aruspices.
Mitte omnis:quæ futura & quæ facta eloquar.
Multo adeo melius:q̄ illi:quum sum iuppiter.
Primū omnium alcumenæ usuram corporis
Cæpi ex concubitu grauidam feci filio.
Tu grauidam etiam fecisti:quū hinc in exercitum
Profectus:uno partu duos peperit simul:
Eorum alter nostro qui est susceptus semine:
Suis factis te immortali afficiet gloria.
Tu cū alcumena uxore antiquam in gratiam
Redi:haud promeruit:quāobrem uitio uorteres.

Bono animo es. Versus est trimeter acatalecticus.sex pedibus constans.Et in hac scena. Introducitur Iuppiter:qui ut in fine comœdiarum fieri solet:ut omnia placida ac tranquilla reddantur: Amphitryonem solatur amicis uerbis:nihil eis opus esse dicēs hariolis. neq; aruspicibus:quoniam ipse melius multo q̄ illi:omnia enarrabit.Et ita fatetur:se usuram corporis alcmenæ cæpisse: grauidamq; fecisse filio:postq̄ ipse Amphitryo in exercitum proficiscens iam grauidam quoq; altero filio reliquisset. Nunc autem quum geminos peperit:eorum alterum suum esse:qui factis suis immortali gloria Amphitryonem ipsum afficiet : quippe quum existimabitur eius filius.Itaq; cum alcmena uxore redeat in gratiam monet:quandoquidem quod fecit ui facere a ioue ipso coacta est. Hariolos.aruspices.Diuinatores:& coniectores.De quibus in Mostellaria dicemus. Tu grauidam etiam fecisti quum hinc in exercitum.Ita scribendus est uersus.metri ratione.aliter enim non consisteret:& sententiæ quoq; concinnitas hoc exigit. Afficiet gloria.Nam Hercules: qui diuinos meruit honores Alcides dictus est ab alceo Amphitryonis patre.& Amphitryoniades ab ipso Amphitryone:ut in Genealogia nostra diximus:quum herculis nomina & labores decantauimus. Vitio uorteres. crimini obiiceres.

Subigere. Migrare. Subacta. compulsa. coacta. Virgilius. Castigatq;: auditq; dolos: subigitq; fateri. Alias subigere domare est & superare. Et acuere. Virgilius. Subiguntq; in cote secures. Migro eo. Migrare est habitationem mutare. Virgilius. Veteres migrate coloni. prima uerbi syllaba est indifferens. ut in annotationibus nostris in alexādrum diximus. & in epopoeia.

F Aciam ita ut iubes. Hi tres uersus separati leguntur a superioribus: tanq̄ sint altera scena: quū iuppiter illinc iam discessisse uideatur. unde & metrū diuersum est a superiore. Est. n. tetrametrū brachicatalecticum: septē constans pedibus. In his Amphitryonis ad iouem iam abscentē responsio continetur. Faciam ita. faciā inquit Amphitryo ut iubes o sūme iuppiter. rediboq; in gratiā cū Alcmena uxore. Sed tu memineris seruare ꝓmissa: ut scilicet afficiat imortali gloria ab hercule puero quēadmodū superius pollicitus es. Missum faciam. dimissum faciā. dimittā aduocare & cōsulere: ut proposueram. Nunc spectatores. hic uersus ab histrione actoreq; fabulæ ꝓfertur. In quo petit ut profecta fabula: clare applaudere uelint spectatores: saltē Iouis summi gratia. Consuetudo erat: ut quum fabulæ recitatæ: ac repræsentatæ ex toto forent: si placuissent: applauderetur actoribus: & manibus ac uoce significaretur: illos bene dixisse: quod græce σοφωσ σοφῶσ. dicebatur.

Mea ui subacta est facere: ego in coelum migro.

Amphitryo.



Aciam ita ut iubes: & te oro ꝓmissa ut serues tua:
Ibo ad uxorem intro: missum faciā tiresiam senem.
Nunc spectatores iouis sūmi causa clare plaudite.

Plauti poetæ clarissi. Asinaria.

Prologus.

Oc agite sultis spectatores nunc iam:
Q uæ quidem mihi: atq; uobis res uertat bene:
h Gregiq; huic: & dominis: atq; conductoribus.
Face iam tu preco nunc omnem auritum populum.

Cōmētarii Pyladæ Brixiani in Amphitryonem Plauti Finis.

Pyladæ Buccardi Brixiani Cōmentarius in Plauti Asinariam.



Oc agite sultis spectatores nunc iam. Versus est trimeter iambicus acatalecticus sex pedes nactus: ut in cæteris fere prologis & argumentis usus est poeta Prologi uicem gerit: in quo tamen nihil aliud actor qui introducitur agere uidetur: q̄ ut nomen dicat huius fabulæ: & unde accepta: hoc est Asinaria uocari: acceptamq; a Demophilo græco autore: ac latinitate donatam a Plauto. Hoc agite. idest attendite. & aduertite. Monet enim spectatores: ut intentos habeant animos recitationi comœdiæ.

Sultis. pro si uultis. ita utebātur antiqui: ut Festus meminit. Nunc iam. dictio iam bissyllaba hic est: metri necessitate: & iambum in fine conficit. **Bñ uertat.** Res uertat bene. felix faustaq; sit. Tractus est hic modus loquendi ab hectore: & aiace. Nam hector aiaci dedit gladuim: quo se ille postea interemit. Hector uero baltheum accæpit ab aiace: quo circa muros patriæ ab achille tractus dicitur. Inde natum est illud comicum: dii bene uertant quod agas: quia plæruuq; bona in peius mutantur. In alia significantia uertere est commutare. **Versuram facere.** Vnde uersuram facere: est mutare creditorem. id quod fit: quum ut uni creditori satisfaciamus: cum altero conflamus debitum alterum. **Grex.** Græciq; huic. scilicet histrionum & mimorum. Grex ut in nostro uocabulario diximus: congregationem significat animalium cuiuscunq; generis: siue maiorum: siue minorum. Virgil. de grege non ausim quicquā deponere tecum. Teren. in adelphis. Atque hic hercle de grege illoꝝ est. Cicero. In his bonis gregibus i oēs aleatores: omnes impuri: impudiciq; uersantur. **Armentū.** Armentum uero congregationem maiorum animalium tantum significat. Sylius. vii. latos correpta per agros armenta assueto belli de more uagantur. Virgil. Hæc satis armentis. superat pars altera curæ lanigeros agitare greges. Et dominis atq; conductoribus. Aediles uidetur dicere: quum dominis inquit. nam ædiles ludos exhibebant: ab eisq; petebatur comœdiæ repræsentandæ libertas & uenia. Conductores autem choragos: qui scenica ornamenta: suppellectilem: choragiumq; conducebant. Face iam tu præcó nunc omnem auritum populum. Hic totus uersus ita scribendus est. metri necessitate. nam aliter non consisteret suis pedibus: sed & face in principio scribendum. non ecce. ex codicibus antiquis. & sententiæ congruitate. ac sermonis elegántia: quod quidem a Pio & Sarraceno interpretibus uisum non fuit: mutilum interim uersum legentibus. Auritum. attentum. nam quum tuba canunt: uel uoce acclamant: omnes auriti stare uidentur: idest arrectis auribus: & silere.

Caue meis ne ingratiis. ita scribendum uersum hunc censemus. metri necessitate. aliter enim non consiste- Ingratiis.
ret: & sententiæ congruitate: quæ est hæc: ut quum præco silentium indixisset tuba: uel uoce elata: hic actor hæc proferat. Age. i. eia. Nunc reside. i. sedeas iam. Caue meis ne ingratiis. subaudi mutiscas: uel strepas amplius. Meis ingratiis. i. me nolente: sine meo iussu. hoc enim uocabulo peculiari Plautus sæpius utitur: ut superius etiam in amphitryone. at pol profecto ingratiis. Neq; enim Pio & Sarracenoq; interpretibus ignaris concedimus: scribentibus gratis: uel gratis: & multa superinde perperam nugantibus. Neq; Hermolao barbaro

Age: nunc reside: caue meis ne ingratiis.
Nunc quid processerim huc: & quid mihi uoluerim
Dicam: ut sciretis nomen huius fabulæ.
Nam quod ad argumentum attinet: sane breue est.
Nunc quod me dixi uelle uobis dicere
Dicam: nomen huic græce onagos est fabulæ.
Demophilus scripsit: marcus uortit barbare.
Asinariam uolt esse si per uos licet.
Idem lepos: ludusq; in hac comœdia:
Ridicula res est: date benigne operam mihi.
Vt uos item alias: pariter nunc mars adiuuet.

summæ apud nos alioquin uenerationis assentimur: qui in glossematis plynianarum castigationum in uerbo Plautus: uarie hunc uersum corrigit: ac se olim correxisse asserit: quandoquidem metri huius trimetri iambici rationem non spectans: plautinæ sententiæ interiora mentis acumine non penetrauit: quippe altioribus intendens minimis non uacauit. Nunc quid. Nunc inquit: uobis dicam mei in scenam accessus. Vt sciretis. ut ex me disceretis nomen præsentis fabulæ: quæ statim agenda est. Nam quod ad argumentum. Nam argumentum aliter uobis ipse declarare non instituo: quia breue est: adeo scilicet ut facile deprehendere illud possitis ex argumento quod paulopost breuiter audietis. Nomen huic græce. ita scribendum est: metri necessitate. & non: huic nomen. quia pes unus uersui deficeret. Sed & dictio huic: byssillaba hic est: ut iam superius. eadem ratione: quæ quidem Pius & Sarracenus interpretes plebei non uiderunt. Quod autem neq; uiderunt: neq; intellexerunt: illud est: q. Onagos est fabulæ. scribi debet eiusdem uersus finis. non onagost. pro onago est: ut inquit Pius: uel pro onagos est: ut Sarracenus. Nam nullo modo onagost scribi patitur metri ratio. Sed ut ona- Onagos.
gos est scribatur: requirit: quod & sermonis græci rectitudini magis conuenit. Si quidem οναγοσ nomen apud illos: Asinarium significat. Neq; usq; auditum est nomen illud onago a Pio commemoratum: quum inquit. scribendum onago est. Demophilus scripsit. Pius iterum concutiens: uisi & sepultus delirio in hoc apparet: quum ait: diphilus scriptum se repperisse in sincerioris elucubrationis exemplaribus: Nam quotquot antiqua exemplaria ac noua ad nos peruenerunt: omnia demophilus habent. non diphilus. Et præterea uersus nullo modo diphilus patitur. quia claudicaret: uno deficiens: hoc est sexto pede. quid igitur garrit iste impius interpres: Plautum undiq; corrumpens? Marcus uortit barbare. Marcus utiq; scribendum est: & Plau-
tum intelligit: qui Marcus accius prius uocabatur: & a pedum planicie plotus: postea Plautus dictus est. Festus Plautus.
pompeius ploti appellantur: qui sunt planis pedibus: unde & poeta accius: quia umber Sarsinas erat: a pedum
planicie initio plotus: postea Plautus est dictus. Soleas quoq; dimidiatas quibus utebantur in uenando quo Ploti
planius pedem ponerent Semiplotia appellabant. Barbare. i. non concinne. non apte: non æque. hoc idem Semiplo-
inquiunt Pius & Sarracenus: sed inscite: quum ad comœdiæ totius translationem referant: quod quidem est ab tia.
surdum. ac penitus explodendum: quum Plautus scitissimus: & eruditissimus fuerit in utraq; lingua: græca & latina: & delitiæ latinæ linguæ appelletur. Et præterea inconueniens atq; indignissimum foret: & ab omni præcepto artis rhetoricæ alienum: ut statim in ipso principio: in quo beniuolentiam captari deceat: barbare locutum eum poetam proponeret Curus acturus comœdiam esset. Sic enim odium potius q̄ beniuolentia quæreretur. Dicimus itaq; hoc uerbum barbare referri debere tantum ad nomen fabulæ: quæ quidem quum græ
ce onagos: idest asinarius: masculino genere dicatur: a Plauto Asinaria fœminino genere appellata est: & sic Asinaria.
barbare: idest non concinne: & non æque: ut apud græcos est: in latinum uidetur conuersa: quemadmodum & in Trinúmo idem poeta dixit. huic nomen græce est Thesauro fabulæ. Philemon scripsit: Plautus uortit barbare. respexit enim ad nomen comœdiæ tantum: quam Trinúmum transtulit: quum græce Thesaurus scripta esset. Si per uos licet. i. si ei conceditis: & si uobis placet: ut hac parua mutatione & inconcinnitate nominis utatur. Idem lepos. eadem uenustas: quæ in græco est. atq; idem ornatus. Vnde patet etiam ex hoc: non intellexisse de tota comœdia q barbare ab eo uersa sit. Mars adiuuet. Nam fauisse romanis dicitur Marspiter.
mars: usque ad summum gloriæ cumulum: quem ut placet Macrobio Marspitrem: idest martem patrem cognominauerunt.

Argumentum Asinariæ.

Manti argento filio auxiliarier. Idem genus est carminis quod & superioris trimetrum uidelicet acatalecticum. Argũtum est hoc Comœdiæ. Cuius nomen ex apicibus primisq; uersuum huius argumẽti litteris notatur: quod & in cæteris comœdiis poeta fecit: ut diximus in Amphitryone. Res aũt sic se habet. Argyrippus adolescens Demæneti filius mulierẽ philæniũ deperibat: Cuius mater & lena Cleæreta: negabat se passuram ut ille cum puella cõsuesceret: nisi uiginti numeratas minas sibi in manũ daret. Id rescifcens Demænetus: suoq; indulgens filio: per litanũ seruum pecuniam inueniri: atq; adolescẽti tradi iubet: qua puellam sibi conciliet: Id aũt clam uxorem suã Artemonam matronam dotatã senex facit: quippe qui sub illius impio uiuebat: & nihil nisi surrepticium de bonis domesticis tractabat. Erat huic matronæ seruus quidam dotalis: quem uidelicet ipsa secum ad uirum duxerat: in parte dotis numeratus & hic Atriensem gerebat nomine Sauria. Per illum illa omnia faciebat. Ille numeranda numerabat. recipienda recipiebat. rationesq; heræ & supputationes diligenter seruabat. Hunc senex litano seruo suo mandat: ut quoquo modo decipiat: ac sumpto secum Leonida altero seruo: cui rem aperiat: omnino minas illas uiginti: undecũq; conquirant. Forte autem accidit ut Pelleus Mercator peregrinus: Cui antea uenditi fuerant quidam asini a Demæneto: ea conditione: ut postea pecunias ad se uel ad uxorem mitteret: quorum pretium fuerant minæ uiginti: opportune dum hæc geruntur per quendam nuncium suum pecunias mitteret. Nuncius in litanum leonidamq; seruos incidit. ii extemplo ad fallaciam decurrentes leonidam Sauriam atriensem fingunt esse: Suadetq; litanus illi nuncio: ut pecunias leonidæ dinumeret: utpote qui rem omnem dominicam tractet: & cui bene numeratæ fuerint. Quinq; is se Sauriam atriensem non nouisse assereret: nolletq; illi argentum numerare iniussu demæneti: Demænetus accersitus illi numerari iussit. id deinde argentum ad filium deferri: sed hac lege: ut filius redempta inde puella: quæ sibi eum totum annum seruiat: primam noctem patri qui pecuniæ copiam fecerat: cedat. Filius conditionem accipit. itaq; numerato argento Cleretæ lenæ habitaq; in potestate puella: Filius: paterq; cum meretricula in conuiuio accũbunt simul: atq; oblectantur. Ceterum quum Diabolus riualis argyrippi hæc resciuisset: per parasitum suum artemonæ demæneti uxori: omnia significauit. Ea furore percita: & tanq̃ bacchi numine concitata cum parasito in conuiualem cœnationem introrumpit: Senemq; uirum propudiose: & dedecorose domum trudit. Argyrippus dilecta fruitur puella.

Argumentum.

Manti argento filio auxiliarier
Sub imperio uiuens uolt senex uxorio.
Itaq; ob asinos relatum pretium sauriæ
Numerari iussit seruo suo leonidæ.
Ad amicam id fertur: cedit noctem filius.
Riualis amens ob raptam sibi mulierem
Is rem omnem uxori per parasitum nunciat.
Accurrit uxor: ac uirum domum tristem agit.

Amanti. ordo est. & sensus. Senex demænetus scilicet: uiuens sub imperio uxorio. idest qui nihil faciebat: nisi quod uxor iusserat: uult auxiliarier pro auxiliari filio amanti. idest argyrippo amore philænii meretriculæ capto: argento. i. cum argento: uel medio argenti. Vxorio. Dicitur uxorius qui uxori seruit. Virgil. Pulchramq; uxorius urbem extruis. & uxorius amnis poetice dixit. Horatius. Est etiam Vxorius possessiuum epitheton ab uxore. ut mundus uxorius. dos uxoria. monile uxorium. & imperium uxorium: ut hic. Ob asinos. habent aliqui codices. ab asinis. uerum cõmunis lectio. ob asinos. & ita Donatus legit exponens: ob asinos. idest asinorum: ut sit: pretium ob asinos. idest pretium asinorum. Relatum Sauriæ. i. allatum ad Sauriam atriensem seruum. Sauria nomen est aptum: & conueniens proposito. quippe qui quum esset Artemonæ uxoris demæneti seruus: & ueluti negociator: inter eos erat tanq̃ iaculum aut ueruttis: oppositus semper: ne Demænetus uir: aut serui cæteri: quicq̃ bonorum herilium auferre possent. σαυρία enim græce iaculum: aut uenabulum dicitur. itaq; Sauriæ per i non Saureæ per e legendum censemus: & scribendum. Seruo suo leonidæ. suo addẽdum fuit. metri necessitate. nam aliter uersus uno deficiens erat pede. Sed & necessario addendum fuit: sententiæ congruitate. quia leonidas non uxoris seruus peculiaris erat: ut Sauria: sed demæneti. Cedit. p cõcedit: ut. s. primos cõcubitus sibi pater habeat & Sarrace. legit. Riualis amens. Riualis scribi debet: ex antiquis codicibus. nõ Riuiuus: ut aliqui codices hñt. i. n. riuales dicuntur: qui simul eandẽ amant: & tanq̃ ad eundẽ riuum flectuntur. ut in uocabulario nostro diximus. Ob raptã sibi mulierem. i. præreptam. nam quum ille Riualis: qui nõe diabolus uocabatur: ut supra diximus & infra uidebimus: speraret se eam puellam iam in manu habere: oblata argyrippo a patre demæneto pecunia: mulierеq; prærepta: amens factus est: & usq; adeo iracundia accensus: ut ad Artemonam demæneti uxorem rem omnem per parasitum: ut diximus: nunciauerit. Aduertendumq; est. Artemonam scribi debere uxorem demæneti: non Nicostratam: ut Pius amens scribit. Ac uirum domum tristem agit. Mirandum nimis est: Pium & Sarracenum interpretes Plautinos: ea insania agitari: ut legant: uirum eius triste agit: quum utputo

Vxorius.

Sauria.

Riualis.

nusq̃ auditũ fuerit:ut latinoꝝ quisq̃ ita locutus sit.artemona uirum eius triste agit.sed suum.si suum ipsius artemonæ uirũ intelligat. pterea triste ꝑ sæuiter & atrociter ut inquit Satrace.uix etiã dictum cõperiatur. Quapropter uiꝝ domum tristem agit.scribeñ.censuimus:tum elegãtiore latini sermonis puritate:tum uero ipsius poetæ uerbis q̃similimis in fine Comœdiæ quum artemona inqt surge amator i domum.Et ipse ait:ueh mihi.totus peri. male cubãdum est.Iudicatum me uxor adducit domũ.hæc.n.oia faciunt:ut scribẽdum oĩo existimemus.ut diximus.Sed & illud nõ nihil adiuuatq; in qbusdam antiqs codicibus nõ eius scriptũ est.sed Coius:quæ dictio magis ꝓpinqua ẽ dictioni huic domũ:q̃ eius. Super hoc autẽ docti iudicent. nos nostrũ sensum explicuimus.

Litanus seruus.Demenetus senex.

Li. Sicut tuum uis unicum gnatum tuæ
Superesse uitæ sospitem & superstitem:
Ita ego te obtestor per senectutem tuam
Perq; illam quam tu metuis uxorem tuam:
Ac si quid mederga hodie falsum dixeris:
Vt tibi superstes uxor ætatem fiet:
Atq; illa uiua uiuus ut pestem oppetas.

Sicut tuũ uis unicum gnatũ tuæ. Trimetrum & hoc est carmen acatalecticũ. Et primus hic est Comœdiæ actus.In quo uidetur demænetum senẽ argyrippi patrẽ: sollicitum de conquirenda pecunia: qua amãti filio subuenire posset:ueluti per manum:Litanũ seruum suũ cæpisse:ut seorsum in colloquiũ duceret. Quod quũ seruo nouũ uideretur:timeretq;:ne eo familiaritatis ostentaculo:in carcerẽ fortassis duceret:uel in pistrinũ:Sic illum adiurans alloqtur.Sicut tuũ uis unicũ &c.Est aũt insinuatio color:quo litanus seruus utitur:ut illũ facilius in suã sniam inducat.Sciendũq; est Litanum potius scribi debere nomen huius serui:q̃ libanum:ut fere habent codices.nam id poeta studet prorsus:ut noĩbus aptis & rei qua de agitur conuenientibus utatur.Λιταρο aũt montem arabiæ scimus esse:& thuris quoq; arborem significare:quæ cum seruo hoc nihil utiq; habent cõmercii. Verũ Λιταρευω uerbũ apud græcos significat supplico.& λιτερηα supplicatio.Vnde Litanus cõmodam proposito denominationem trahit:siquidem ut infra uidebitur instabat:rogabatq;:ac ueluti supplicabat mercatori:ut asinorum pretiũ Leonidæ quẽ Sauriam falso appellabat:dinumeraret:quũq; ille id negaret se facturũ: leonidas dixit huic litano:uerbo caue supplicassis.& paulo post.pergin ꝑcari pessumo? Superesse uitæ.i.restare: diutiusq; adesse. Virgil.Primus ego in patriam.mecũ modo uita supersit.Ennius.Inde sibi memorat unum superesse laborem.i. restare.& reliquum esse.Superesse etiã in alia significatione accipitur:pro superfluere & super uacare:atq; esse supra necessarium modum.in alia aũt pro supra esse:& ꝓstare.Cicero nec uero sciẽtia iuris maioribus suis. Q. helius tubero defuit. doctrina etiam superfluit.i.suprafuit:ꝓstitit:superauitq; maiores doctrina sua superfluẽti. de quibus omnibus Au.gellius primo noctium atti.Late differit. Sospitem & superstitem.i.sanum:& saluum. Superstes enim saluũ significat ut inquit Donatus super illo Terentii.Deos quæso ut sit superstes.hic est sensus: ut nos censemus:nõ sicut uis:ut postq̃ tu mortuus fueris:filius tuus superstes & uiuus sit:sed sicut uis:cupisq;: ut filius tuus tibi diu longũq; tempus uiuat sospes & superstes. Ita ego te obtestor.addendum fuit ego:metri necessitate.nam uersus uno deficeret pede. Perq; illam quã tu metuis uxorem tuam.Adiurat senem per rem sibi oĩo odiosam & aduersam:eo mõ quo dii per stygiã paludẽ iurare & fallere expauescũt:ut dii cuius iurare timẽt & fallere numen.huc usq; aũt adiuratio & obtestatio est:ad id spectans:ut Senex ueꝝ sibi r̃ndeat in iis q̃ postulabit.Reliquũ uero iprecatio est. Ac si qd mederga.ita scribi uersum oportet:& metri necessitate:& sniæ cõgruitate. Mederga.ꝑ me erga.interponitur.d.euphoniæ cã.Sensus est.ac siqd falsum erga me dixeris.i.mihi r̃nderis:ita a t meram ueritatẽ nõ expsseris. Vt tibi superstes.subaudiendũ extrinsecus oro.Oro inqt:ut uxor tua tibi supstes sit.i.tibi uiuat:ætatẽ.i.diu.& longum tẽpus:qd quidẽ erat desiderio senis cõtrariũ.Vnde in fine comœdiæ quũ ipse senex talos iaceret:Te philænium mihi:& uxori mortẽ inquit. Atq; illa uiua.idest & oro:ut tu uiuus: uiuente illa:pestem oppetas:hoc est in morbum calamitatemq; incidas.ita exponit Nonius. Supstes igitur hoc quoq; loco:pat etiam superius superesse:nõ intelligitur superuiuens post mortem ipsius senis: sed superuiuens cum illo:& tẽpore illius uitæ. Per dium fidium quæris.ita censemus scribendum esse.non per deum fidium: metri necessitate.nam aliter uersus nõ consisteret.Dius enim primã habet productam.deus aũt correptam.Sensus est.O Litane rogare a me hac adiuratione:& obtestatione idem est: ac si quæris ad me: & me obtestaris: per dium fidium: idest per filium diuinum :siue Iouis filium . & herculem intelligit : quem aiunt uerbis grauibus & seuens usum semper fuisse: repulsa a se uoluptate : & adamata uirtute . iuxta illud Iuuenal.Qui talia uerbis herculis inuadunt.De hac uoce Festus hæc inquit. Medius fidius compositum uidetur : & significare Iouis filium.i. herculem .q Δία græce nos Iouem dicimus . ac fidium pro filio : q sæpe antiqui pro.l. littera d. utebantur . Quidam existimant iusiurandum : per dii fidem : quasi per diurni temporis. idest diei fidem . Alibi autem idem Festus sic. Dium antiqui ex græco appellabant : a deo ortum . & diurnum sub cælo lumen. Vnde adhuc: Sub dio fieri dicimus: quod non fit sub tecto. & interdiu: cui contrarium est noctu. Dius etiam generosum significat.Virgil. Quas ipsa decus sibi dia Camilla . Et dius heroum aliquis ab ioue genus ducens: ut idem Festus ait.

Litanus.
Superesse.
Superstes.
Medius fidius.
Dius

	De.	Per dium fidium quæris.iurato mihi
		Video necesse esse eloqui quicquid roges.
		Ita me obstinate aggressus:ut non audeam
		Profecto percunctanti quin promam omnia.
		Proinde actutum istuc quid sit:quod scire expetis
		Eloquere:ut ipse scibo te faciam ut scias.
	Li.	Dic obsecro hercle serio:quod te rogem.
		Caue mihi mendacii quicq̃.De.quin tu ergo rogas?
	Li.	Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit?
	De.	Quid istuc ẽ?aut ubi istuc ẽ terrarum loci?
	Li.	Vbi flent nequam homines:qui polentam pransitant.
		Apud fustidinas ferricrepidinas insulas.
		Vbi uiuos homines mortui incursant boues.
	De.	Modo pol percæpi litane quid istuc sit loci.
		Vbi sit polenta te fortasse dicere.Li. ah.
		Neq̧ hercle ego istuc dico:neq̧ dictum uolo.
		Teq̧ obsecro hercle ut quæ locutus despuas.
	De.	Fiat:geratur mos tibi.Li.age age usq̧ excrea:

Iurato mihi.Iuratus ut Prisci.& Seruius aiunt:participiũ ẽ in positione passiua:licet iuró:a quo defendit neutram hab at declinationẽ.habet aũt iuratus utrãq̧ significationẽ.actiuã quidẽ:ut in illo ouidii.fidem iurata fefellit.& apud Plauti in amphitryone:nam iniurato scio plus crederet mihi:q̃ iurato tibi.passiuũ aũt ut hoc loco.nã iurato p adiurato:& obtestationibus adacto capitur.hoc sensu:uideo necesse esse mihi a te tãtis adiurationibus obstricto eloqui qu cqd roges. Obstinate.obstricte.obnixe. Vt nõ audeam quin promã.i.non audeã nõ pmere. Istuc qd sit.ita scribi debet.metri necessitate:ex codicibus ãtiquis:nõ quid est.quia uersus claudicaret:qd Pius & Sarrac. interp̃tes nõ aduerterunt. **Scibo.** Scibo.p sciã.nã ant.q ũba quartæ cõiugationis in futuro indicatiui proferebãt in ibo.ut audibo.accibo.scibo. **Serio.** Serio.sine ioco.aduerbialiẽ. **Serium.** Seriũ quoq̧ pro tristi capitur:& quasi sine risu:ut No.inquit Afranius in priuigno.nõ ego te noui tristẽ:seriũ.Plau.in amphi.dic mihi uerũ serio. Mendacii qcq̃.f.dixeris. Vbi lapis lapidẽ terit.i.ĩ moletrinũ:pistrinũ ue:ubi serui lassitudine nimia pœnaliter afficiebantur. **Mola asinaria.** Moletrini aũt lapis inferior Mola asinaria dicitur. **Catillus.** Supior Catillus. Nequam homines.i.mali serui illuc relegati:ob eorum demerita. **Polenta.** Qui polentam pransitant.qui polentario cibo:uti uiliori uictitant. dicimus polentam fœminino genere: quanq̃ ouidius neutro protulerit eo carmine. Dulce dedit testa quod coxerat ante polenta.nam non placet qd alii legunt: pinsitant pro pransitant:quum & ueteres codices pransitant habeant & magis sensus congruitati cohæreat.Quomodo polẽta fiat Plyni.libro.xviii.docet. Apud fustidinas ferricrepidinas insulas. uidetur quidem regiones quasdam insularias dicere. sed ecphrasis est.i.expositio prædictorum.Fustidinas insulas appellat pistrinum alludens ad id:q serui nequam & scelesti in insulas metallicas relegabantur: ubi continue effossioni metalli alligati perpetim diseruiabantur. ob idq̧ insulani serui appellabantur. Fustidinas dixit a fustibus deducto nomine: quibus ipsorum seruorum scapulæ cædebantur. ubi a labore desisterent: & **Ferricrepidinas.** ferricrepidinas: q boiis uinculisq̧ ferreis crepitantibus alligati crura:in pistrino exercerentur. Nam quod ait Pius interpres amentissimus: seu fustidinas uertiginem fustis qui rotam uertit significare. quia ΔΙΝΟΣ uertiginem significet: ut latius in captiuis se dicturum pollicetur: & profecto dixit: in locum illum: Di nos quasi pilas homines habent: merum delirium sapit nullo ueratro sanabile: ut ibi quoq̧ dicemus. Vbi uiuos homines. iocose omnia hæc uerba dicuntur a seruo: ubi inquit boues mortui incursant uiuos homines.i. ubi uiui homines: hoc est serui loris bubulis caeduntur. lora enim quibus uerberabantur serui: ex tergoribus corüsq̧ mortuorum boum fiebant. Modo pol percæpi. respondet demænetus tanq̃ demens senex: tandem inquit o litane ego percæpi.i.intellexi. Quid illuc sit loci.i.quis sit iste locus ad quem me rogas an te ducam. Vbi sit polenta. percæpi inquit te fortasse dicere eum locum ubi fit polenta. & loquitur: ut dictum est: tanq̃ demens rudisq̧ senex: utpote: qui uerba litani paulo sub nube dicta non aliter intellexerit: nisi quantum pertinet ad eam partem: qui polentam pransitant. Intellexerat enim reuera litanum interrogare: an ipsum duceret in pistrinum: sed ut quod intendebat efficeret: ostendebat se aliter non intelligere. Quod autem inquit Pius pro dicere: scribere se: ducere:sensu ferme tali:Dicis me ducere te ipsum in pistrillũ ineptiam sapit hominis consuetam.nam senex ostendit nihil intellexisse:de pistrillo:sed tantum de pollenta:quod ostendunt sequentia:quum paulo post itez dicet nõ posse se noscere. quid hoc sibi uult:ubi flent nequã hões &c. Ah. Respondet litanus.Non ego hoc dico:neq̧ dictum uolo: an.s. me ducas ubi fit polenta. Quæ locutus despuas.tanq̃ dictum ominosum: ne mihi nocere poss t.tractũ de priscorum consuetudine: qui morbum abominabilem abhorrentes **Despuere.** despuere solebant. Sic Persius Despuit in mores & penem arcanaq̧ lumbi runcantem. Fiat geratur mos tibi.intelligimus demænetũ his dictis expuisse.

Etiam ne? & iterum subintelligendū est illum excreasse. Penitis. intimis: intrinsecis. Priscianus. penitus peni tissimus & penissimus. Plautus in mostellaria. Ita mea consilia peruortit penissime. penitus quoq; nomen inuenitur. Idem in asinaria Age quæso hercle usq; ex penitis faucibus. Expers sis metu. abltūs est pro gtō. metu p abtūs pro metus. Redde operam mihi. idest. attende nunc. & animum mentēq; mihi intentam præsta. Et est aduertendum: q; Demænetus: qui ad id tantū respiciebat: ut cum litano negocium argyrippi filii cōicaret: Cui omnino ut argentum inueniretur studebat: quærebat undecūq; quibus uerbis aptis litanum de hac re alloqueretur: ac cupiebat ut litanus primum loqui de huiusmodi re inciperet: qd' quum ille cautus nō faceret: Demænetus ipse ita loqui cœpit. Quid istuc est. Nescio inqt: nec possum satis inuestigare: quid istuc loci sit: aut ubi sit: quod dixisti: ubi flent neq̄ homines qui polentā pransitant: propterea q; feceris me nescientem. idest non feceris me scientem: & mihi non expsseris: uel quia feceris me nescientem quum superius dixisti te non dicere ubi sit polenta. Postea se ipsum aperiēs senex: ut qui iamdudum cupiebat ut diximus: rē cum illo participare: inqt. Cur hoc ego ex te quæram? iste uersus tollendus fuit e loco ubi erat. & postponendus illi: propterea q; me nescientem feceris: sententiæ concinnitate. quæ est: ut quum senex se ipsum iam detegat: ostendat plane intellexisse litani uerba. sed ut eum sibi beniuolum faciat atq; ab illo omnem metum excutiat: inquit: Cur hoc ego ex te quæram? idest: cur ego te in pistrinum dedere cupiā: aut cur miniter tibi? quem. s. scio: neq; me latet: filio opem ferre? Aut cur postremo filio succenseam? Succensere est in re graui & iusta causa irasci. Patres ut faciunt ceteri. his uerbis ostēdens: se etiam filio non succensere: litanum magis securum facit: ut non timeat omnia proferre. Quid istuc noui est? hoc intra se ait seruus: secum reputans blanda senis uerba.

Penitus. — p abtūs pro gtō.

De.	Etiam ne? Li. age quæso hercle usq; ex penitis faucibus.	
	Etiam amplius. De. nam quousq;? Li. usq; ad mortem uolo.	
De.	Caueſis malam rem. Li. uxoris dico non tuam.	
De.	Dono te ob istuc dictum. ut expers sis metu.	
Li.	Di tibi dent quæcunq; optes. De. redde operam mihi.	
	Quid istuc est: aut ubi istuc sit nequeo noscere:	
	Vbi flent neq̄ homines: qui polentam pransitant:	
	Propterea quod me nescientem feceris.	
	Cur hoc ego ex te quæram? aut cur miniter tibi?	
	Aut cur postremo filio succenseam	
	Patres ut faciunt cæteri. Li. quid istuc noui est?	
De.	Equidem scio iam filius q; amet meus	
	Istanc meretricem e proximo philænium:	
	Estne hoc ut dico litane? Li. rectam instas uiam.	
	Ea res est: sed eum morbus inuasit grauis.	
De.	Quid morbi est? Li. quia non suppetunt dictis data.	

Philænium. nomen est meretriculæ: ut diximus in argumento. Illud mirari non est satis. qd' Pius interpres temerarius ait: legere se malle philemion uti uidelicet diminutiuum a φιλῆμα: quod apud græcos suauium significat & osculum. & inquit: Philæmion suauiolum significabit: nomen uenetiæ puellæ perq̄ decētissimum. insanat profecto Impius iste interpres: muri par: qui olim: Cauda paulo farinæ iniecta: moletrini se magistrū existimauit. Nam quia uix legere græcas didicit literas: græcum se præceptorem: & grāmaticæ græce professorem putat: quum nundum tamen fumum disciplinæ græce attigerit. Nisi enim ita esset: nō garriret usq; quaq; neq; atticissare adeo cuperit: ut dementem se oībus ostenderet. Neq; quod nusq̄ uidit: audiuit ne: immo quod nusq̄ comptum est: arroganter proferret. φιλῆμα quippe græcum est nomen. sed non φιλήμιον diminutiuum facit. estq; Pio ipsi opus Salis modium quod dicitur adhuc deuorare: anteq̄ de huiusmodi se præceptorem faciat. Quod si a nobis discere non erubescit: eum monebimus: φιλημάτιον rectum esse eius nominis diminutiuum. ut a ποίημα ποιημάτιον. ab ἐνθύμημα ἐνθυμημάτιον. ab ἀκρόαμα ἀκροαμάτιον. & sic in reliquis eius formæ. Proinde philæniū legendum est hoc loco: quod mulieris est nomen apud græcos: & secundam per ai diphthongum habet. scribitur enim Φιλαίνιον a uerbo φιλέω quod est amo uel osculor quasi amasiam dicas. Similiter & philænis. de qua Mar. pædicat pueros tribas philænis. Rectam instas uiam. idest recte dicis: in recta es ueritatis uia. Dicimus aūt Insto illi: & illud per dtīn uidelicet: & actūm. Virgil. Instans operi: regnisq; futuris. & in. viii. heu quantæ miseris cedes laurentibus instant. Idem. parte alia martis currūq; rotasq; uolucres instabant: ubi actūm habet: quemadmodum & hoc loco. Morbus grauis. grauis afflictatio. inter Morbum: & uitium id differre aiunt q; morbus est temporalis corporis imbecillitas. uitium autem perpetuum & insanabile corporis impedimentum. hoc tamen loco quod corporis est rettulit ad animum. Quia non suppetunt dictis data. quia dare non potest: quæ se daturum pollicitus est. Suppetunt. sufficiunt suppeditant. Ply. iunior. cui abunde suppetunt facultates. ab hoc Suppetiæ deriuantur: hoc est subsidium. præsidium. Plau. Auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.

Succensere — Philæniū. — Insto. — Morbus. — Vitium. — Suppeto. — Suppetiæ.

Inire. Initus.

Tu ne es litane adiutor. ita scribi debet uersus. & addi litane: metri necessitate. nā deficeret pes unus. Initis gratiā. i. acquiritis: & cōciliatis a me gratiā. Inire etiā est incipere: ut init certamē: hoc est inchoat. mō ingredior. Plautus. Videbo id prius q̄ meam domū. mō concūbo. Ply. Sed asini qui equas ineant optimi legendi sunt. hinc initor aliqñ pro cōcubitore. & Initus p coitu usurpatur. Vez meam uxorē nescis qualis fiet. ita scribi debet uersus. & tolli litane: quæ dictio in eo ascripta erat: uti superfluens: metri rōne. Est aūt constructio hæc more græco. nescis meā uxorem qualis fiet. i. nescis qualis sit mea uxor. Nos tam p̄noscimus. hic sensus. tu quidē p̄mus sentis qualis sit. i. experis.

De. Tu ne es litane adiutor nunc amanti filio?
Li. Sum uero: & alter noster est leonida.
De. Bene hercle facitis: & a me initis gratiam.
Verum meam uxorem nescis qualis fiet?
Li. Tu primus sentis: nos tamen prænoscimus.
De. Fateor eam esse importunam atq; incōmodam.
Li. Posterius istuc dicis: q̄ credo tibi.
De. Omnes parentes litane liberis suis
Qui mihi auscultabunt obsequelam fecerint
Quippe qui mage amico utantur gnato & beneuolo.
Atq; ego me id facere studeo: uolo amari a meis:
Volo mei patris me similem: qui causa mea
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam
Quam amabam abduxit ab lenone mulierem.
Neq; puduit eum id ætatis sycophantias
Struere: & beneficis me emere gnatum suum sibi.
Eos me decretū st persequi mores patris.
Nam me hodie orauit argyrippus filius:
Vti sibi amanti facerem argenti copiam:
Et id ego percupio obsequi gnato meo.
Volo amori me obsecutum illius: uolo amet me patrem.
Quanq̄ illum mater arcte contenteq; habet:
Patres ut consueuerunt: ego mitto omnia hæc:
Præsertim: quum is me dignum quoi concrederet.
Habuit: me habere honorem eius ingenio decet:

Cōmodus. Incommodus. Cōmoditas. Cōmodū. Posterius. Nauclerio. Argyrippus.

& ueluti sensibus corporis de ea re certior fieri potes. Nos tñ p̄noscimus: idest prius intelligimus. ita. n. fere cōsueuit. ut heri ultimi sint: qui familiæ suæ uitia intelligant. iuxta illud Iuuenal. Dedecus ille domus sciet ultimus. Importunam. molestam odiosam. Incōmodam. ineptā: sine modo & rōne. Cōmodū enim dicimus aptū: & cum modo ac rōe: cuius contrariū est incōmodum. q̄uis Cōmodū etiā integrū significat. Plautus. Viginti cōmodas minas. i. integras. & utile. Cor. celsus. Sed inter oīa maxime cōmodū est: modice exerceri. Inde cōmoditas pro conuenientia & aptitudine quadā accipitur. & interdū pro utilitate. & commode ac cōmodum aduerbia p apte: & opportune atq; ut dicitur optato tpe & loco. Posterius istuc dicis. i. minus ut sit sēsus. multo magis credo uxorem tuā esse importunam & incommodam: q̄ dicas. Marcellus. Posterius dicitur tardius: uel secundo. posterius minus. Plautus in asinaria. posterius istuc dicis: q̄ credo tibi. Obsequelam fecerint. ita scribi uersum opus est: metri necessitate. nam aliter non consisteret. idest obsequiū facient: & obsequentur: atq; obsecundabunt. iuxta illud Ouidii. obsequio plurima uincit amor. Mage. pro magis. Me similem. s. esse. Nauclerio. nautico. maritimo: quem thalassicum infra appellabit. ναυκληροσ græce nauis gubernator dicitur. Sycophantias. fallacias. simulationes. Beneficis. pro beneficiis. nam uersus ratio non patitur: ut beneficiis scribatur. Decretū st. pro decretum est. Persequi. imitari. Argyrippus. nomen est commodum: aptumq; amanti quærentiq; argentum. αργυριζω enim est flagitio: uel aufero argentum. & αργυροσ argentum significat. ideo per. y. secunda eius nominis syllaba scribitur. ιπποσ aūt equus dicitur. quia passus ē se equi officium præstare: & tanq̄ equum deferre seruum: ut argentum ab eo sumeret: ut infra uidebitur. Vti sibi amanti. uti pro ut. & ita scribendum est. metri necessitate. nam si ut scribas una syllaba deficiat uersus. Et id. idest propter id. uel & ego percupio obsequi id. Volo amori me obsecutum. addendum fuit me. metri necessitate. nam aliter uersus mancus esset. Contente. parce & continenter. Habet. tractat. Patres ut consueuerunt. quia patres solent arctius tenere filios: & quodāmodo durius: q̄ matres. nam matres laxius & indulgentius eos alunt.

Omnia hæc. ego inquit omitto oīa hæc. quia nolo tam arcte illum contēteq; tenere. Præsertim. i. & eo magis. Cui cōcrederet. idest cui cōmitteret amores suos. & legēdum est cōcrederet: non crederet. metri necessitate. nam uersus nō cōsisteret. qđ Pius & Sarrac. interpretes nō uiderunt. Eius ingenio. i. naturæ. mori. instituto.

Quum me adiit.ordo est.quum me adiit patrem:ut æquum est pudentem gnatum.s.adire patrem suum. Demiror quid sit.Dubitans adhuc licanus:ne demenetus forte eum tentet sciens:hæc dicit.unde senex iterat uersum iam a se dictum:quum primum apud seruum se detegere cœpit.hoc est. Equidē scio iam filius q̄ amet meus. Dotalem seruum sauriā nam uxor tua addendum fuit uam metri necessitate:& sententiæ congruitate. Quā tibi.quia sub īperio uxoris uiuebat senex utsupra dictum est. Argētum accæpi.Sic Titinius apud Nonium.Verum maximis dotibus deliniti ultro uxoribus ancillantur.Iuuen.Veniunt a dote sagittæ.libertas emitur.

Quum me adiit(ut pudentē gnatū æquum est)patrem.
Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.
Li. Demiror quid sit:& quo euadat sum in metu.
De. Equidem scio iam filius quod amet meus.
Li. Cupis id quod cupere te nequicq̄ intelligo.
Dotalem seruum sauriam nam uxor tua
Adduxit:cui plus in manu sit:q̄ tibi.
De. Argentum accæpi dote:imperium uendidi.
Nunc uerba in pauca conferam quid te uelim:
Viginti iam usust filio argenti minis:
Face id ut paratum iam sit.Li. undegentium?
De. Me defraudato.Li.maximas nugas agis.
Nudo detrahere uestimenta me iubes.
Defrudem te ego?agesis tu sine pennis uola.
Te ne ego defrudem?quoi ipsi nihil est in manu?
Nisi quid tu porro uxorem defraudaueris?
De. Qua me:qua uxorem:qua tu seruom sauriam
Potes circunducere:aufer:promitto tibi
Nō obfuturum me:si id hodie effeceris.
Li. Iubeas una opera me piscari in aere:
Venari aūt iaculo apros in medio mari.
De. Tibi optionem sumito leonidam.

Mina.

Minis.græce. μνᾶ.latinæ mna:uel mina. utroq̄.n.mō utitur etiam hic poeta.& significat librā. hoc est aeris pondo: uel assem:ut infra dicemus. Emina autē media producta mensura est.Persius. fregerit eminas areti ædilis iniquas. Vndegētiū?interrogatiue.gentiū syllabica adiectio est.i.unde. Nudo detrahere.ut supra dixit.cui plus in manu sit q̄ tibi. ut infra.cui ipsi nihil est in manu.

Emina.

Defraudate.

Defrudem te ego? quasi dicat: in quo? quum nihil habeas ī tua potestate.Defraudare inquit Nonius: significat fructum minuere: uel per fraudē aliquid exquirere. Teren.Suum defraudās genium compsit miser.Plautus in asinaria.Ten ego defrudē. Dicimus quidem defraudare.& defrudare p syncopā. Qua me qua uia.s. Circūduce.frustrare decipe. Nō obfuturum me.nō nociturum tibi.Et addi oportuit me:ad metri integritatē.nā aliter uersus deficeret uno pede. Iubeas una opera.Sensus est.Vna eadēq̄ opera.hoc est ita: ita iubere posses me piscari in aere:ubi.s.nullus est piscis.& me uenari iaculo apros in medio mari.nam apri quos uenatores iaculo uenantur: nulli in mari sunt:sed in terra reperiuntur.ac si dicat rem.impossibilem mihi iubes:quū uiginti minas me reperire iubes:easq̄ a te:uel ab uxore:uel a Sauria atrieuse per dolum surripere. Venari autem iaculo apros in medio mari.hunc nos uersum ita scribeñ.censemus.& metri & sententiæ cōcinnitate.nam si scribatur:ut omnes fere codices habēt:absq̄ illa dictione apros:uersus non cousistit.sed uno pede mancus est.Si autem scribatur:uenari aūt retiaculo in medio mari:ut in aliquibus codicibus scriptum reperitur:& ut Pius & Saracenus interpetes legunt:& cōmentantur uersus quidem constaret:Sed duo in cōtrarium obstare uidentur.alterum q̄ nomen illud retiaculum uix apud idoneos reperitur:quum a rete reticulum potius q̄ retiaculum deducatur:ut in illo Iuuenalis.Reticulūq̄ comis.Alterū uero q̄ sñia nō æque quadrat:quum retibus pfecto in medio mari quis uenari queat:hoc est piscari:& cōueniens cōsonumq̄ sit:in mari retibus aliqd capere:qd' quidē intentioni litani serui cōtrarium est.nā ille ut diximus:īpossibile quiddā adducere conatur.quod simile sit īpossibilitati inueniendarū uiginti minarum.itaq̄ cum antiquis codicibus:iaculo scribēdum prorsus diximus:& adiiciendum apros ea sñiæ cōcinnitate quā pdiximus. Optionē.adiutorē ministrum Vegetius de re militari: Optiones appellatos dicit ab optando:q̄ antecedunt ægritudine ppeditis:ii tanq̄ adoptati eorū atq̄ uicarii solent uniuersa curare.Festus aūt ita inquit optio est optatio.Sed in re militari Optio appellatur is:quem decurio aut Centurio optat sibi rerū priuatarū ministrum:quo facilius obeat publica officia.Nonius uero sic.Optiones in cohortibus qui sunt honesti gradus.& optatos quod est electos:& adoptatos:quod est ascitos:Varro de uita patrum libro.xi.existimat appellatos:qui referentibus centurionibus adoptati in cohortes subibāt:ut semper plenæ essent legiones: A quo optiones in turmis decurionum:& in cohortibus centurionum appellati.

Optio.

Fabricare.imperatiuus eſt.Dicimus.n.fabrico & fabricor. Cōminiſcere.Comminiſci eſt recordari.& finge-
Cōminiſci. re. Perficito argentū hoc ut hodie habeat filius.exeq̄re hoc.ut hodie filius meus habeat hoc argentū qđ dixi.
Addendū fuit hoc.metri neceſſitate.qn̄ aliter uerſus mutilus erat. Quid ſi fortaſſis Quid inqt ſequetur:ſi ca-
ſu aliquo ego deuenero in inſidias.i.ab artemona uxore tua:uel eius atrienſi Sauria dephenſus fuero? Et ſcriben
dū eſt fortaſſis:metri neceſſitate.nam uerſus uno deficeret pede:ſi forte ſcribatur:ut legūt Pius & Sarrace.interp̄
tes. Intercæperint.i.dum hoc facio occupauerint & dephenderint.illud.n.ſignificat intercipere. Quod lu-
Intercipere
bet.ita ſcribendū ē.ex antiquis codicibus:& ſnīæ cōcinnitate:non qd lubet. Fiet ne? ita ordinádus eſt ſenſus.ac ſi dicat:fiet ne hoc qđ tibi mādaui?
Eccum.ita ſcribendū cēſemus:metri neceſſitate. nam uerſus nō conſiſteret: ſi ecce ſcribas.& eccū p ecce me exponēdū. Vbicūq; libitū fuerit.Fuerit ſcribi metri neceſſitas cogit.nō erit.nam pes unus uerſui deficeret. Ne quid mihi nocere poſſit.non.ne qd nocere mihi poſſit.nā uerſus claudus incederet. Patro.i.
Patrare. facio. quanq̄ patrare frequētius in malam partem capitur: Plautus poſt tā fœdū facinus patratū. inde patrator: q facinus aliquod fecit. Argētetariū.q alio noīe Trapezita.nūmularius.& mēſarius dicitur. ſed pro fœneratore uſurpat Plautus. Archi
Argētarius,
Archibu-lus. bulū.penultima pducta pferri debet: utiq; quæ longa eſt. uideturq; hunc argētariū principem conſilioꝝ ſuoꝝ deſignare. αρχοσ .n. princeps. & βουλη cōſiliū apud græcos ſignificat.

Fabricare quíduís:quid uís commíníſcere.
Perfícito argentum hoc hodíe ut habeat fílíus:
Amícæ quod det.Lí.quid aís tu demænete?
Quid ſi fortaſſis in ínſídías deuenero?
Tun redímes me:ſi me hoſtes íntercæperínt?
De. Redímam.Lí.tum tu ígítur alíud cura quod lubet.
Eo ego ad forum níſi quid uís.De.fíet ne?ambula.
Atq; audín etíam.Lí.eccum.De.ſi quid te uolam:ubí erís?
Lí. Vbícūq; líbítum fuerít anímo meo
Profecto nemo eſt quem íam dehínc metuam míhí.
Ne quid míhí nocere poſſit:quum tua
Oratíone omnem anímum oſtendíſti tuum.
Quín te quoq; ípſum facíam haud magní:ſi hoc patro.
Pergam quo occœpí:atq; íbí conſílía exordíar.
Audín tu?apud archíbulum ego ero argentaríum.
De. Nempe ín foro?Lí.íbí ſi quíd opus fuerít.De.memínero.
Non eſſe ſeruus peíor hoc quíſq̄ poteſt:
Nec magís uerſutus:nec quo ab caueas ægríus.
Eídem homíní ſi quíd recte curatum uelís
Mandes:moríri ſeſe míſere mauolet:
Quā non perfectum reddat:quod promíſerít.
Nam ego íllud argentum tam paratum fílío
Scío eſſe:q̄ me hunc ſcípíonem contuí.
Lí. Sed quíd ego ceſſo íre ad forum:quod íncœperam?
Atq; íbí manebo apud archíbulum argentaríū.

Argyríppus. Adoleſcens.


Iccíne fít hoc foras ædíbus ſic me eíící?
Promerentí míhí optume hoccíne pretíí reddítur?

Nō eſſe ſeruus.hæc ſecum demenetus loqtur:quū licanus iam inde recederet. Quo ab.i.abs quo. Aegri-
us.i.difficilius. Moriri.ita ptulerunt ueteres qđ nos mori. Scipionē.baculū:quē tunc forte manu tenebat:
Scipio. unde Scipiones cognominati:ut ſuperius dictum eſt in amphitryone. Contui.antique poſitum.pro cōtueri.i.
Contuí. aſpicere.Tueri.n.eſt uidere.Virg.Excipiunt plauſu pauidos:gaudentq; tuentes Dardanidæ. Sed qd ego ceſ-
ſo.litani uerba ſunt. Quod.i.quā rem: hoc eſt qđ iter. Apud archibulum argētariū.adiiciēdum fuit Archi-
bulum.metri neceſſitate.nam uerſus claudicaret:niſi ea dictio aptiſſima & cōcinna adderetur.
Siccine fit hoc.Trimetrū eſt metrū acatalecticū:uſq; ad eū uerſum.Male qđ potero facere faciā.Nā ab inde
ad finē:Tetrametrū eſt brachicatalecticū:ſeptē pedibus cōſtās.īducitur in hac ſcena Argyrippus adoleſcēs
Cōquerēs:q ab lena fuerit domo eiectus:ob pecuniā nō relatā.Sermonē itaq; cū indignatiōe abrūpit in lenā ip-
ſam:& ī amicā poſtea ēt philæmū.q̄ ex occulto obſeruabāt cōquerētē amatorē:ut īfra poſtea uidebitur. Siccine
fit hoc?foras ædibus ſic me eiicis?ita ſcribi debet.metri neceſſitate.nā aliter v̄ſus nō cōſiſteret:niſi ſic adiectū eēt:&
fit hoc:nō hoc fit:ſcribat. Foras ædibus:p ab ædibus. Promerēti mihi optume.hoc ē p̄ciū.& hæc ē gratia.quā
mihi pmerito optīe.i.q de te bn̄ meritus ſū reddis?Et addēdū fuit mihi:metri neceſ.qa pes unus v̄ſui deficeret.

Bene merenti mala es.mihi qui bene meritus sum:mala es:Riuali aũt meo nihil de te merito bona es? At cũ malo tuo.nã nunc iam.Minatur lenæ q ei cũ puella ad tres uiros delaturus sit: & ibi eaꝝ noĩa rerũ capitaliũ accusaturus.Scribẽdusq; ita est uersus.addita dictiõe nunc.& legẽdũ cũ malo.nõ malo cũ.quia duobus mutilus pedibus fuisset.quas emẽdatiões nõ uiderunt interpretes nostri plautini. Ibo ad tres ego uiros.Ita & hic scribẽdus est.nõ ibo ego ad tres uiros:ut illi legũt.cõtra metri rõnẽ.Tres uiros Capitales intelligit:quũ triplices essent:ut in amphitryone diximus. Faxo capitis erũt.Ita scribẽdũ est.metri necessitate.

Bene merentí mala es:male merentí bona es?
At cum malo tuo.nam nunc íam ex hoc loco
Ibo ad tres ego uíros:uestraq; íbí nomína
Faxo capítís erunt:te perdam ego & filíam.
Perlecebræ:perníciesːadolescentum exítíum.
Nam mare haud mare est:mare estís uos acerrímum.
Nam bona ín marí reppen:híc elauí me bonís.
Ingrata:atq; írríta esse íntellego omnía
Quæ íam dedí:& quod bene fecí.at posthac tíbí
Male quod potero facere facíam: merítoq; íd facíam tuo.
Ego pol te redígam unde orta es ad ege statís termínos:
Ego pol te facíam:ut quæ sís nunc: & quæ fuerís scías:
Quæ príusq̃ ístam adũ:atq; amans ego anímum ístí meum dedí.
Sordído uítam oblectabas pane:ín panís ínopía.
Atq; ea sí erant: magnas omníbus habebas dís gratías.
Eadem quum est melíus:me cuíus opera est ígnoras mala.
Reddam ego te ex fera:fame mansuetem:me specta modo.
Nam ístí quíd succenseam ípsí níhíl est:níhíl quícq̃ meret.
Iussa facít:tuo ímperío paret:tu mater:eadem hera es.

nõ erũt capitis.i.faciã: ut noĩa uestra ibi apd triũ uiros de re capitali sint accusata. Perlecebræ illecebræ ab illiciendo.i.allectãdo & attrahẽdo:& illaqãndo:appellat ipsas lenã & puellã plecrebras: perniciem & exitium adolescẽtum. Pernicie.periculũ.exitiũ. Ita exponit.Nonius: hunc locũ adducẽs.A pernecãdo scilicet pnicies deducitur. Nã mare haud mare est. mare estis uos acerrimũ.hic uersus ita scribi debet:metri necessitate.& sniæ cõcinnitate. Similiter sequens. Nã bona i mari reperi.hic elaui me bonis. ita quoq; scribi debet.metri & sniæ cõgruitate.q̃ quidẽ interpretes illi cæci nõ uiderunt.hic sensus.Nã mare.si uobis cõpare tur.non usq; adeo uorax est:uos.n.estis acerrimum:& truculẽtissimum mare.siquidem quum ego nauigaui:& mare ingressus sum: multa bona repperi in eo:& diues factus sum.hic autem in hoc uestro uoracissimo habitaculo:elaui me bonis: idest oĩbus bonis meis exhausi:quippe quæ uobis a me tradita sunt. Elaui.denudaui.spoliaui.exhausi. Esse intelligo omnia.Ita scribi debet & hoc metri ratione...õ omnia intelligo.uideo inquit omnia quæ uobis dedi ingrata fuisse apud uos:atq; irrita.i.pro nullis habita.tanq̃ si non dedissem. Quæ iam dedi. iam : addendum fuit.metri necessitate. Et quod benefeci. ita hoc quoq; scribendum est:& non quod benefici. Male qd potero.hinc iam icipit uersus tetrameter brachicatalecticus:qd quidem uidetur poeta artificiose fecisse:utpote qui maiori uelocitate currit:q̃ trimeter:quemadmodum & Argyrippus ita magis excandescẽs:uerba proferebat. Redigam.redire cogam. Vnde orta es.tollenda fuit dictio eodem:uti superfluens.metri necessitate. Ego pol te faciam.Scribendum est pol:non ædepol ex antiquis codicibus & metri necessitate.Et sermonẽ suum adolescens:ad lenam magis:q̃ ad puellam cõuertit. Atq; amans ego animum isti meum dedi. ita scribendum est.non meum isti.hic sensus.Faciam te auarissima lena:ut quæ fueris:& quæ nunc sis:meo munere: reminiscaris.quæ quidem priusq̃ hãc tuam filiam ego amarem:in summa inopia eras.nunc autem a me diues facta:uideris me non nosse. Sordido.uili. Magnas omnibus habebas. ita scribi debet.& non magnas habebas omnibus. Eadem quum est melius.non eadem nunc.abundat enim nunc. Me cuius opera est.s.hoc melius. Ignotas mala.ordo est:tu mala ignoras. Mansuetem.pro mansuetam.Marcellus.Mãsuete & Mãsues:pro mansuetus.Plautus in asinaria.Reddam ego te ex fera:fame mansuetem.ordo autem est.reddam ego te mansuetem ex fera. Fame.i.mediante fame.hic sensus.faciam ut tu:quæ fera mihi facta es:fias mansues: quum te fame paulum domuero.Nam contrarium feri est mansues:siue.Cicur.Varro. Cicurare mansuefacere.quod enim a fero discretum:id dicitur Cicur.& ideo dictum Cicur ingenium obtineo mansuetum.a quo ueturi quoq; nobiles cognominati Cicurii. Me specta modo. uidetur argyrippus omnino aduertere:illas eum auscultare.propterea inquit ad lenam:me specta modo.quasi dicat inspice me:& ausculta quantum tibi libet.uel mos est loquendi:quum quid omnino nos facturos significamus:ut dicamus: inspice bene uultum meum:quia ex animo loquor. Nam isti.philænio amicæ. Nihil quicq̃ meret.mali.s.Dicimus Mereo & mereor:in eadem significatione:ut fabrico & fabricor.assentio & assentior:& plæraq; alia. Iussa facit. ita scribi metri necessitas postulat.& possumus intelligere:philænium iussa.i.mandata tua facit:uel philænium iussa a

Perlecebræ
Pernicies.
Mansues. mansuetis.
Cicur.
Cicurii.
Mereo & mereor.

te.i.ita coacta facit. Tu mater.nō mater tu.quia uersus claudicaret.tu es illi inquit mater: & hera.habesq; eam tanq̄ seruam. Vt de me meres.ut de me merita es:uel mereris. At scelesta.indignatur secum adolescēs: quū sciat lenam audire ipsum iratum:& minabundum q̄ illa nou exeat ad placādum eum. Viden.pro uides ne. ordo est.At uiden ut.i.quemadmodū scelesta lena:ne id quidem existimat.i.cogitat:me dignum eē: quē adeat.

Opinor. Atq; eccam. ecce eam. Opinor hic ante ostium. idest profecto hic ante ostium loquar in eam:quæ mihi libuerit.opinor enim uerbum hic magis aduerbialiter positum est: q̄ uerbaliter.ut fit in amabo. Nec scribēdū

Te ego ulciscar:te ego ut digna es perdam:atq; ut de me meres.
At scelesta uiden ut ne id quidem me dignum esse existimat.
Quem adeat.quem colloquatur:cuiq; irato supplicet?
Atq; eccam illecebra exit tandem.opinor hic ante ostium.
Meo modo loquar quæ uolam:quum intus nō licitū est mihi.

Lena clereta. Argyrippus adolescens.


Num istorum quodq; uerbū nūmis philippeis aureis
Non potest auferre hinc a me:si quis emptor uenerit.
Hæc recte:quæ tu in nos dicis aur; atq; argētū merūst.
Fixus hic nos apud est animus tuus clauo cupidinis.
Remigio:ueloq; quantum poteris. festina:& fuge.
Quā magis te in altum capessis:tam æstus te in portum referet.
Ar. Ego pol istum portitorem priuabo portorio.
Ego te de hinc ut merita es de me & re mea tractare exequar.
Quom tu me ut meritus sum non tractas:quæ eiicis domo.
Le. Magis istuc percipimus lingua dici:quā factis fore.
Ar. Solus solitudine ego te atq; ab egestate abstuli.

putamus operior : ut corrigit Pius : contra omnium codicū scripturam:& omnē bonum sensum. Quū intus non licitū est.i. posteaq̄ intus loq mihi uō licuit:quia me eiecit foras.& scribendum est quum: metri necessitate non: quoniam abūdaret enim pes unus uersui. Volam.pro uelim exponit Marcellus: locum hunc adducens.

VNum istoꝝ qdq; uerbum.Versus ē tetrameter brachicatalecticus.septem pedibus cōstans.In hac scena ostēditur lenæ calliditas: & Adolescētis amatoris incōstantia.

Clereta. Nomen lenæ est Clerett i.accōmodum uidelicet eius officium. Nā lenæ amatores bene nummatos sortiuntur cæteros uero languere irrita querimonia sinūt pro uestibulo. Eiusmodi enim sunt hodie artes muliebres:ut auro se & pudiciciam prostituant. κλῆρος græce dicitur sors.& κλήρόω sortior uersus autem scribi debet. Vnū istorum quodq; non unum quodq; istorum:quia pes unus abundaret.Est autem ordo loquente lena.Si quis emptor nunc ueniat:non posset auferre a me unum quodq; istorum uerborū a te prolatorum nummis philippeis aureis. Vnum istorum quodq;:pro unum quodq; istorum:ut sit unum quodq; uerbum istorum quæ dixisti.hoc sensu.Si quis emptor uenerit:non potest auferre a me unum quodq; istorum uerborum.i.singula ista uerba nummis philippeis aureis.i.totidem nummis phi.aureis. quot uerba protulisti. Hæc recte.ita habēt codices antiqui.& non Nec recte.hæc uerba:inquit lena:quæ tu recte.i.iure: & merito tamen in nos dicis:sunt argentum merum:quia scilicet hæc tua uerba te cogent inuenire: & numerare argentū nobis. Fixus hic nos apud ita scribi debet.metri necessitate.nō apud nos.quia abundaret pes unus.

Clauo strictione.& laqueo.quid sit clauus dictum est supra in amphitryone. Quantum poteris.ita scribē dum est.ex codicibus antiquis. Festina & fuge.i.nauiga.ita exponit Marcellus:hunc locum citans.Quā magis utitur metaphora a nauigantibus sumpta.Quo magis inquit a nobis abire:nosq; deserere tentabis: & uoles:tanto magis æstus.i.amorum feruor & impetus te referet in portum.idest in nostrā rediget potestatē.

Aestus. Aestus significat impetum maris;uel commotionem:ut inquit Marcellus:hunc adducens locum. Quam magis. ita habent codices antiqui:pro quanto magis. Referet reducet.& reportabit.& ita in codicibus antiquis scriptū

Portitores est.non refert:ut legunt Pius & Sarrace.interpretes. Ego pol istum portitorem.quia dixerat lena:in portum referet:respondet argyrippus perstans in metaphora.profecto ego priuabo istum portitorem portorio.i.te tuo isto quæstu meretricio.portitores ut Non.ait:appellantur:qui portum obsidentes omnia sciscitantur:ut uectigal accipiant.Cicero in officiis li.primo improbantur hi quæstus:qui in odia hominum incurrunt:ut portitorum:ut fœneratorum:unde Virgilius Charontem portitorem dixit:tanq̄ exactorem illatum pecuniaꝝ:quas ex superstitione ægyptiaca:uita functi ore ferunt.Plautus quoq; in Menehmis:portitorem inquit duxi domū:ita

portorium oēm mihi rem necesse ē loq:qcqd egi:atq; ago.Portoriū aūt:ut idē.Non.inqt dicitur merces:q̄ portitoribus datur.lucilius.facit idē quod illi:q inscriptū e portu exportāt clanculum:ne portorium dent. De me.& re mea. ita scribi debet:metri necessitate.non de me:& mea re.quia abundaret pes unus.hic sensus De cætero te tractabo:ut de me:& de re mea meruisti. Magis istuc. sensus est.tu quidem multa minaris nobis : sed plura dicis q̄ facturus sis. Solus solitudine.iocatur frequentius in uerbis Plautus.Ego inquit solus a solitudine & egestate te abstuli:hoc ē:quum sola esses & pauper:neminemq; haberes:qui te tolleret:ego solus te & sociatā & di-

uitem feci. Solus ſi ductem. Si ſolus ego puellam philenium ductarem. ideſt potirer: adhuc tu parē gratiā nō referres. Promiſſum habeto. hoc. ſ. ut tu ſolus ſemper ductes. Dum ſupes. dum uincas cæteros. Datis. lar gitionibus: & donis. ac pecunia. Qui moduſt dandi? ideſt quis finis. Virgilius. ſed quis erit modus. Et modus dicitur regimē: & moderatio. Teren. ſcias poſſe habere iam ipſum ſuæ uitæ modum. Moduſt autem pro modus eſt capitur. ut infra quoq;. quid modiſt: pro modi eſt. Modo quum accæpiſti. ita ſcribi cogit metri ratio. non modo quidē neq; modo quod: ut qdam habēt codices. nam ſuperabundaret pes unus: quod interpretes noſtri non uiderunt. Modus.

Solus ſi ductem: referre gratiam nunq̄ potes.
Le. Solus ductato: ſi ſemper ſolus quæ poſcam dabis.
Semper tibi promiſſum habeto hac lege: dum ſuperes datis.
Ar. Qui modum dandi? nam nunq̄ tu quidem expleri potes.
Modo quū accæpiſti: haud multopoſt aliquid qd poſcas paras.
Le. Quid modiſt? ductando: amando: nunq̄ne expleri potes?
Modo remiſiſti: continuo iam ut remittam ad te rogas.
Ar. Dedi æquidē quod mecū egiſti. Le. & tibi miſi ego mulierem.
Par pari datum hoſtimentū ſt: opera pro pecunia.
Ar. Male agis mecum. Le. quid me accuſas: ſi facio officium meum?
Nam neq; uſq̄ fictum: nec pictum: neq; ſcriptum in poematis:
Vbi lena bene agat: cum quiq̄ amante: quæ frugi eſſe uolt.
Ar. Mihi quidem te parcere æquum eſt tandem: ut tibi durem diu.
Le. Non tu ſcis quæ amanti parcet: eadem ſibi parcet parum.
Quaſi piſcis itidem eſt amator lenæ: neq̄ eſt niſi recens.
Is habet ſuccum: is ſuauitatem eum quouiſpacto condias.
Vel patinarium: uel aſſum uerſes quo pacto lubet.
Is dare uolt: is ſe aliquid poſci: nam ubi de pleno promitur
Neſcit quid det: quid damni faciat illi rei ſtudet.

Senſus eſt. nō tam cito aliqd a me accæpiſti: quum iam aliquid quod poſcas paras. hoc ē: nūq̄ expleta & cōtenta es. Quid modiſt? p qd modi eſt? ductando: amādo. Notatur a lena adoleſcētis incōtinētia: qui eā auariciæ taxauerat. Modo remiſiſti. ſ. mulierem ad me: a te retētam. ſ. noctes aut dies: pro libito. Et tibi miſi ego mulierem. ita ſcribendū eſt metri neceſſitate. non tibi ego miſi: quia uerſus abūdaret. Par pari datū hoſtimentum eſt. ideſt beneficii cōpenſatio: uel æquamentum. nam ſi pecuniā ad me miſiſti: & ego ad te miſi puellā. opera illius tibi reddita eſt pro pecunia. Marcellus: hoſtimentum eſt æquamē- Hoſtimentum.
tū. unde & hoſtes dicti ſunt: qui ex æqua cauſa pugnā adeunt. Plautus in aſinaria. par pari hoſtimentū datū eſt. opera pro pecunia. unde hoſtire ideſt æqua reddere. idē in eadē. qn pmitto tibi hoſtire cōtra: ut merueris. Hoſtire. Male agis mecū. inqt argyrippus. male te mecū geris. Officiū meū. qd eſt ut adoleſcētes amore captos: pecunia denudem. Nā neq; uſq̄ fictū: nec pictū. fingunt poetæ q̄ uolunt: qppe a uerbo græco ποιεῖν poetæ nomē deducitur: qd uerbum ſignificat. fingo. Pingo: ſcribo. facio. expſſit igitur oēm poematis ſignificatū. nullibi inqt: uel in ipſis poetaꝝ ſcriptis: in qbus multa etiā ficta cōperiūtur: fictū pictū uel ſcriptū cōperies: lenā tē bene agere cū aliquo amāte: quæ frugi & modeſta eſſe uelit. & rem: ſuā intelligendū eſt: nō amātis. Poematis q̄q̄ poema ſit tertiæ inflexionis: aduertendū tñ: ablatiuū pluralē poematis facere: nō poematibus: ut docet phocas grāmaticus.

Cum quiq̄. pro cum quoq̄ amāte. Parcere. parcere rebus meis uti. Mihi. amātis incōſtātia exprimitur etiā ex hoc: quum cupiat cum illa uitā agere: quā paulo ante perire maluerat. Non tu ſcis. & in hoc meretricum mos exprimitur. ignoras inquit lena: q; illa quæ amanti parcet: ſibi ipſi parum parcet. iocus eſt in duplici uerbi ſignificatione. parcere enim eſt ueniam dare: & parcere eſt ſeruare. Virgilius. parcere ſubiectis: & debellare ſuperbos. idem. argenti atq; Auri memoras quæ multa talenta natis parce tuis. hic ergo eſt ſenſus: quæ amanti parcet. i. ueniam dabit: ſibi parcet parum. i. ſibi parum cauebit: ſeruabitq;: quibus ipſa alatur. parcere etiam per trāſlationem omittere ſignificat. ut parce metu citherea. & parce pias ſcelerare manus. Parcere. Recens nomen eſt: ut frequens: decrepitus: aſtutus: togatus: palliatus: quæ quidem nomina ſunt: licet ſpeciem habeant participiorum ut inquit Seruius. & ſignificat nouum. nuperum. nouicium. interdum etiam aduerbialiter ſumitur: pro recenter. Recens. Plautus in captiuis. quid tu una nocte poſtulauiſti & die recens captum hominem. nuperum nouicium. Succum. humorem: ſaporem. Succus ut Donatus inquit: eſt humor in corpore: quo abundāt beneualētes. Virgi. Et ſuccus pecori: & lac ſubducitur agnis. Et dicitur ſuccus: quaſi ſugus: quē ex alimentis mēbra ſugāt: ut ſe repleāt. Et eſt ſuccus interior pinguedo mēbroꝝ. Terētius. Corpus ſolidum: & ſucci plenum. Succus. Suauitatem. uoluptatē. a ſuauio: quod uoluptatē ſignificat. Terē. o thais meum ſuauiū. Is amator. recēs. ſ. Patinariū. elixum. nā elixæ dapes & iurulētæ ponuntur in patinis: q̄ dictæ ſunt ab eo: q; pateāt. Aſſum. ad ignem torrefactum. dictum: ut ait Varro: ex eo q; aſſudet ex igne: ut diximus in noſtro uocabulario: quū de uocibus elixum: & aſſum tractauimus. Is dare uolt. is item amator. Et optime amantium mores deſcribit: q quum amant: cupiunt a ſe aliqd peti: qd dent. Is ſe aliqd poſci. is uult: ſe poſci aliqd. Neſcit qd det. ubi inqt de pleno promitur: neſcit

amator:quid det:ut faciunt:qui de pleno marsypio pecunias excipientes:sine discretione aut numero:donant. Et scribendũ est.Nescit qd det.nõ aut.Neq; ille scit quid det.abundaret enim pes unus uersui:nec sniæ rotũditas quadraret.quod interpretes lusci Pius & Sarrace.nõ uiderũt. Vult placere uult sese placere amicæ. Vult
Famulus. mihi.lenæ scilicet. Pedisequæ.ancillæ:quæ pedes domine seqtur eãq; comitatur. Vult famulis.seruis.Famuli nomen inquit festus:ab oscis originem habuisse:apud quos seruus famul uocabatur.unde & familia uocata.
Ancillæ. Et famulitas pro seruitute.ut Non.ait. Ancillis.ministris.Ancillæ.ut festus inquit:dictæ sunt ab Anco mar-

Volt placere sese amicæ:uolt mihi:uolt pedisequæ.
Volt famulis:uolt etiam ancillis:& quoq; catulo meo.
Subblanditur nouus amator:se ut quum uideat gaudeat.
Vera dico:ad suum quẽq; hominẽ quæstũ esse æquũ ẽ callidũ.
Ar. Perdidici isthæc esse uera damno cum magno meo.
Le. Si ecastor nunc habeas quod des:alia uerba perhibeas.
Nunc quia nihil habes:maledictis ductare eam postulas.
Ar. Non meum est.Le.nec meũ quidẽ ædepol ad te ut mittã gratis.
Verum ætatis atq; honoris gratia hoc fiet tui.
Quia nobis lucro fuisti potius q̃ decori tibi:
Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in manum:

Ancillari. tio rege:q in bello magnũ numerum fœminarũ cæpit:siue ideo sic appellãtur:q antiqui ancillari dicebant ministrare. unde & Non. Ancillantur p seruiũt dixisse autores ueteres scribit. Catulo. etiã Catello meo ingt callidissima lena: subblanditur nouus amator:nedum cæteris domesticis. Ad suũ quẽq; hoiem.Catholica snia.Aequum est:atq; decens:ut qlibet sit callidus:& sata gens:ad suum quæstũ quod qdem facit nouus amator:quum cupidus puella potiri:donat omnes familiares. Perdidici hæc omnia inquit uera esse pdidici meo cum magno damno.quia te:& tuos omnes familiares tot tantisq; donaui muneribus:ut iam omnia absumpserim. Si ecastor nunc habeas quod des.profecto inquit lena.ego te bene noui.Si enim haberes quod dares:alia uerba faceres mecum:nec maledictis puellam ductare postulares:sed blanditiis:& muneribus.Et scribi debet phibeas:ex codicibus antiquis:& sensus cõcinnitate.i.exhiberes. Maledictis ductare eã postulas.ita scribi debet.metri necessitate.non tu eã ductare:ut legũt Pius & Sarrace.interpretes. Nõ meũ est.nõ est mei moris:maledictis.s.puellã ductare uelle. Ve*: ætatis atq; honoris. ut callide subblanditur lena:ut ab amatore pecuniã surripiat.nam ætatis:& honoris illius rõnem habere se uelle ostendit:quũ pecuniis
Aetates in hoibus. & argento tantũ inhiet. Aetatis.ætates in hoibus quinq; Varro esse dixit.infantiã pueritiã.adolescentiam.iuuentutẽ.& Senectutem.ut in uocabulario nostro meminimus:Quæ singulæ etiã trifanam diuiduntur.in primam uidelicet.uiridem.& præcipitẽ.unde Mithridatem inquit Sallu.extrema pueritia regnum ingressum esse.
Aetas. Virgi.quoq;:sed cruda deo uiridisq; senectus dixit.Aetas præterea modo cẽtum annorum spacium cõplectitur: Ouidius.Annos uixi bis centum.nunc tertia ducitur ætas. Modo pro triginta annis.Cicero.Tertiam iam ætatem hoium uiuebat.aliquãdo pro uno anno tãtum.Varro.ætatem uix decimã ingressus.Aetate etiam:uel ætatem aduerbialiter pro diu:positum inuenimus apud Plautum.& alios.
Talẽtum. Duo talẽta.Talentum ut etiã in Amphitryone diximus uarii fuit ponderis:secundum uarias gentes:diuersæq; speciei: & materiæ. Sed Atticũ quod crebrius est:maius & minus fuit.Maius tribus & octoginta Assibus describitur:& triente:licet qdam octoginta tantũ assium dixerint fuisse.Minus uero assibus cõstat sexaginta.Et ita etiam apud romanos cõstitisse uidetur: quod quidẽ clare ostendit Plautus in Mostellaria:quum quadringinta:& octoginta minas in cõputũ duorum Talento* deducit Si qdem As.& Mina.& libra:idem sunt:ut infra paulopost dicemus. Talentũ aũt quod nũc Atticũ dicitur.ut Suidas inqt:apud Siculos antiqtus fuit mina* uigintiquattuor.postea tantũ duodecim. Vbi aũt homerus duo auri talenta ait:in ludis factis in funere patrocli patet aperte non fuisse æquale Talentum nostrum Talento antiquo*.nã primo uictori tripodẽ secundo libetem. Tertio æquũ.quarto duo auri Talenta tradita inquit.quod qdem uidetur minimũ quid fuisse.sed & apud ægyptios: Neapolitanos: Rhodios:atq; alias gentes uarium admodum fuit.Et Atticũ crebrius:atq; usitatius est. Verum ut semel clare intelligatur eius pon-
Põde* ordo:& noia. dus:De ponderibus hoc loco minutissime differemus. Omnium ponderum minimum est Siliqua:siue granũ. Siliquam enim fabam græcam nuncupamus:qua minutissima pondera signari solita sunt. Siliquæ sex scrupulum faciunt:quem & obolum dicunt.hunc nos pensum denarium appellamus:quæ ẽ uigesimaquarta pars unciæ.Scrupuli tres Drachmã faciunt:quæ est octaua pars unciæ.Sextula quattuor habet scrupulos:dicta ex eo:q sit sexta pars unciæ.Drachmæ duæ sicilicum faciunt:qui sex habet scrupullos.Duella sextulas duas habet:hoc ẽ scrupulos octo Semuncia mediã unciã signat:a semis:& uncia.uncia ab uno denominatur:q ex duodeci Assis partibus ea unica est.Sextans unciæ duæ:q sit sexta pars Assis.Quadrans unciæ tres:q sit quarta pars assis. hũc & Triunciũ:quasi tres uncias dicunt. Triens:unciæ quattuor:q sit tertia pars assis.Quincunx unciæ quinq;: q quinam unciam contineat.Semis:unciæ sex:quasi semias:idest dimidium assis. Eandem & Sembellam dicunt quasi semilibellam:libella enim diminutiuum a libra est.Septunx unciæ septem:a septem unciis dictus.Bes uel Des:unciæ octo:quasi dempto Triente ab asse.Dodrans uncie nouem:q quadrans sit demptus ab asse.hunc & Nouuncium:quasi nouem uncias dicunt:Dextans unciæ decem:quasi dempto sextante ab asse. Deunx unciæ.

undecim:q̃ dempta sit uncia ab Asse. As unciæ duodecim: ab ære dictum. hic & libra. & Mna a græcis & nostris As. q & li-
Mina interpositione .i. litteræ: dicitur. Eundem & pondus: siue pondo appellant. unde & unum pondus Assi bra: & Mi-
pondium nominatur q̃uis proprie pondo significet pondus duodecim librarum. Liuius Argenti pondo bina: na. & pōdo
& sex libras in militem præstaret. Mina igitur drachmis constat nonaginta sex apud romanos: apud atticos au- Mina.
tem centum. ut Diodorus & suidas aiunt. Vnde Talentum atticum minus: quod ut diximus est librarum sexa-
ginta: drachmarum continet sex milia. supra Assem est Dupondius .i. libræ duæ: a duobus ponderibus dictus. Dupōdius

Hanc noctem tibi: honoris causa: gratis dono dabo.
Ar. Quid si non est? Le. tibi non esse credam? illa alio ibit tamen.
Ar. Vbi quæ dedi ante? Le. abusa. nam si durarent mihi:
Mulier mitteretur ad te: nunq̃ quicq̃ poscerem.
Diem: aquam: solem: lunam: noctem: hæc argento non emo.
Cætera quæ uolumus uti: græca mercamur fide.
Quum a pistore panem petimus: uinum ex oenopolio:
Si aes habent: dant mercem. eadem nos disciplina utimur.
Semper oculatæ nostræ sunt manus: credunt quod uident.
Vetus est: nihili coaxatio. Ar. cuius? Le. non dico amplius.
Ar. Aliam nunc mihi orationem despoliato prædicas.

Sestertius: idest libræ Sestertius.
duæ & semis: dictus
q̃si semis tertius: hoc
est post duos Asses: se
quens tertio loco se-
mis. quia enim fiebat
ex duobus assibus: &
semisse: sestertium uo
cauerunt: hoc modo
scribentes. Tres- Tressis.
sis idest libræ tres: a tri
bus assibus: ut apud
persium Tressis aga-
so. Octussis quoq; : Octussis.
Nonussis: & Decussis Nonussis.
ab octo nouem & de- Decussis.
cē assibus dicti: octo
nouem: & decem as-
ses significāt. Decus-
sis autem Denarius etiam dictus est: quia constaret decem assium pondo. Bicessis uiginti asses significat: quasi Bicessis.
binos decusses continens. Tricessis triginta asses: a tribus decussibus. Centussis quoq; centum asses: qui erant Tricessis.
breues ex ære nummi. ut curto centusse licetur. Supra centussem maius æris uocabulum non habemus. Nā du- Centussis.
centos: trecentos: quadringentos ue quum dicimus: non magis asses: q̃ denarios: aut alios nummos significa-
mus. Hanc noctem tibi. Ita legendum est. metri ratione. non hanc tibi noctem. quia pes unus uersui deficce-
ret. Honoris causa. Lena improba atq; auara: & tantum pecuniæ inhians ait se honoris causa: & gratis: ac do
no mulierem daturam adolescenti: accepta pecunia. Tibi non esse credam? Scilicet pecuniam. & cum interro
gatione legendum est. Vbi quæ dedi ante. ita scribi debet. & tolli dictio illhæc: uti superfluens. metri necessita-
te. Abusa scilicet sum. hoc est cōsumpsi uel abusa .s. sunt a me: ut Non. exponere uidetur ingens Abusa abutē- Abussus.
do: uel in usum consumpta. & adducit hunc locum. iure consulti differre uolunt inter usum: & Abusum: quia
usus sit illarum rerum: quæ non pereunt nobis utentibus. Abusus autem ecōtra. Græca mercamur fide. idest Græci infi
tradito in manus prætio. Taxat hoc loco græcorum fidem fluxam: & instabilem: tanq̃ sæpius mentitam: & cui fi di.
dere cauet: qui sane sapit. propter quod quum aliquid mercantur: non nisi tradita & numerata pecunia admit-
tuntur. Vnde Cicero pro flacco: de eis sic ait. Hoc dico de toto genere græcorum. tribuo illis litteras. Do multa-
rum artium disciplinas. Non adimo sermonis leporem: ingeniorum acumen: Dicendi copiam. Deniq; si quam
sibi aliam assumunt non repugno. Testimoniorum religionem & fidem nunq̃ ista natio coluit. A pistore. Pistor.
pisores & pistores dicebantur apud antiquos: qui frumenta pisebant: hoc est tundebant: & qui etiam panes co-
quebant. Varro. Nec pisorem ullum nossent: nisi eum qui in pistrino piseret farinam. Oenopolio. Oenopo- Oenopo-
lium dicitur taberna uinaria: ab οἰνοσ uinum: & πωλέω uendo. & græce quoq; οἰνοπωλιον dicitur. Si æs lium.
habent: panem .s. & uinum uendentes: idest: si a me eis datur pecunia. Oculatæ. oculos habentes. inspectātes. Oculatus.
unde alibi: plus est oculatus testis unus: q̃ auriti decem. idest qui de auditu tantum dicant. Vetus est. scilicet
adagium. & prouerbium. Nihili coaxatio. ita quidem scribendum censemus omnino. & nō coactio: quod cer
te nullius esset boni sensus: quāq̃ omnes fere codices Coactio habeant: & non coaxatio. Sed non eo tamen sen-
su exponendum putamus: quo Pius interpres scripsit. hoc est. Ni hili coaxatio est. idest Conquæstio quæ fit post
damnum non est hili. dicens: quis ignorat: ni pro ne .i. pro nō negatione poni? Immo hūc sensum potius subeē
existimamus. Tua ista uerba: tuæq; huiusmodi querelæ: quum inquis: Quid si non est? Vbi quæ dedi ante? Male
agis mecum. nullius apud me sunt momenti. non aliter q̃ ranarū coaxatio: quēadmodū in prouerbio est. Erat. n.
prouerbium ut ex his uerbis elicitur: quū quis pgeret a quoq̃ petere: qd ille dare nollet: ut diceretur: nihili coaxa
tio .i. frustra petis: & odiose: ranarū coaxantium ritu. Coaxare. n. uerbū est ficticium a ranarū uoce deductū: quæ Coaxatio.
est. κοάξ. ut apud aristophanem poetā est uidere. in Comœdia: cui nomen sit Βάτραχοι & a uerbo ipso Coa-
xatio. Cuius? ita scribendum quoq; opinamur. & non: scis cuius: metri necessitate nā uersus nō cōsisteret. imo
abūdaret uno pede: si scis adderetur: & pterea: nullus rectus sensus esset. pponendaq; Argyrippi psonā illi dictio
ni Cuius autumamus: hoc sensu: Cuius coaxationē ais? ut īterrogatiue legatur. Cuius? Nō dico amplius. Et
hic pponendā lenæ personam putamus: ut sit respōsio ad uerbū illud cuius: ab argyrippo dictum. hæc aūt Pius
ille interpres: & Sarrace. itē nō intelligētes futiliter & pperā nugati sunt. Aliā nūc mihi. Sic incipit hic uersus.
metri rationē. aliter inquit nunc aduersum me loqueris: q̃ loq̃reris quū uobis dabā. nō enim blande & obsequose
nunc: ut tunc faciebas. qm̄ me despoliatum: enudatūq; penitus fecisti. Despoliato pecuniis & bonis exhausto.

Atq; olim q̃ alio tẽpore:iã elapso. Illiciebas.allectabas:blandis & benedicis uerbis. Illiciebas blãde ad te. ita scribendũ ẽ:metri necessitate.& nõ illiciebas me ad te blande. Arridebant.arridere & applaudere uidebantur. Me unice.ordo ẽ aiebas te atq; illã unice amare me unum ex oĩbus. Usq; eratis.assidue cõtinue. De industria.dedita opera.certo cõsilio.industrium quasi indestruũ dixerunt antiq:q quicqd ageret introstrueret: ut dicemus etiam in mostellana. Nõ tu scis.ridet lena ad ea quæ argyrippus dixit.ubi meretricum mores & quæstus patefiunt. Aucupii.Aucupiũ.& item Auceps ab auibus capiendis dicitur. Cõcinnauit.aptauit.cõposuit fecit. Necesse ẽ facere sumptum. Catholica sñia:q q̃rit lucrũ:hunc & sumptũ facere oportet. Itidẽ apud nos.non itidem hic apud nos.abũdat enim hic.metri rõne. Area est. Area ut festus ait : pprie dicitur locus uacuus:q̃si exaruerit:& nõ possit qc- q̃ generare. Et Varro similiter dictã ait: qa ardore arefit.Et per similitudinẽ in urbe loca pura areas dictas. Lectus illix. Lectus inquit meretricũ illix est.idest inuitator: allectator.Differt.n.inter illix:& illex.nã illix dicitur q illicit:siue allicit.Illex autẽ: q sine lege uiuit: quẽadmodũ & exlex.Plautus in penulo.Quid illi tantæ rei fuimus illix.Idẽ in persa. Iniure illex: hoc est uiuens sine lege:& sine iure.ita ingt Noñ. Vinula. delectabili:sensiloqua:illecebra.ita exponit Nonius:hunc locũ citãs. Nã quod Pius interpres audax. Marcelli codicẽ recõcilians: ut ipse ingt: legendũ p̃cipit: uaniloquũ:p sensiloquũ:in dictione uinulũ:temeritatẽ:& insulsitatẽ redolet genuinã.quũ p̃cipue:Pompeius quoq; in dictiõe uinulus sit scribat:uinulus dicitur molliter se gerens:& minime qd uiriliter faciens.hæc.n.interpretatio cum sensiloquo maiorem habet affinitatẽ q̃ cũ uaniloquo. Venustula.uenustũ:quod cum gratia quadam:& uenere dicitur.inde diminutiuũ fit uenustulus. Papillã.mãmã.papillæ:ut festus inquit Capita sunt mãmarum. dictæ q papullarum sunt similes. Pertractabit semel.Semel addendũ fuit.metri necessitate.aliter.n.uersus non consisteret. Haud est ab re.i.nõ est siue utilitate aucupis.perstatq; in metaphora iam cœpta. Sumere cũ licet sine retibus.idest habere eũ licet spontaneum:& uolentẽ.nõ coactum.neq; captum. Hæccine te esse oblitum.s. decet. Tua culpa isthæc:quæ discipulũ.ita scribi debet uersus.metri necessitate.nam aliter uersus superflueret.

De industria.
Industrius
Aucupiũ.
Area.
Illix.
Illex.
Vinulus.
Venustus.
Papillæ.

Longe aliam præbes inquã nunc:atq; olim quom dabam.
Aliam atq; olim quom illiciebas blande adte ac benedice.
Tum mihi ædes quoq; arridebant:quom ad te ueniebam tuæ.
Me unice unum ex omnibus te atq; illam amare aiebas mihi.
Ubi quid dederam:quasi columbæ pulli in ore ambæ meo
Usq; eratis.meo de studio studia erant uostra omnia.
Usq; adhærebatis:quod ego iusseram:quod uolueram:
Faciebatis:quod nolebam ac uetueram:de industria
Fugiebatis:neq; conari id facere audiebatis prius.
Nunc neq; quid uelim:neq; nolim facitis magni pessimæ.
Le. Non tu scis?hic noster quæstus aucupii simillimus est.
Auceps quando concinnauit aream:effundit cibum.aues
Assuescunt:necesse ẽ facere sumptum.qui quærit lucrum.
Sæpe edunt:semel si sunt captæ:rem soluunt aucupi.
Itidem apud nos:ædis nobis area est:auceps sum ego.
Esca ẽ meretrix.lectus illix ẽ:amatores aues.
Bene salutando consuescunt:compellando blanditer.
Osculando oratione uinula uenustula.
Si papillam pertractabit semel:haud ẽ ab re aucupis.
Suauium si sumpsit:sumere eum licet sine retibus.
Hæccine te esse oblitum:in ludo qui fuisti tam diu?
Ar. Culpa tua isthæc:quæ discipulum semidoctum abste amoues.
Le. Remeato audacter mercedem si eris nactus:nunc abi.
Ar. Mane:mane:audi:dic quid me æquum censes tibi dare:
Annum hunc ne cum quiq̃ alio sit.Le.tu.ne?uiginti minas:
Atq; ea lege:si alius ad me prius attulerit:tu uale.

Abste amoues.ita scribi debet.& metri necessitate.& ex codicibus antiquis.nõ semoues:qa uersus supflueret: quæ qdem Pius & Sarrace.nõ uiderunt. Mercedẽ si eris nactus.i.si pecuniã inueneris quã mihi uti magistræ tuæ dinumeres. Mane mane.reuocat adolescens abeuntẽ uel abire potius simulantẽ lenam quo illum rei uetitæ cupidiorẽ faceret. Quid me æquũ censes tibi dare?Ita scribẽdum est:metri necessitate:& non pro illa tibi dare.abundant enim illa duo uerba:pro illa. Quiquã.pro quoquam. Tu ne?hoc dictum est a lena:dũ interim cogitat:quantum petere ab eo debet. Viginti minas.hoc est:quod excogitauit sibi dari debere. Atq; ea lege.atq; hoc pacto inquit lena polliceor tibi:me puellam daturam:ut si has ad me uiginti minas:alius prius afferat tu ualeas.idest repulsus discedas.Nam quod nugatur Pius:post dictionem illam tu:substituẽdam esse in-

terrogationem:ut argyrippus loquatur ante hoc uerbum uale:insulsum ē:& delirum. At ego etiā priusq̄ abis uolo loqui.ita scribi debet uersus:metri necessitate.abundat.n.est:& quod.Lena quum legem adolescenti totā pe.scripsisset.in uerbo illo uale:ostendit etiā se uelle abire:propterea iterū ab illo reuocata est dicēte se etiā uelle loqui anteq̄ discederet. Quod peream magis.i.ppter quod magis adhuc pereā. Vt scire possis.ut scire queas. possis,enim hoc loco gemino.ss.scribendum est. Castrabo uiros.hoc uerbo usus est Varro:inquiens Castrare Castrare. oportet agnum non minorē quinq; mensium.Nec placet:q Pius inquit:scribendū esse Viro:pro uirilitate:quū

Ar. At ego etiam priusq̄ abis:uolo loqui,Le.dic quod lubet.
Ar. Non omnino iam perii:est reliquum quod peream magis.
Habeo unde istuc tibi quod poscis dem:sed in leges meas
Dabo:ut scire possis perpetuum annum hunc mihi uti seruiat.
Nec quenq̄ interea alium admittat prorsusq̄ me ad se uirum.
Le. Q uin si tu uoles:domi serui qui sunt castrabo uiros.
Postremo ut uoles nos esse:syngrapham facito afferas:
Vt uoles:ut tibi lubebit:nobis legem imponito.
Modo tecum una argentum afferto:facile patiar cætera.
Ar. Portitorum simillimæ sunt ianuæ lenoniæ:
Si affers:tum patent.si non est quod des:ædes non patent:
Interii si non ego inuenio illas uiginti minas.
Et profecto nisi illud perdo argentum:pereundum est mihi.
Nunc pergam ad forum:atq; experiar opibus:omni copia.
Supplicabo exobsecrabo:ut quenq; amicum uidero.
Dignos indignos adire:atq; experire certum est mihi.
Nam si mutuas non potero:certum est sumam fœnore.

Litanus.


Ercle uero litane nunc te meliust expergiscier.
Atq; huic argento comparando fingere fallaciam.
Iā diu factū ē quom discesti ab hero:atq; abiisti ad for:
Igitur inueniundo argento ut fingeres fallaciam.

nullibi id copertū ab illo existimemus:etiā q Nonius pro uirtute naturali uiro a lucilio dictum referat:eo carmine: Cōceptasq; suo seruare & perdere uiro. Nā p'autum uiros scripsisse cēsemus hoc loco: ut referret ad illud quod argyrippus dictat:nec quēq̄ interea alium admittat prorsus q̄ me ad se uirū. Syngrapham. Syngrapha scripturam: chirographum.in quo couentiōes & pacta cōsignamus:qbus utraq; pars stare possit. Dicimus autē.Syngraphus: syn Syngraphus. grapha:& syngraphū. masculino: fœminino:& neutro genere. Syngraphū Asconius differre inquit inter syngrapha & chirographa:q i chirographis tātum quæ Chirographa. gesta sunt scribi solēt. In syngraphis uero ēt cōtra fidem grauitatis pactio uenit:& nō numerata pecunia. Varro. Syngrapha inquit cautio est p cōtrahentiū scripturā facta. Chirographariū quoq; debitorē iurecōsultus appellat eū:qui se proprio Chirographarius debitor. chirographo obligauit. Modo tecū una.meretricū ex hoc auaricia ostenditur:quæ ppter pecuniā oia pati paratæ sunt. Lenoniæ.Lenonū:& lenæ. Si nō est quod des.iuxta illud Ouidii.si nihil attuleris ibis homere foras. Si nō ego inuenio.ita scribi oportet uersum:metri necessitate.nō si nō inuenio ego:quia abundaret syllaba una. Nisi illud pdo argentum.Sensus est.uolo pdere oino illud argentum potius:q̄ amore discruciare.& perire.Et bene pdere uelle se dixit.quū id pfecto totum pdatur:qd meretricibus cōdonatur. Opibus. idest nixu omni. Omni copia.totis uiribus. Experire. p experiri.utitur sæpe Plautus contrario genere uerborū.

Mutuas nō potero.s.habere pecunias.Mutuamus aūt:q̄ nō eadē redduntur:ut uinū;pecuniā.quū autem eadem reddūtur:ut libros:uestes:cōmodare dicamus. Mutuare. Commodare. Fœnore.Quicquid supra sortem accedit:fœnus dicitur: a fœtu uel fœtura sicut etiam apud græcos a τίκτω:quod significat pario:τόκος fit.i.fœnus.quod corrupto uocabulo:nostri lingua uernacula præposito.σ.stochum dicunt. Fœnus.


Ercle uero litane. Tetrameter brachicatalecticus est hic quoq; uersus.septem constans pedibus:ut superioris.scenæ.In hac litanus seruus introducitur seipsum tarditatis damnās:atq; excitans:ad cōquirendū per fallaciam argentum:herili filio pro comparanda amica dinumerandū. Nūc te meliust expergiscier.i.nūc te melius est somnum atq; ociū abiicere.Et ita scribendus est uersus:ex antiqs codicibus:& sententiæ concinnitate.non autem non te melius uelle expergiscier.ut scribit & corrigit indoctus ille Pius interpres:contra antiquorum codicum litteram:& uersus quoq; rationem.nam si uelle scribatur:abundat pes unus.Nec etiam scribendum est uel:ut legit Sarracenus alter ignarus commentator:eadem carminis ratione. Atq; huic argento addendum fuit huic:metri necessitate.nam pes unus uersui deficeret.nisi legeremus fingere non fallaciam:ut legit & interpretatur insulsus ille Pius.dicens interrogatiue non positum:quomodo & apud alios usurpatum deprehendi.quæ quidem lectio prorsus eiicienda est. Igitur inueniundo argento.igitur positum est pro ea causa:iccirco.non pro deinde.ut quidam uolunt. Igitur.

Ocium. Ocio. Vacationẽ a laboribus ociũ dicimus. & pro studio litteraꝝ sumitur: q̄a qui litteris operã dant uacare
Ociosus. debent a negociis oĩbus: ideo a Terentio ociosus securus dicitur ibi. Animo nũc ocioso esse impero eo ꝙ nisi q
Secordia. securus sit ociosus esse nõ possit. Secordiã ignauiã. Secordiã inquit Festus: quidã pro ignauia posuerũt. Ca-
Segnicies. to pro stulticia posuit. Cõpositũ autẽ uidetur ex se: quod est sine: & corde. Secordiã a segnicie quidã in eo differ
re aiunt: ꝙ segnicies ad agendum: Secordia ad cõsulendum dicatur. Segnis autẽ inutilis & infœcundus dicitur.
Virg. Segnisq̃ horreret in aruis carduus. segnitatem etiã pro segnicie dixit Cicero. & q̃m de ĩpudentia diximus:
Segnitas. castigemus segnitatẽ.

Quin tu. Quin ad hortãtis hoc loco est.
Te recipis. i. te recipe. indicatiuus p̄ imperatiuo est.
Ingenium. Ingeniũ. naturã institutũ. Virgi. nũc locus aruorũ ingeniis.
Vetus. Vetus. nõ solum ad tempus: atq̃ ad laudẽ refertur. sed etiam ad uituperationẽ: ut apud Terentiũ. ueteris poetæ maledictis.
Veterator. hic ueterator: fraudator: insidiator: callidus.
Versutus. Versutum dolosum: fallax. Versuti dicũtur: ut inquit Festus: quoꝝ mentes crebro ad maliciã uertuntur.
Interuertere. Interuortã. i. decipiam. fraudabo.

Ibi tu ad hoc diei tempus dormitasti in ocio.
Quin tu secordiam omnem abs te reiice: & segniciem amoue.
Atq̃ ad ingenium uetus uersutum te recipis tuum.
Serua herum: caue tu idem faxis: alii quod serui solent.
Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.
Vnde sumam? quẽ interuortam? quo hanc celocem conferam?
Impetritum: inauguratũst: quouis admittunt aues.
Picus & cornix est ab leua: coruos porro ab dextera.
Consuadent. certum herclest uestram consequi sententiam.
Sed quid hoc quod picus ulmum tondit? haud temerariunst?
Certe hercle ego quantum ex augurio auspicii intelligo:
Aut mihi in mundo sunt uirgæ: aut atriensi sauriæ.
Sed quid illuc: ꝙ exanimatus currit huc leonida?
Metuo illic obscoenauit meæ falsæ fallaciæ.

suppilabo. interuertere: uel interuortere mõ antiquo dictũ: significat ꝓpriẽ rẽ aut cõmodatã: aut creditã callide
dolosèq̃ ne dño restituatur efficere. hinc ꝑclanculũ & astute ab aliquo aliqd surripe capitur. Quo hãc celocẽ
Celox. cõferã. i. quẽ in portũ nauim hanc: hoc ẽ rẽ & negociũ hoc traducã. usus ẽ. n. trãslatiõe. Celox inqt Marcellus: na
uigiũ ẽ breue. dictũ a Celeritudine. Plautus in asinaria. unde summã? quẽ interuortã? quo hãc celocẽ cõferã? Idẽ
Impetritũ. in captiuis: uidi in captiua celoce. Impetritũ inauguratũst. Impetritũ p̄ impetrato poni festus docet. Inaugu-
Inaugurari rari aũt est auguria sumere. porro auguriorũ duæ erãt spẽs ut Seruius inqt. aut. n. oblatiua erãt auguria i. q̃ offe
Auguriorũ rebãtur nõ petẽti ut apud Virg. Gemnæ quũ forte colũbæ ipsa sub ora uiri cælo uenere uolãtes. Aut impetrati-
duæ spẽs. ua: idest quæ optata ueniũt: de q̄bus Plynius libro. xxviii. naturalis hi. ꝓterea alia sunt uerba impetrãtis alia de-
pulsoris: alia cõmendatiõis. &c. hic igitur sensus est: ut nos censemus: Impetritũ inauguratũst. idest: id ꝓpter qd
inaugurati sumus impetratũ est. hoc est: quod cupiebamus impetrabimus: consequemurq̃ ac p̄ impetrato ha
bemus. Quo uis admittũt aues. idest in quẽuis locũ: ꝓstat. n. in translationẽ inaugurantiũ. idest ꝑmittitur no
bis desideriũ & uotũ nostrũ undecũq̃. Picus & cornix ẽ ab leua: coruus porro ab dextera. Quæ oĩa pro bono
omine habebantur. Cicero in libro de diuinatione. Quid habet Aruspex cur pulmo incisus: & in bouis extis diri
mat tẽpus: & ꝓferat dicit? Quid Augur: cur dextra coruus: ac sinistra Cornix faciat ratũ? Virgi. quoq̃: sæpe sini-
stra caua monuisset ab ilice cornix. hanc gentiliũ leuitatem irridet Varro: inquiens: Deos ociosos: & feriatos fo
re: si sua cõsilia Corniculæ crederent: aut coruo: hoĩbus indicanda. Certũ hercle est. idest ita prorsus institui &
Picus. decreui: uos sequi, o aues mihi ꝓspere. Picus ulmum tundit. i. fecit. Vernacula quoq̃ lingua picare dicũt. pro
Picunnus. tundere. & ferirẽ. uel batuere. a pico. s. cuius natura est rostro arbores tundere. Hic etiã picunnus appellatur De
quo Nonius. hæc refert inter cætera. Picunnus. auis est marti dedicata: quã picam: uel picũ uocat. & deus q̃ satris
romanis adhibetur. Emulius macer in theogonia. & nũc agrestes inter picunnus habetur. Haud temerarium
est. i. nõ ab re: & sine causa est Plautus in Aulu. Nõ temere est: ꝙ coruos cantat mihi nũc ab leua manu. Et ita scri
bi debet: ex codicibus antiq̃s: & suiæ cõcinnitate. nõ At temerariũ est: ut garrit Pius scribẽdũ eẽ Marcelli testimo-
Temerariũ nio. nã id falsum est. quũ in marcelli quoq̃ codice haud scriptũ sit: nõ at. uerũ quia Marcellus ipse Temerarium
hoc loco p̄ metuẽdũ & sollicitũ exponit: uidetur fortasse legi debere interrogatiue. haud temerariũst? idest nõne
hoc metuendũ: & sollicitudine plenũ est? Ex augurio auspicii. auguriũ dicitur ab auiũ garritu: & Auspiciũ ab
auiũ inspectiõe. unde fere idẽ significare uidẽtur. sed hoc loco augurio p̄ diuinatiõe: & quadã ueluti scientia acci
In mundo tur. ut sit sensus: quãtũ cõiectari & diuinare possum ꝓpter hãc auiũ inspectionẽ pici. s. Cornicis & corui. In
esse. mũdo sunt. i. paratæ sunt. In mũdo esse dicebãt antiq̃: quũ aliqd in ꝓmptu esset. hic sensus: q̃ntũ ego ex auspicio
Exanimatus. diuinare possum: futuꝝ ẽ: ut uel ego uirgis cedar. uel atriensis sauria. nã si ego illũ decipiã: ab eoq̃ pecuniã au-
fer. i: ille ab hera cedetur. Si uero nõ hoc egero: argyrippus filius me cedet. Sed quid illuc. p̄ qd illud est. Exa
Exanimis. nimatus perturbatus. attonitus. aio perculsu. exanimis aũt: uel exanimus mortuũ significat. Virgi. Exanimumq̃
Obscœnauit. auro corpus uendebat achilles. Illic. i. ille leonida. Obscœnauit. i. malũ omen attulit. Ita exponit Nõ. locũ
hũc adducẽs, sed mendũ ita ex marcelli codice tollẽdũ est. Obscœnauit: quasi cœnũ: malũ omen attulit. Plautus

in asinaria. Metuo illic obscœnauit meæ falsæ fallaciæ. Scribendúq; censemus obscœnauit: & obscœnum per. b.
Vel ex his Prisciani uerbis. ob quoq; ē qñ assumit. s. quū cōponitur cū dictióibus a. c. incipientibus. ut obscurus:
obscœnus. Et alibi inqt. obscœnus ab obs & canēdo: uel cœno. Nec ignoramus quosdam absq; b. scriptitare: Obscoenū
oscœnus: & oscœnare: & oscoena uerba: atq; ab oscis deflectere: apud quos fuit creber usus libidinū. unde ꝓfluit
illud prisci poetæ: osce & uolsce loqtur. latine nescit. Obscoenū aūt significat immundū: uitabile: & maledicum:
ut Nonius ait. Tollēda aūt fuit dictio illa q̄ uel qd. uti supstuēs: metri necessitate: & sentētiæ cōgruitate. Falsæ
fallaciæ. i. deceptæ: & uanæ: quia metuo: ne fallaciā cui inhiabam trāsigere nequeā: & ad optatū finē deducere. & sic ego cum fallacia quā in aío habebā fal sus remaneam.

Leonida. Litanus. Serui duo.

Le. Bi ego nunc litanum requiram: aut familiarem filium:
Vt ego illos lubentiores faciam q̄ lubentia st?
Maximam prædam & triū̃phū eis adfero aduentu meo.
Quando mecum pariter potant: pariter scortari solent.
Hanc quidem quam nactus prædam pariter cū illis partiam.
Li. Illic homo ædis compilauit si more fecit suo.
Væ illi qui tam indiligenter obseruauit ianuam.
Le. Aetatem uelim seruire: litanum ut conueniam modo.
Li. Mea quidem hercle opera liber nunq̄ fies ocius.
Le. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo.
Li. Largitur peculium omne: in tergo thesaurum gerit.
Le. Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit.
Nunq̄ ædepol indipiscet quadrigis albis postea.

Vbi ego nūc litanū regrā. Idē ē genus carminis huius scenæ cū superiore. tetrame trū s. brachicatalecti-cū: septē pedibus cōstās. introducitur primo leonida seruus: litanū seruum altoꝶ re-grēs. & deinde litanus ipse illi aduenïens ex uoto. atq; amboꝶ machinamētum: circa pecuniæ inuentionē argyrippo herili filio nu
meráde. cum seruile ingenium: fallax: v̄bosum: & ad oē facinus ꝓcliuū describitur. Familiaré filiū. argyrippū Familia:
itelligit. Nā familia antea: ut sestus inqt: in liberis hoibus dicebatur: quoꝶ dux & princeps generis uocabatur pa
ter & mater familiæ. uñ familiæ nobiliū pōpilioꝶ: ualerioꝶ. Cornelioꝶ. & familiares ex eadē familia. postea hoc Familiaris
noie famuli etiā appellati coepunt ꝑmutata. i. in. u. littera. Lubētiores q̄ lubētia ē. i. lætiores ipsa lætícia lube n
tia. n. accipiebatur ꝓ dea Cupidinis & uoluptatis: quā & lubētinā uenerē nūcupabāt: ut inqt Cice. lib. ii. de natu Lubentia.
ra deoꝶ. lubētiæ quoq; ꝓ dulcioribus animi: & geniali mētis iocūditate capiūtur a gellio: his uerbis: Nā cui lubē
tiæ gratiæq; oēs cōuiuioꝶ incognitæ sint: quiq; illaꝶ oíno expers sit: si eū forte ad participandas eiusmodi uolu
ptates aut uoluntas tulerit: aut casus induxerit: aut necessitas cōpulerit: deleniri plærūq; & capi. Vnde Ad lube- Ad lubesce
scere Apuleio est gratiis & lepore eloquii de multū applicari mente: & inhærere: Maximā ꝓdam. quia ipse iam re.
ꝑ facto habebat qd cogitauerat: de intercipiēda pecunia a mercatore asinoꝶ. Scortari. meretricari. Quā na
ctus supple sum. Partiā. Dicimus partio: & partior: ut multa alia id genus. Virgi. & socios partitur in oēs. Sal- Partio. &
lustius. prouincias inter se partiuerāt. Illic homo. litanus audiēs leonidā dicētē: maximā ꝓdā affero: inqt. hic partior.
leonida ut opinor: ædes cōpilauit: ut etiā solitus ē. hoc est furatus fuit ex ædibus cuiuspiā aliqd. Si more fecit
suo. i. si se gessit: ut cōsueuit. Et ita scribēdum ē: metri necessitate. nō more si fecit suo. nam pes unus abundaret.
Væ illi. ianitori. s. nam ei incumbunt ab hero suo cruciatus. Aetatem. i. diu. & ueluti seculum. ita exponit Aetatem.
Nonius hunc locum citans. Liber nunq̄ fies ocius. Nunq̄ inquit litanus: ego tibi causa fuero: ne seruias. hoc
est faciam ut me conuenias: ut seruire diutius possis: quandoquidem ita te obtulisti. Prægnantis. hoc est tumi
das & prominentes: uel magnas & crassas: ut solent ꝓgnantium uteri apparere. Largitur peculium omne. i.
quicquid possidet: & proprium habet. nā serui nihil proprium habere uidētur: nisi tergum: quod eis sæpius mul
ctis uerberibus ceditur. Peculium ꝓprie significat rē: q̄ nō in pecunia numerata cōsistit: sed uel in solo: uel in cor Peculium.
poribus: uel in suppellectile: nostro labore & idustria partum: & a nobis ipsis lucrefactum. Cice. an eoꝶ seruitus
dubia est: q cupiditate peculii nullā conditionē recusant durissimæ seruitutis. Peculiū inqt seruius: patrimoniū
est. ita. n. maiores dicebāt: a pecoribus: in qbus eoꝶ cōstabat uniuersa substātia. uñ etiā pecunia dicta est a pecu
lio. Et ꝓprie tñ seruorū peculiū dicimus. licet abusiue ꝓ patrimonio. inde aūt fit peculiaris. qd ꝓprie significat Peculiaris.
rē ad peculiū ꝑtinētē. sed usu iā receptum ē: ut ꝓ ꝓprio: siue spāli & ꝓcipuo ponatur. & peculiariter. i. peculialit: Peculiari-
& ꝓcipue. In tergo thesauꝶ gerit. i. peculiū illud oē: qd uti seruus hēt: i tergo gerit: qñ ut diximus nihil aliud ꝓ- ter.
priū: q̄ v̄bera serui hñt: q̄ ut plurimum in tergo recipiunt. Huic occasiói. huic cōmoditati: quæ oportune & cō-
mode ꝓponitur. Tēpus se subterduxerit. scribēdū est sc simplex. nō sese duplicatum: ut legunt interpretes no
stri: qa uersus abundaret uno pede. sensus est. nam si occasionē hanc temporis oblatā amittet. Nunq̄ ædepol
indipiscet: quadrigis albis postea. ita scribi oportet uersum: ut metrica ratione substet. nam si indipiscet uer-
bum penultimo loco scribatur: ut fere scriptum erat: abundat pes unus uersui. hic sensus: quantumcunq; stu-
dii & sollertiæ impenderit post amissam hác occasionē: nunq̄ amplius eādē assequi poterit. Quadrigis albis. Quadrigis
Pius interpres hoc loco multa fabulatur: de quattuor factionibus: quæ apud priscos essent: ueneta. s. prasina: al- albis.

Qui patroná.linguá.s.quæ plærúq eú tutata sit:multis mẽdaciis:& dolis cõfictis:ne uerberaretur:nõ aliter
ꝙ patronus clientẽ tutari cõsuenit. Comprimat.ambiguo uerbo usus est:& amphibolo.nam & Comprimere Cõprimere
est cohercere.& inire:ut trahi possit in eú sensum:ꝙ herá suam & patroná cõprimeret:hoc est:cú ea rem haberet.
de quo uerbo & in amphitryone diximus. Peierat.falso iurat.peierare est iuramentú infringere:uel contra iu peierat.
ramentú facere.unde periurus.& peieratus.Hor.ulla si iuris tibi peierati. Ne post tẽpus:prædæ præsidiú parẽ. Præsidium
translatio est ab iis qui quú in alienos agros prædandi gratia irrúpunt:præde præsidium parant:ut tuto abduci

Li. Aedepol hominem infelicem:qui patronam comprimat.
Nam si quid scelestе fecit:lingua pro illo peierat.
Le. Approperabo:ne post tempus prædae præsidium parem.
Li. Quæ illæc præda est? ibo aduorsum:atq; electabo quicquid est.
Iubeo te saluere uoce summa quoad uires ualent.
Le. Gymnasium flagri:salueto.Li.quid ais custos carceris?
Le. O catenarum colone.Li.o uirgarum lasciuia.
Le. Quot pondo te esse censes nudum? Li.non ædepol scio.
Le. Scibam ego te nescire:at pol ego qui te expendi scio.
Nudus uinctus centum pondo es:quando pendes per pedes.
Li. Quo argumento istuc? Le.ego dicá quo argumẽto & quo mõ.
Ad pedes quando alligatus es:æquum centupondium.
Vbi manus manicæ complexæ sunt:atq; adductæ ad trabem:
Nec dependis nec propendis:quin malus nequãq; sis.

possit:ne supuenıẽtes
agricolæ prædá uẽdi
cent. præsidiú inquit
Varro ab eo dictú:ꝙ
extra castra ꝓsidebant
i loco aliquo:quo tu-
tior eẽt regio.hic sen-
sus.nolle se diutius cú
ctari:ut rei pro tẽpore
occurrere & consulere
possit. Electabo.eli
ciam. Gymnasium.
In cuius tergo flagella
exercentur:quẽadmo-
dú in gymnasiis exer-
ceri gymnastici solẽt.
Sic alibi dixit.ulmorũ
acherons.& infra:ca-
tenarũ colone. Cu-
stos carceris.passiue p
latum inquit Pius cu
stos:pro:q in carcere
custodiris:id qd nul-
libi auditum putamus.Cur.n.non custos carceris actiue potius:ut nomẽ significat.i.q sic solitus sis sæpius in
carcerẽ conici:ut ueluti illius custos uidearis?iuxta illud i captiuis:Quid cessatis cõpedes currere ad me:meaq;
amplecti crura:ut uos custodiá? O catenarũ colone.i.q ita catenis uinciri & circúdari solitus es:ut earú colo-
nus:atq; habitator uideri possis:quẽadmodú coloni oppidorũ:uel agrorú.Nam quod Pius iterú obloquitur. in
probis exẽplaribus scriptú eẽ colonia:ut sit sensus:in quẽ catenæ:ueluti in coloniá colonarii traducútur. neutiꝗ
probamus.ná & exẽplaria oía habẽt Colone.nõ colonia.& sensus cõgruitati magis cõuenit:ut catenæ ueluti op
pidú sint:in quod ipse freqnẽtius deducatur.nõ.n.catenæ in hoíes.sed hoíes in catenas coniiciútur. Lasciuia.
petulantia:in quo uirgæ lasciuiút:quum tergú tuú uerberát:nõ aliter ꝙ uituli atq; hedi lasciuire præ nimia mol-
licie & intemperátia solent. Quod pondo.Mirifice ingenium & naturá seruilem exprimit:qui inania multa:
insulsa:& uerbosa profundunt. Quot pondo.quot librarú. Expendi libraui.ac si diceret:qui te uinctú:iu s-
su herili:sæpe in altú pedibus fune alligatis:appendi alicui arbori:uel ligno:ut sic pendens uerberareris. Quá pendere.
do pendes per pedes.pendere proprie est suspensum eẽ:tractú a pẽnis auiú.Virgi.Dependent lychni laquearibus
aureis.hinc per metaphorá pendere pro sustentari accipitur.Ouidius.pendet & a uestra nostra salute salus.Item
pendere dicitur:qui nimio desiderio alicui rei intẽtus cessat ab omni alio opere:& ad unum sollicitus expectat.
Virg.pendetq; iterú narrantis ab ore.Idẽ.dum cõsulta petis:nostroq; in limine pendes.unde pendere pro dubi-
tare accipimus.Seneca.pendet animus:& in diuersa trahitur.item pro cessare.Virgi.pendent opera interrupta: Dependeo
minæq; murorum ingentes.Ab hoc fit dependeo:quod modo est:ex aliquo pendeo.modo sustẽtor.Cicero.om Pendo.
nis enim illorum salus:a nostra salute dependebat.Et pendo:quod proprie significat pondero.quoniá quæ põ-
derãtur ex libra pendent.Et ꝑ translationem:æstimo.unde magnipendo paruipendo & cætera.i.magni & parui
æstimo. Centupondium.substátiuú est.sicut dupondium.assipondium.i.centum libræ.nam quod Pius ob- Centupondium.
loquitur:de intercutanea quadam eruditione:quæ subsit huic ioco.hoc est ꝙ Plautus hic rusticanum consequẽ
ter instrumentum signet:non numerum centum pondo:nugæ illius consuetæ uidentur.& laruæ. Manicæ. Manicæ.
manuum uincula:ut pedicæ pedum.ordo est:ubi manicæ complexæ sunt manus.non ubi manus complexæ.i.
alligatæ sunt manicæ.i.uinculo.ut quidam ignari exponunt.nam manicæ & pedicæ pluraliter tantum flectun-
tur.& participium complexæ significationẽ actiuam non passiuam retinet & actiuú:non datiuú exigit. Atq;
adductæ ad trabẽ.manicæ.s.& laquei:non manus:ut putarunt illi opici magistri. Nec dependes:nec propen-
des.ita scribi debet prorsus:nisi grammaticæ iniuriam factam uelimus.nam si dependis & propendis scribas:ut
fere habent codices:nullum bonum sensum elicias.Si autem depẽdes & propẽdes:hoc significat:neq; deorsum
neq; prorsum pendes:hoc est:nihil deest. Quin malus nequáq; sis.Quin sis improbus:& nihili.Neqná inde-
clinabile nomen est:& omnis generis:quod apud ueteres significabat nullius ꝑtii.& quod ne tanti quidẽ erat:
ꝙ qd habetur minimi.postea inualuit:ut denotaret hominẽ lasciuum:ac libidinosum.unde aurú nequá appel-
latur:quia hominẽ trahit ad malum.& nequitia lasciuia:& libidinosa illecebra:siue ut Aul gellius sentit:luxus Nequá.
nitæ prodigus multi tamen nequitiá pro sollertia & astutia accipiunt.Mar.neqtiam tellus nõ habet ulla magis. Nequitia.

Testamento hoc legauit seruitus tibi. ita scribendum censemus: metri necessitate. nam aliter uersus non constaret: sed pes unus deficeret. Est autem scribendum legauit: non legat: eadem metri necessitate. quin etiam ex codicibus antiquis: in quibus legatur pro legauit perperā scriptum erat. Hic sensus. Seruitus legauit tibi hoc. s. uę: testamento. hoc est: hoc ue tibi a seruitute est hæreditariū: quia qui serui sunt: semp habent quid doleāt. Verbis uelitationem fieri cōpendio uolo. Volo inquit: ut corripiamus uerbo2 cōcertationē. Velitatio ingt Marcellus: dicitur leuis contentio: dicta ex cōgressione uelitū. Plautus in asinaria. uerbis uelitationē fieri cōpendio uolo. idem ī menæchmis. Nescio qd uos uelitati estis iter uos duos.

Volitatio.

Cōpēdiū. Compendio. breuitate. Compendiū dicitur: quod parsimonia quadā seruamus. aliquādo pro utilitate & lucro ponitur. Tibullus. Nec uagus ignotis repentens Compēdia terris presserat externa nauita merce ratē. Aliquādo pro breuitate unde Compendiosum dicitur breue: q ea quæ simul pēdūtur celerius expediantur. & ita capitur hoc loco. impēdiū autē ex pēsā significat. Certū est credere. Cōstitui (ingt) tibi: ac fidei tuæ cōmittere oīa. Et sic p sequitur sermonē suū leonida: usq ad eum uersū. Ergo mirabar.

Impendiū.

Li. Væ tibi. Le. testamento hoc legauit seruitus tibi.
Li. Verbis uelitationem fieri compendio uolo.
Li. Quid istuc negocii est? Le. certū est credere. audacter licet.
Amanti subuenire familiari filio.
Tantum boni adest de improuiso: uerum commistum malo.
Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies.
Litane nunc audacia usus est nobis inuenta & dolis.
Tantum facinus modo inuenio ego: ut nos dicamur duo
Omnium dignissimi esse: quo cruciatus confluant.
Li. Ergo mirabar q dudum scapulæ gestibant mihi.
Hariolariq occœperunt: sibi esse in mundo malum.
Quicquid est eloquere. Le. magna est præda cū magno malo.
Li. Siquidem omnes coniurati cruciamenta conferant:
Habeo opinor familiare tergum: ne quæram foris.
Le. Si istam animi fortitudinem obtines: salui sumus.
Li. Quin si tergo res soluenda est: rapere cupio publicum.
Pernegabo: atq obdurabo: periurabo denique.

neq interponēda est persona litani: usq illuc. Tūc. n. respondere incipit sermoni leonidæ. Audacter licet. Hoc est principium sermonis leonidæ. Audacter inquit possumus o litane subuenire nunc amanti herili filio. tantum boni adest de improuiso: qq commixtum malo. Et quia dixit. Commixtum malo: addit. Omnes de nobis Carnificum concelebrabuntur dies. loquitur enim more improborum seruorum: qui uidentur paruifacere uerbera: dum modo id efficiant: quod intendūt. Omnes inquit dies concelebrabuntur. i. festi ducentur: & decantabuntur a carnificibus: hoc est a lictoribus: & qui carnificinā exercere solent de nobis. i. de nostri tergis & corporibus quia uerberabimur: atq discruciabimur usq ad mortē. Litane. prosequitur continuādo sermonē suū: O litane nūc usus. i. opus est nobis. Audacia inuēta & dolis. i. ut habeamus in promptu & paratā audaciā: & dolos. Modo inuenio. i. apporto. propono. Vt nos dicamur duo. Adhuc ut seruus neq: ut diximus: loquitur. Quo cruciatus confluant. i. in quos cruciatus omnes coniunctī ac simul fluant. hic est horum uersuum sensus apertissimus: a Pio & Sarraceno interpretibus ignoratus: propter quod & Pius insulse corrigēdum dixit licet: & scribendum liceat: cōtra metricam rationem: & sensum rectum. Et item dixit. addendam esse personam litani illi uersui. Tantū boni adest: qd qdē penitus absurdū est: quū litanus adhuc nihil intelligeret: neq rñdere posset: neq riderit: usq ad uersum illū ergo mirabar. Et Sarracenus legit licet sis. cōtra uersus & ipse rōnē. Et ordinē ac sensum adeo peruertit: ut qd loquatur nesciat. pterea. Tātū boni adest legendū est: metri necessitate. nō: tantū adest boni: ut ambo hi interpretes mucidi legūt. Ergo mirabar. Nūc tandē loqtur litanus. hoc illud est inquit: q mirabar: iādudū mihi scapulas gestire. i. lætas esse. loquitur. n. & ipse ex ingenio seruili: qui ut supra dictum est: quum aliquid agant mali: licet cognoscant rediturū illud esse in suum tergūt: gestiunt tamē desiderio male agendi. Et scribendū est q: ut oēs habēt codices ut sit coniunctio: non quid. i. quapropter: ut corrigit Pius

Scapulæ. amēs interpres. Scapulæ. i. tergū. Sunt scapulæ in hoīe: quæ mollibus iugis a ceruice demittūtur. unde scapulares serui dicti sunt: q in scapulis cedūtur. Hariolari. diuinare. In mūdo paratū ut supra dictū est. Quicquid est eloquere. ex hoc apertius patet: q litanus adhuc nihil intellexerat. Oēs cōiurati. Si oēs inquit cōiurati: hoc ē ueluti simul cōspirātes cruciamēta cōferāt: p me nō deerit: qn tibi adsim. quū ad cruciamenta familiare & domesticū habeā tergū. hoc est domi. Ne qrā foris. Ne opus sit mihi foris mutuū petere. Si istā animi fortitudinē. ita scribi debet. metri necessitate. nō si istā fortitudinē animi: quia pes unus uersui deficeret. & qa aliq codices firmitudinē habēt. pro fortitudinē. utrunq recte scribi pōt. dū alterā tantum scribatur. Quin si tergo res soluenda est. ita scribendum censemus ex codicibus antiqs. & nō resoluēda: ut subintelligatur pœna: ut ferme hñt cæteri codices: & exponūt alii. neq resoluēdu st: ut corrigit Pius. cōtra oium codicū scripturā: & neq sensum ac planū. Quin ingt: si res soluēda ē tergo: nedū nō timeā huius criminis reus fieri: sed & publicæ rapinæ:

Quum malum fers fortiter. ita scribendũ & hoc arbitramur: sniæ cõcinnitate. nã si legas: qui malum fert fortiter: uix dep̃hendas: quid sibi ea uerba uelint. est aũt sensus generalis: ad secũdam ueluti personam directus. ista est uirtus: quum fortiter fers malum. i. quũ quis quæ mala accidũt fortiter tolerat. Idem post potitur bonum. potitur legendũ putamus: ut sit iocus in uerbis patitur & potitur: de poetæ consuetudine. Sensus itidem catholicus est. q̃ qui fortiter malum patitur: idem postea bono etiã potitur. Vbi potitur uerbũ actiuũ regit: ut alibi in plautoq̃ est uidere. Quin rem Cur nõ illico rem aperis? interrogatiue legendũ est. Cupio malum nãciscier. Adipisci. Derogita. Derogita: roga de. auget. ut i deiero. demorior. Vel usq̃ adeo. ita scribi debet. ex codicibus antiquis. & metri necessitate. nõ uel adeo usq̃: ut legunt Pius & Sarrace. interpretes quia uersus nõ consisteret. Tum igitur tu diues es factus quia dixerat leonida. Iam satis est mihi: inquit litanus iocãs. tu igitur iã factus diues es: quũ satis hẽas. Sed isthuc quod affers. Sed addẽdũ fuit. metri necessitate. quia uersui pes unus deficeret. Animum aduorte nũc. ita scribi debet uersus. & addi nũc. qñ aliter nõ cõsisteret. Aeque mecum. iuxta mecum. similiter ut ego. Meministi asinos arcadicos. Scribendum est meministi. & interrogatiue legẽdũ: ac si diceret. meministi ne? ex codicibus antiquis: & metri necessitate. nam si meministi legatur ut legunt Pius: & Sarrace. uersus una abundat syllaba.

Potitur cũ actõ.

Derogita.

Le. Hem ista uirtus est: quando usus est quum malum fers fortiter.
Fortiter malum qui patitur: idem post potitur bonum.
Li. Quin rem actutum edisseris? cupio malum nanciscier.
Le. Placide ergo unũ quodq̃ derogita: ut acquiescam. non uides
Me ex cursura anhelitum etiam ducere? Li. age age mansero
Tuo arbitratu: uel usq̃ adeo dum peris. Le. ubinam est herus?
Li. Maior apud forunst: minor hic est intus. Le. iam satis est mihi.
Li. Tum igitur tu diues es factus. Le. mitte ridicularia.
Li. Mitto: sed isthuc quod affers aures expectant meæ.
Le. Animũ aduorte nũc: ut æque mecũ hæc scias. Li. taceo. Le. beas.
Meministi asinos arcadicos mercatori pellæo
Nostrum uendere atriensem? Li. memini. quid tum postea.
Le. Hem ergo is argentum huc remisit: quod daretur sauriæ
Pro asinis: adolescens uenit modo: qui argentum huic attulit.
Li. Vbi his homost? Le. iam deuorandum censes si conspexeris:
Li. Ita enimuero: sed tamen tu ineptæ eos asinos prædicas
Vetulos: claudos: quibus subtritæ ad femina iã erãt ungulæ.
Le. Ipsos: qui tibi subuectabant rure huc uirgas ulmeas.
Li. Teneo: atq̃ idẽ te hinc uexerunt uinctũ rus. Le. memor es probe.
Verum in tonstrina ut sedebam: me infit percontarier.
Ecquem filium stratonis nouerim demænetum?

Mercatori pellæo. Macedonico. pella enim urbs macedoniæ fuit: i littore ægei maris: illustrata maxime natalibus philippi macedonũ regis: & Alexandri eius filii. unde uterq̃ pellæus uocitatus est. Iuue. unus pellæo iuueni non sufficit orbis. Lucanus. illic pellæi proles nefana philippi. Nostrum uendere atriensem. obseruandum est. eleganter dici. memini me audire. non audiuisse. ut hic uendere nõ uendidisse & in menæhmis. Non cõmeministi simul Te hodie mecum exire e naui. Et apud. Virgi. Cantando longos memini me condere soles. Qui argentum huic attulit. huic addendum fuit. metri necessitate. & intelligendũ Sauriæ. Iam deuorandum censes. duplex sensus esse potest. uel ita deuorandum: ut ab eo pecuniæ illæ auferantur: & ita ueluti deuorentur. uel ad illud refert: qd dixerat: adolescens uenit modo. ac si diceret incuruandum. Ita enimuero. respõdet litanus ad uerba leonidæ. Tu nempe. alii codices habent: tu inepte. quod & magis placet: quum scurrilibus iterũ uerbis inter se hi duo serui iocentur. Subtritæ corrosæ. uel ob uetustatẽ: uel ob nimios labores. Ad femina. hyperbole est. femen pro femore accipi notum est. Virgilius: Eripit a femine. & trepidanti feruidus instat. Quidam differentiam faciunt inter femur: & femen: q̃ femur sit pars posterior: siue exterior: coxendicis siue coxæ. Femen autem pars anterior: uel interior ipsius coxæ: quãq̃ femur etiam pro tota parte pudenda accipiatur. ut & femori conseruisse femur. Femur præterea & femen a ferendo dictum uolunt: q̃ ea parte maxime ferat corpus. scribitur absq̃ diphthongo: quum breuem habeat primam: quo modo & femur. Ipsos qui tibi subuectabant. Mordent se inuicem: ut diximus & ex hoc patet: quod diximus est: non incongrue legi posse inepte: pro nempe. Me infit percontarier. Ita scribi debet prorsus partim ex codicibus antiquis. & partim sententiæ concinnitate. non me ne infit percõtans: ut stulte corrigit Pius interpres. contra metri rationem: nam uersus non subsisteret. cõtraq̃ rectam dicendi normam. Hic sensus ille adolescens infit. idest incipit percontarier pro percontari me. ecquẽ filium stratonis nouerim demænetum? Infit autem pro incipit positum est. ut infra etiam in aulularia. infit ibi postulare plorans eiulans: ut sibi liceret miluium uadarier. & alibi sæpius. Apuleius. quoq̃ libro septimo. sic ait. Infit etiam de salute commilitonum sollicite sciscitari.

Pella.

Memini me cõdere.

Femen.

Femur.

Infit.

Dico me nouisse.hoc est.Illi ego respōdi:me nouisse:& me eius seruum esse. Et ædis demonstraui nostras. Ita scribendū est.ex codicibus antiquis oībus:& etiam impressis.non de ædis.neq; dein ædis.ut legit:& corrigit Pius ille somniculosus. Viginti mnas.ita scribendū est.non minas.metri necessitate.ut sit actūs pluralis:more græco. Sese non nosse.pro nouisse.nā nouisse non patitur ratio metrica. Quū ille eloquutus hæc sit.i.quum ille hæc dixisset. Se nouisse.Se addendū fuit metri ratiōe:& ex codicibus antiquis. Facetū me.

Facetus.

Facetus a fando dicitur & significat eū:qui in dicendo sit elegans:& delitias quasdā sermonis habeat:unde alii dixerunt facetū esse q uerbis faciat quod uult. de hoc etiā in mostellaria dicemus. Sic hoc respondit mihi.i.sic ad hoc respondit. Qua facie sit scio. qua forma.quid sit facies diximus ī amphitryone. Succēsere. irasci. Si herū uis.ordo est.Si uis adduce Demænetū herū:quē ego noui. Argentū nō morabor.nō morabor:quin numerē argentū. Præsto fore.

Presto.

paratum fore. præsto enim aduerbium est. nec fere cum alio uerbo iūgitur:q̄ cū sum:& forem:& apud poetas:cū ad sum.significatq; presto esse.& p̄sto fore:p̄sentem:paratū ue esse:atq; futurum.Cicero. Quibus quidē omissis:tu etiā brute p̄sto fuisti. In balneas.Dicimus balneas & balineas.

Dico me nouisse extemplo:& me eius seruom prædico
Esse.& ædis demonstraui nostras.Li.quid tum postea?
Le. Ait se ob asinos ferre argentum atriensi sauriæ.
Viginti mnas:sed eum sese,non nosse hominem qui siet.
Quum ille elocutus hæc sit.Li. quid tū?Le.ausculta ergo.scies.
Ipsum uero se nouisse callide demænetum:
Extemplo facio facetum me:atq; magnificum uirum.
Dico me esse atriensem.sic hoc respondit mihi.
Ego pol sauriā non noui:neq; qua facie sit scio.
Te non æquū est succensere:si herum uis demænetum
Quem ego noui adduce:argentum non morabor:quin feras.
Ego me dixeram adducturum:& me domi præsto fore.
Ille in balneas iturus est:inde huc ueniet postea.
Quid nunc consili captandum censes?dic:Li.hem istuc ago
Quo modo argentum interuortam:& aduectorem:& sauriam.
Iam hoc opus est exasciatum.nam si ille argentum prius
Hospes huc affert:continuo nos ambo exclusi sumus.
Nam me hodie senex seduxit solum seorsum ab ædibus:
Mihi:tibiq; interminatus est:nos futuros ulmeos:

Istuc ago.hoc ipsum mēte agito. Aduectorē.pecuniarū.s.& adductorē.& ita scribēdū ē.ex codicibus antiqs.nō aduentorē. Exasciatum.dedolatum.dispositum:& fieri cœptū.translatio est a fabris lignariis sumpta:qui ligna prius dolant:& exasciant.postremo cultius leuigant & polliunt.

Ascia.

Est ascia notū instrumentum fabri lignari:ab ascindendo dicta siue a græco ἀξίνη:quod asciā:securim ue significat.cuius diminutiuum est asciola. Ply.li.xvi.Mollissima tilia:eadē uidetur & calidissima argumentū afferunt:q citissime ascias retūdat. Apuleius quoq; prouerbialiter dixit.Vin me cruribus meis asciā impingere hoc est mihi ipsi me ipsum nocere.Ex his uidetur planū:nō esse Asciam:quod Pius interpres plautinus ait:ferramentū ad scabra ligna expolienda:ita ut quum ligna perpoliūtur:ascia perfecta sint:a quo exasceatū ut ipse inquit:fiat:hoc est absolutum:perfectum:elimatum:leuigatum.Quin potius Asciam esse:quam & uulgo eodem nomine appellant:qua non tam leuigate & pollite ligna prorsus absoluta reddunt:sed dedolant tantum:eam eleuantes in altum:& abscindentes assulas:unde plærumq; fabris ipsis contigit:ut eam suis cruribus impingerent:seq; uulnerarent.sed non idem est in leuigatorio instrumento.illud enim non eleuatur in altum.neq; uersus crura impingitur.sed supine semp p ligni supficiē manibus trahitur:eoq; absolutissima & leuigatissima quæq; redduntur.id instrumētū

Runcina.

Runcinam appellant non asciam.Ply.xvi.c.xliii.de abiete.Ramentorum crinibus pampinato semper orbe se noluēs ad incitatos runcinarum raptus inde fit uerbum deruncinare quo utitur plautus in milite glorioso:eo uersu:ut lepide deruncinauit militē pro placuit:uel delenitū reddidit:ac prorsus in suam sententiam traxit:mollibus uerbis:atq; adulatoriis:& expoliātibus:non secus q̄ runcina expoliuntur ligna.Neq; enim hermolao barbaro uiro doctissimo:& nobis honoris causa semper nominando:in hac parte assentimur: runcinam pro serra accipienti:in glossematis plynianaꝝ castigationum.super quo & aliorum iudicium requirimus.significat ergo hoc loco ut diximus:nō absolutū esse hoc opus:sed dispositum:& fieri cœptū.ut sunt ligna iam ab ascia decussa:& directa ad filum.

Exasciatū.

Et scribendū est exasciatum.nō exasceatum:quum ab ascia ut dictum est:descendat: quæ per.i.non per.e.scribitur. Nā si ille argentū prius.hoc refertur ad illud qđ superius dixerat:hem istuc ago.quō argētū interuortā & aduectorē:& sauriā.quasi dicat:nō opus est:ut sinamus illū mercatorem peruenire ad sauriam prius:q̄ ab eo argentum interuortamus.Sic enim exclusi essemus nos ambo.& nobis a sene demæneto immineret periculū uirgaꝝ:quod ille interminatus est nobis:nisi pecuniā inueniamus. Senex seduxit solū. Demænetus seorsum ab aliis mē duxit ut alloq̄retur. Futuros ulmeos.i.futuꝝ ut nos totos uirgis ulmeis cedat.

Viginti essent.ita scribi debet.metri necessitate.non essent uiginti nam uersus non consisteret. Operam dixit sese promissam dare.ita scribendum est ratione metri.non dixit sese operam quia pes unus uersui deficeret.Sensus est.Dixit sese dare nobis operam.i.daturũ operam suam.hoc est auxilium præstiturum. Dum argentum mercator afferat.non afferat mercator:quia uersus claudicaret. Illum ego interea.ita scribẽdum est: metri ratione.non Ego illum interea:quia uersus abũdaret uno pede. Oblectabo.blandis morabor uerbis.& detinebo. Quid ais?ad hoc.s.quod uolo tibi dicere. Si sapis.i.si sanus es:& si tibi recte consultum uis.

Ni hodie argyrippo uiginti essent argenti minæ,
Iussit uel nos atriensem:uel nos uxorem suam
Defraudare:operam dixit sese promissam dare.
Nunc tu abi ad forum ad herum.& narra hæc:ut acturi sumus.
Te ex leonida futurum esse atriensem sauriam:
Dum argentum mercator afferat pro asinis. Le.faciam ut iubes.
Li. Illum ego interea hic oblectabo:prius si forte aduenerit.
Le. Quid ais?Li.quid uis?Le.pugno malam si tibi percussero
Mox quum sauriam imitabor:caueto ne succenseas.
Li. Hercle uero tu cauebis:ne me attingas:si sapis:
Ne hodie malo cum auspicio nomen commutaueris.
Le. Quæso æquo animo patitor.Li.patitor te item quum ego referiã.
Le. Dico ut usust fieri.Li.dico hercle ego quoq; ut facturus sum.
Le. Nega.Li.quin promitto inquã hostire contra ut merueris.
Le. Ego abeo.tu iam scio patiere:sed quis hic est?is est.
Ille est ipsus:iam ego recurro huc:tu hunc interea hic tene.
Volo seni narrare.Li.quin tuum officium facis ergo?ac fugis?

Mercator. Licanus.


T demonstratæ sunt mihi:hasce ædis oportet esse:
Demænetus ubi dicitur habitare.i puere pulta:
Atq; atriensem sauriam si est intus euocato huc.
Li. Quis nostras sic frangit fores:ohe inquã si quid audis?
Me. Nemo tetigit etiam.sanus ne es?Li.at censebam attigisse:
Propterea huc q; iter habebas.nolo ego fores meas conseruas
A te uerberarier.sane ego ædibus sum amicus nostris.

Et ita scribi debet.ex codicibus antiquis:& sniæ congruitate. nõ si me faxis:ut Pius legit.neq; time faxis:ut insulse corrigit. Nomẽ cõmutaueris.i. ex leonida sauria factus sis.nõ ex sauria atriẽsi leonida.ut Pius inqt somniãs. Patitor te item quum ego referiã.ita scribẽdu est ratiõe metri.nam si scribas:patitor tu itẽ quũ ego te referiã: ut fere habẽt codices: uersus non constat.sed abundat unus pes. Referiam.i.ex aduerso: & idẽtidem ego te feriã: ut tu me. Dico ut usust fieri.ita scribi & hic uersus debet.metri necessitate.i.dico ut opust ẽ fieri.unde respondet litanus. Et ego dico quoq; ut faciã. Nega.i.dic te nõ repercussuræ. Hostire. pares uices reddere: ut supra diximus.

Tu iam scio patiere scio addẽdũ fuit:ex codicibus antiqs:& metri necessitate.cui pes unus dficeret:ab utroq;:Pio & Sarrace.non animaduersum. Sed qs hic est.dum abire illinc quærit:uidit mercatorem illũ asinoꝝ uenictẽ. Tuũ officiũ.quia seruoꝝ nequã officium est:quũ quid peccarunt ab heris aufugere:ut plagas & uerbera euadant. Ac fugis.& fugis.non hac fugis:ut fere scriptum est in codicibus:quod nullius est boni sensus.

Hos eosdem uersus Pius ille arrogantissimus Plauti interpresse latinos fecisse acclamitans in Aulularia cōmētariis inseruit: quos qui uidere cupit: ibi inspiciat: Quātumq; inter eius nostramq; interp̄tationem differat: si modo græcis litteris pollet: iudicet. Id unum reticendum nequaq̄ censuimus: q̄ quum ille alienis trutinandis semper inhians Sidonii uersum damnaret: qui quodam loco scripserit: Thales mileto genitus uadimonia culpat: quoniā Thales prima longa posuisset: quam græci breuem proferant: ipse idem Pius tam seuerus alio℞ censor suū interim u̇sum penultimū nō perpēdit. nec errorē uidit a se cōmissum in syllaba ultima nois Bias: quā breuē posuit: quum longa sit: ut uidere poterat in uersu græco græcis litteris ibidem ascripto: si modo græcarū litterarum: & syllabarum cognitionem teneret: quo℞ utroq; carere tam bellum interpretem & nugatorū nugacissimū: nō hoc solo: sed multis & pene innumerabilibus aliis huius plautinæ commētationis locis magis clarū ē: q̄ solis radii esse olim quum sudum est: solent: ut poetæ uerbis: ex Milite glorioso utamur. Non pedem discedat. non discederet per spacium unius pedis. Si licessit. si liceat: si licitū sit. Huius sermonē accipiā. subaudi ut: sensus est: tace iā: ut ego auscultem quid hic loquatur.

Le. Næ iste hercle ab ista non pedem discedat: si licessit.
Qui nunc festinat: atq; ab hac minatur sese abire.
Li. Sermoni iam finem face tuo. huius sermonem accipiam.
Ar. Vale. Ph. quo ꝑperas? Ar. bene uale. apud horcū mox te uidebo.
Nam equidem me iam quantū pōt a uita abiudicabo.
Ph. Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?
Ar. Ego te? quā si intelligam deficere uita: iam ipse
Vitam meam tibi largiar: & de mea ad tuam addam.
Ph. Cur ergo minitaris tibi te uitam esse amissurum?
Nam quid me facturam putas: si istuc quod dicis: faxis?
Mihi certū ē efficere in me omnia eadem quæ tu in te faxis.
Ar. O melle dulci dulcior mihi. Ph. certe tu uita mihi es.
Complectere. Ar. facio lubens. Ph. utinam sic efferamur.
Le. O litane: uiden ut ē miser homo qui amat? Li. immo hercle uero:
Qui pendet multo ē miserior. Le. scio: qui periculum feci.
Circunsistamus alter hinc: hinc alter appellemus.
Li. Here salue. Le. sed num fumus ē hæc mulier quā amplexare?

Apud horcū mox te uidebo. Ex his patet snia nostra superior sed addēdū fuit hic mox:
Abiudicare necessitate metri: & sniæ cōgruitate. Abiudicabo. remouebo auferā. Abiudicare ꝓprie est p sniam aliqd ab ali
quo auferre. Et abiudicati rei dicuntur: q a iudice sunt ad mortē cōdēnati: quasi a uita ablati per iudicis sniam.
Adiudicare Adiudicare aūt ē p sniam & iudiciū aliqd alicui tribuere: uel creditori addicere. Deficere uita. carere: uel pri
uari. usurpatur. n. uerbū deficio in hac quoq; significatione & tunc cū abltō cōstruitur. sine ꝓpositione Martia
Deficere. nus: Tum demū id agere cōsiliū erat: quū uita defecit. Interdū significat desum & datiuo iungitur. Virg. Quum
iam glandes atq; arbuta sacræ deficerent syluæ. Inde defectus pro absentia & carentia capitur: ut multi defectu
medico℞ perierunt: hoc ē: qa eis defuerūt medici. Aliqñ significat desisco: ac recedo a ductu atq; iperio alterius:
& q̄si rebello & abltō iungitur cū ꝓpositione. Quintus curtius iā duæ legiōes ab eo defecerāt. hinc defectio dicitur recessus: uel militū ab iperatore: uel ciuitatis a dño. Aliqñ debilitor. & uiribus exhaurior. uñ defecti appellantur debilitati atq; exhausti. & inde defectus solis: uel lunæ: hoc ē debilitatio: uel luminis exhaustio. & est absolutū: nullū exigēs post se casum. interdū significat relinquo. & actm̄ exigit casum. Cice. q ea me solatia deficiunt: q cæ
Amitto. teris nō defuerunt. & alibi. p Sex. roscio. Tēpus me citius q̄ oratio deficeret. Esse amissu℞. dicimus Amitto pecuniā. i. pdo. & amitto hūc a me. i. remoueo. Terētius in phor. nā neq; quo mō a me amittā inuenio: neq; uti retineam scio: & ita accipi pōt hoc loco. tibi te uitā esse amissu℞: p adēptu℞ tibi uitā. uel cur minitaris tibi: te uitā esse amissu℞. i. perditu℞: ut pronomen tibi ad uerbum minitaris referatur: nō ad participium amissu℞. Oia eadem. i. quæcunq; in te facies: ego in me faciā. & scribeñ. ē eadē. ex codicibus antiqs. nō tandem. O melle dulci dulcior mihi tu es. delēda sunt illa u̇ba tu es. metri necessitate. & sermonis elegātia. uti plane supflua. Certe tu uita mihi es. ita & hæc scribēda sunt. eadē metri rōne. & delēda dictio enim. etiā ex codicibus antiqs. q̄ qdē in
Efferre. terp̄tes nostri Pius & Sarrace. nō uiderunt. Vtinā sic efferamur. i. sepeliamur philænii u̇ba sunt. in cōplexu argyrippi existētis. efferre ē sepelire. Lucillius. Depugnabunt p te ipsi. & morientur. ac se ultro efferēt. alias significat. p ferre. Virg. Tum satus anchisa cestus pater extulit æquos. iterdū leuare erigere. Idē. ondit dextrā isurgēs entellus: & alte extulit ille ictū. aliqñ puehere. extollere. Idē. extulit hæc decios. Cice. Nimiū forsan hoc illi mirētur: atq; efferant. plærunq; extra ferre. Plautus. Ne pedem domo efferrē. hinc tractum qdā existimāt: ut efferri cadauer dicatur: dū celebratur funus: uel dū sepelitur: q̄si extra domū ferri: qd̕ falsum ē. nā efferri dicitur: q̄si puehi: & extolli: qa cum pōpa ferri solebat: humeris claro℞ uiro℞ feretro suppositis: qd̕ nūc quoq; fieri uidemus: pp qd̕ mortuos
Superbus. antiq: nō solū elatos: sed etiā supbos uocabāt. O litane uiden ut est miser hō q amat? ita scribēdus est u̇sus: metri necessu. nā aliť nō cōsisteret: qd̕ qdē neq; Pius: neq; Sarra. interp̄tes uiderūt. Sed nū fumus. leonidas loqtur.

Quia oculi sunt tibi lachrymátes.eadẽ psona leonidæ hic pponẽda est.Sensus ẽ clarus.flebat.n. argyrippus: dũ philæniũ cõplecteretur:præ nimio amore:& dolore:q ab ea separãdus esset:icirco Seruus rogauit an mulier quã cõplectebatur fumus esset:q solet hoĩbus lachrymas excitare.q̃ sit causa ut fumus oculos infestet:& lachrymas excitet:Aristoteles in pblematis differit:qa enim inqt infirmissimi sunt.laxioresq;:& referti meatibus:oẽ qđ aere est mordaciss.mũ eis est:ut acetũ:cepa & id genus. Patronus q.ordo est pdidistis eũ:q futurus fuit uobis patronus. Futurus.qa quum pater mortuus fuisset:ipse argyrippus in illius locũ successurus erat dñs seruis.

Fumus cur oculos infestet.

Ar. Quidum:Le.quia oculi sunt tibi lachrymantes ego rogaui.
Ar. Patronus qui uobis fuit futurus perdidistis.
Li. Equidẽ hercle nullum perdidi.ideo quia nunq̃ nullum habui.
Le. Philænium salue.Ph.dabunt di quæ uelitis uobis.
Li. Noctem tuam:& uini cadum uelim:si optata fiant.
Ar. Verbum caue faxis uerbero.Li.tibi equidem:nõ mihi opto.
Ar. Tum tu loquere igitur quid lubet.Li.hunc hercle uerberare.
Le. Quisnam tibi istuc adcredat cinæde calamistrate?
Tun uerberes me qui pro cibo habeas te uerberari?
Ar. Vt uestræ fortunæ meis præcedunt litane longe.
Qui nunq̃ hodie usq; ad uesperum uiuam.Li. quapropter q̃so?
Ar. Quia ego hãc amo:& me hæc amat:huic aũt qđ dẽ nusq̃ qcq̃ ẽ.
Hinc me clamantem ex ædibus delegit huius mater.

Ideo qa nullũ nũq̃ habui. duæ negationes p una positæ sunt .i.qa nullũ unq̃ hũi. scribẽdum ẽ aũt nũq̃: ex codi.antiqs:& metri necessitate. aliẽ.n. ṽsus nõ consisteret. & nõ unq̃:ut Pius & Sarrace. interptes legũt: contra metricá rõnẽ. Dabunt dii q̃ uelitis. Cur Pius iterptes hic scribi pcipiat diũt pro dent ipse uideri: oẽs quidẽ codices manu scripti:& impressi hñt dabunt:qđ nec ṽsui nec sñiæ repugnat nã sicut tẽpus p tpe: ita & modus p modo a poetis usurpatur:ut oĩbus uel mediocriter dictis liquet. Noctem tuã.i. noctẽ tecum. Verbum caue faxis.faxis.p facias.ṽba sunt argyrippi ægreferẽtis:q seruus optauerit noctẽ philænii.Vñ ille ṽsutus ridet. Tibi qdẽ: nõ mihi opto.noctẽ philænii.s.& cadũ uini. Tum tu loq̃re igitur.ita scribeñ.ẽ:metri necessitate.nõ tũ tu igitur loquere.ut legũt iterptes pfati cõtra ṽsus rõnẽ. Hũc hercle uerberare. seruilis iocus est.nã qa argyrippus dixerat:tũ tu loq̃re igitur qd luber:rñdet litanus:lubet mihi hunc ṽberare.Quod aũt Sarracenus loqtur:nec ipsi qdẽ satis intellectũ putamus:ita.n.ait.hunc ṽberare.hunc tractes:& manu attingas:hoc dicit:qa pecunias in crumena deferebat ut attractaret.hæc ille.queq; sensum eliciat:q tripodas cõsulat. Cinæde.Cinædus dicitur.q̃si ρέμοσ αιδουσ. hoc ẽ uacuus pudoris & reuerẽtiæ:ut ait Dionysius:& in magno etymologico apud græcos legitur.uel a κινέω qđ significat moueo & attrecto.& αιδοια.i.uirilia & pudẽda.Is aũt appellatur:q & paticus:cuius oppositũ ẽ draucus.Draucus.n.a δράω.i.facio deducitur.& is dicitur q obscenã libidinẽ exercet in alteꝝ.cinædus aũt:uel paticus:q eã libidinẽ admittit & patitur.q qa draucoꝝ uirilia attrectare ad cõcitãdã eoꝝ in se libidinẽ cõsueuerũt cinædi sunt dicti. Calamistrate.calamistro ferro ignito comã inustæ.Est calamistrũ:uel calamistrus:utroq;.n.modo dicemus:acus ferrea:qua capilli intorquẽtur:& mulieres se ornãt.qđ instrũm qa in cinere calesit:ut capillos melius intorquere possit:icirco q ea ministrabãt a cinere cinerarii appellabantur.& id ipsum in priapeis significatũ ẽ:eo epigrámate.Quũ quãdã rigidus deus uideret feruenti caput ustulare ferro ut mauræ similis foret puellæ.Cicero in oratore.remouebitur insignis ornatus:quasi margaritarum.nec calamistri adhibebuntur.Tacitus itẽ in libro de oratoribus.Malim hercule Caii gracchi ĩpetum:aut Lucii crassi maturitatẽ: q̃ calamistros mecœnatis.Et scribẽdum est.Quisnã tibi istuc adcredat.nõ quisnã istuc tibi adcredat.quia uersus non cõstaret:sed uno mutilas pede incederet: qđ nec uiderunt interptes iam dicti. Adcredat.p credat positum ẽ. ex more antiquo. Tun ṽberes me?addẽdum fuit me.metri necessitate:& sñiæ cõcinnitate.est.n.rñsio ad illud: hunc hercle ṽberare.Tu ne inqt leonidas ṽberes me?q loco cibi soleas ṽbera sustinere & cupe?ut sic ṽberonẽ illum:& ṽberari solitum dicat:ac uelut obiiciat de seruili more.qđ aũt Sarracenus inqt.Tũ uerberes. p tũ uerberes:inscitiã illius redolet cõsuetã.quẽadmodum & illud qđ seqtur.qui p cibo habeas uerberari.qđ sic exponit. Id qđ parasitis cõtingit:qui dum q̃runt alienũ cibum:patinas usq; in caput frãgi patiuntur. Vt uestræ fortunæ.ṽba sũt argyrippi ad litanũ:cũ quo ipse loq̃batur.nã leonidas litano illud rñdit nõ uocatus:sed irritatus illis ṽbis hũc hercle ṽberare. Qui nũq̃ hodie usq; ad uespeꝝ uiuã.ita scribi debet ṽsus:& metri necessi.& sñiæ cõgruitate.& ex cod.ãtiqs.Quõ aũt ṽsum ipm itellexerint:Pius & Sarrac.legẽtes:q hodie usq; ad uespeꝝ uiuã:cõtra metri rõnẽ.& sñiam clarissimã:atq; ãtiquos codices:cæteri iudicẽt. Et me hæc amat.ita scribẽdũ ẽ.metri necessitate. nõ & hæc me amat.qa ṽsus claudicaret. Huic aũt qđ dem.addẽdũ quoq; fuit.aũt:ad ṽsus itegritatẽ: cui pes unus identidẽ deficeret. Delegit.abegit:eiecit.nã ut diximus in ãphitryone:Delegare pter alias significatiões: significat dispartire:& discindere:ut dicit Nonius:allegãs eũ locũ:si cui fautores delegatos uiderint.Delegare ẽt est demandare & cõmittere:ut diximus in nostro uocabulario.Cicero post delegatã mihi hãc puinciã.Suetoni. Nulli delegauit officium suũ:ut nõ adiiceret:Scis qd mihi opus sit.Quæ aũt garrit Pius dicens.quid si legis delegauit?Scrupulosius tñ & indagatius uim huius uerbi delegere quærens succurrit ex etymo græco detortum. Si quidem græcis usitatum ẽ hoc uerbum αμελέω pro eo ferme qđ est despicio:nã græcæ facundiæ Plautus

Cinædus. Draucus. Calamistrus. Cinerarii. Delegare.

imitator delegere p eo qd' est cũ despectu & irrisione expellere dixit exquisitim. In puerbiis græcis v̄bum hoc inuenies i hoc ferme significatu: oĩa sunt funlia: & somniu plenissima: quũ nihil tale apud græcos legatur. neq; ... λεγω usq; uisum sit. ... λεγω ... aũt intelligo significet: ædifico: psuadeo: lego. Rursum aũt: λεγο sex hēat significationes. dico: mẽsuro: colligo: sortior: dormio: curo. q̃ quidẽ nihil attinent ad v̄bum hoc delegit a Plauto nostro usurpatũ. Argẽn uiginti minæ me modo ad morte appulerunt. addẽda fuit dictio modo: ad v̄sus integritatẽ: q aliter claudicaret. Modo aũt uel p nũc interptare: uel p tantũmodo. ac si dicat uiginti tãtũ minæ sunt: quæ mihi mortẽ cõsciscunt: quũ eas quanq; paucæ sint nõ habeã.

Modo.

Modo. n. tẽpus significat psens: uel mox pteritum: uel mundum pteritũ. uel statim futurũ. ut modo id ago. modo ueni. modo id dicebã. modo faciã. a quo fit a mõ p post hac: quo & Apul. utitur. ut amõ nõ uidebis me in foro euntẽ sine psidio. & postmodũ. ac postmõ. Ouidius in ibin postmodo si pges: in te mihi liberiãbus &c. Et mõ p tãtũ accipitur: ut pge modo: & qua te ducit uia dirige gressum. & apud Terẽtiũ tace modo. & hoc loco. ab hoc aũt solũmodo & tãtũmodo deducuntur. Daturũ se ipsi dixit. ita scribendũ ẽ: metri necessitate. & etiã ex codi. antiqs: in quibus ipsi daturum utiq; scriptum est: nõ ipse daturus: ut legũt Pius & Sarracenus interptes agrãmati: contra omnem latinitatis normã.

Argenti uiginti minæ me modo ad mortem appulerunt.
Quas hodie adolescens diabolus daturum ipsi se dixit.
Vt hanc ne quoq; mitteret nisi ad se hunc annum totum.
Videtin uiginti minæ quid pollent: quidue possunt?
Ille qui illas perdit saluus ẽ. ego qui non perdo: pereo.
Li. Iam dedit argentũ? Ar. non dedit. Li. bono animo es: ne formida.
Le. Secede huc litane: te uolo. Li. si quid uis. Ar. obsecro uos:
Eadem istac opera suauius est complexos fabulari.
Li. Non omnia eadem atq; omnibus here suauia esse scito:
Vobis est suaue amantibus complexos fabulari.
Ego complexum huius nihil moror: meum aũt hic aspernatur.
Proinde istud facias ipse quod faciamus nobis suades.
Ar. Ego uero & quidem ædepol lubens. interea si uidetur
Concedite isthuc. Le. uin tu herum deludi? Li. dignum ẽ sane.
Le. Vin faciam ut me philænium præsente hoc amplexetur?
Li. Cupio hercle. Le. sequere hac. Ar. ecquid uos salutis cõlocuti?
Le. Auscultate: atq; operam date: & mea dicta deuorate.
Primum omnium seruos tuos nos esse non negamus.
Sed si tibi uiginti minæ argenti proferentur:
Quo nos uocabis nomine? Ar. libertos. Le. at non patronos?
Ar. Id potius. Le. en uiginti minæ hic insunt in crumena.
Has ego si uis tibi dabo. Ar. di te seruassint semper.
Custos herilis: decus populi: thesaurus copiarum.

Videtin. p uidetis ne. Quid pollẽt: qdue possunt. idẽ ẽ p duo diuersa v̄ba platum: pollere. n. ẽ potẽtem ẽẽ. & similiṫ posse. Qui illas pdit. nam q̃ meretricibus dãtur: p amissis cẽsentur: & pditis. Qui nõ pdo. hoc ẽ: q nõ habeo qd' tradã huic lenæ. Si qd uis. subaudi dic: uel iube. nã qd Pius ait: supuacare dictionẽ fasum ẽ: & rude. nã si tollatur: v̄sus claudus fiet. Nõ oĩa eadẽ. ita scribeñ. est: metri necessitate: nõ aũt. Nõ eadem oĩa: ut legunt interptes illi ceci cõtra v̄sus rõnẽ. Vobis ẽ suaue. ordo est. uobis amãtibus suaue ẽ: uos cõplexos fabulari. Nihil moror. nõ curo. nihilipendo. Morari dicimus tripliciṫ uel in mora aliquẽ detinere. ut supra: hic me moratus ẽ. & apud Quintil. qd me ad huc pater detines? qd moraris abeuntẽ: uel expectare. Virg. Et tua pgenies mortalia demoror arma: unde moras pro expectationibus accipimus. uel curare & æstimare: ut hoc loco.

Morari.

Hic aspernatur. hic scribẽdũ ẽ: & subaudiẽdũ litanus. nõ philæniũ: ut exponit Sarracenus interpres parũ scitus.

Ego v̄o. v̄ba sunt argyrippi: in cõplexũ philænii se v̄ttis. Cõcedite isthuc. demõstrato digitis: uel nutu: loco remotiore. Vin tu herũ deludi? leonidæ ad litanũ v̄ba sunt: q in remotiorẽ ut diximus locũ secesserãt. Et addẽdũ fuit tu: ad metri integritatẽ. aliter. n. nõ cõstabat. Dignũ ẽ sane. hoc ẽ: ita meretur pfecto: & ita fieri dignũ ẽ. Sed cur Pius iterpres hic corrigat: dignust: p dignus ẽ: nõ itelligimus: quũ nec sniæ: nec v̄sus rõni obest: quominus dignũ ẽ scribatur. & ita hẽant oẽs codices. Ecqd uos salutis cõlocuti? Argyrippi v̄ba sunt ad leonidã & litanũ q quũ iter se cõfabulati fuissent: demũ ad illũ & ad philæniũ recta ibãt. Tractastis ne inqt in cõsilio qd' fecistis aliqd ad salutẽ meã ptinẽs? Et addẽdum fuit uos: & scribẽdũ cõlocuti: metri necessitate. nã aliṫ v̄sus mancus fuisset. qd' quidẽ ab interptibus nostris Pio & Sarraceno uisum nõ fuit: mutilum interim uersum relinquẽtibus.

Deuorate. loqtur ut serui: q quũ paulũ libertatis nacti sunt: in dicendo pcaciores fiunt. At nõ patronos? addẽdum fuit at: quia uersus mutilus fuisset: sed & sniæ & eloquutionis integritas ita requirebant. En uiginti minæ. Addendum fuit en: ad uersus integritatem: cui pes unus defuisset. Copiarum. diuitiarum.

Collóca.i.repone.lócare.n.& collocare inter cæteras ſignificationes quas habet ſignificat reponere. ut Latius
in aulularia dicemus. Nolo ego te q mihi ſis herus:onus iſtuc ſuſtinere.ita ſcribi debet uerſus:metri neceſſita-
te.& nó:qui herus ſis mihi:ut legunt interpres pfati. Baiulabo.portabo.a baiulis tractū ē v̄bum.Baiuli aūt ap- Baiulo.
pellātur:q onera:mercedis grauia ꝓpriis humeris portāt.a baiis oppido Cāpaniæ:iuxta lucrinum ſinū:īter puteo Baiulus.
los:& Miſenū montē ferulisſimo & amœniſſimo.de quo Hor.Nullus in urbe locus baiis ꝓlucet amœnis.ī quo Baiæ.
ꝓpter cōſuetum aduenaꝝ multitudinē:ob aquas calidas in eius agro exſtentes:& ad uoluptatē:& ad curándos
uarios morbos cōmodiſſimas: magna erat huiuſmodi hoīum gerulorum copia.

Salus interioris corporis:amoriſq; imperator.
Hic pone:hic iſtam colloca crumenam in collo plane.
Le. Nolo ego te qui mihi ſis herus onus iſtuc ſuſtinere.
Ar. Quin tu labore liberas te:atq; iſtam imponis in me.
Le. Ego baiulabo:tu ut decet dominū ante me ito inanis.
Ar. Quid nūc?quid ē?qn tradis hac crumena herū impreſſatū?
Le. Hanc quoi daturus hanc iube petere atq; orare mecum.
Nam iſtuc procliue ē quod iubes me plane conlocare.
Ph. Da meus ocellus:mea roſa:meus animus:mea uoluptas:
Leonida argentum mihi:ne nos deiunge amantis.
Le. Dic igitur me tuum paſſerculū:gallinam:coturnicem:
Agnellum:hædillum me tuū dic eſſe:uel uitellum.
Prehende auriculas:compara labella cum labellis.
Ar. Ten oſculetur uerbero? Le. q̄ uero indignum uiſum eſt?
Atqui pol hodie non feres:ni genua confricantur.
Ar. Quiduis?egeſtas imperat:fricentur:da nunc quod oro.
Ph. Age mi leonida obſecro fer amanti hero ſalutem.
Redime iſthoc beneficio te ab hoc.& tibi eme hūc iſto argēto.

Añ me ito inanis. ita ſcribendū eſt.metri neceſſitate.& nō āte ito inanis.qa pes unus deficeret uerſui.neq; ante te:ut multi codices hñt.ueteres.n.& manuſcripti ante me hñt:qḋ & ſniæ cōgruit. Quin tradis.qn facis:quin reddis. Hac crumena heꝝ impreſſatum.ita ſcribeñ.ē.metri neceſſitate.nā aliť nō cōſiſteret v̄ſus. impreſſatū v̄o ex cod.antiqs.hoc eſt oneratū. grauatū.q̄ qdem noſtri interp̄tes non aduerterunt. Orare mecū.i. orare me. Mecū.n. ꝓ me Mecum: ꝓ
poſuerunt antiqui:ut me.
alibi ſæpius eſt uidere apud hunc poetā : &
etiā Apuleiū.Sed Virgilii v̄ſus ille:quem Pius citat in teſtem:Mecū erit iſte labor:nō rite ꝑfecto ab illo citatur.nā
ibi mecum nō me ſignificat.ſed meus:uel apud me. Procliue.facile.qa ꝓcliuia oīa ſunt deſcenſu faciliora. uñ
dicimus:rē eſſe in ꝓcliui:hoc ē facilē factu:& paratā. Me plane cōlocare.addēdum fuit me:ex codi.antiqs: & Procliue.
metri neceſſitate. Meus aius.ita ſcribēdum oīo cēſemus:metri neceſſitate.nā aliter v̄ſus claudicaret. Sūt.n.oēs
nti ꝓ uocatiuis poſiti:ſicut meus ocellus.Sup quo doctoꝝ iudicium requimus.nō interp̄tū iſtoꝝ ſomniculoſoꝝ: Ntūs pro
qui ſup hoc nihil dixerūt:corruptū interim & cōfuſum v̄ſum relinquētes. Leonida.ex hoc patet ꝑferri debere uctō
nomē hoc:tertia ꝓducta:& ſecūdā eiuſdē lōgā eſſe.Sunt.n.duo ſpondæi. Coturnicē.auis eſt parua:quā uulgo Leonidas
qualeā appellāt.De hac Ply.lib.x.cap.xxiii.multa.& inter cætera hæc.Coturnicibus ueneni ſemē gratiſſimus ci- tertia pro
bus:quā ob cām eas dānauere mēſis:Simulq; comitialē ꝓp morbū deſpui ſuetū:quē ſolæ aīalium ſentiunt: ꝓter ducta.
hoīem.Alexāder quoq; aphrodiſieus in ꝓblematis ſuis:Coturnices inqt eleboꝝ comedūt hoībus letalē:eā enim Coturnix.
eſcā alimoniāq; eſſe coturnicū gratiſſimā inqt Ambroſius.eaſq; naturali quodā tēperamēto ſui corporis uim pa
buli nocentis euitare. ορτυξ græce uocatur ea auicula.& dux eaꝝ ορτυγομητρα. quia coturnicibus ſit uelu Ortygome
ti ꝓfinitor:& qui modū menſuráq; eis adhibet.uulgo illū regē qualeaꝝ noīant.Verſus aūt hic hyꝑmeter eſt.abū- tra.
dat.n.ei una ſyllaba:q̄ in libratione v̄ſus cū ſeq̄nti a uocali incipiēte iungitur.ut apud Virg. Aut dulcis muſti uul
cano decoqt humorē & foliis undā &c. Agnellū.hædillū.& uitellum.diminutiua ſunt ab agno:hedo: & uitu-
lo. Auriculas.exteriores aurium partes auriculas uocamus:ut diximus in uocabulario noſtro:hoc eſt cartilagi Auricula.
nem illā auriā foraminibus circūadiacentē:quā ꝓhendere ambabus manibus hinc & inde ſolent : qui audiora:
& dulciora oſcula figere uolunt.qḋ enim in ſcholis lectum ē:aures hoīum eſſe:auriculas uero reliquoꝝ:uel hoc
ipſo loco refellitur. Cōpara.cōiunge. Ni genua cōfricātur.niſi mihi genua attrectās ſupplicaueris. Sunt.n.
genua miſericordiæ dicata qḋ ideo factum uidetur:qa ex plynii autoritate:his uitalitas ineſt.ꝓp qḋ quū ab ali- Genua mi
quo īpetrare:qcq̄ cupimus ei ſupplicātes:genua tāgimus & attrectamus:ut apud Virg.achemenides:genua am- ſericor-
plexus:genibuſq; uolutās hærebat.Nā qḋ ait Sarracenus īterpres:ni geniculāti mihi ſupplicaueris ad ueꝝ ſen- diæ dicata.
ſum accedere non uidetur.qḋ patet ex ſeq̄ntibus:quū ait.Quiduis?egeſtas īperat:fricentur.porro a genibus fit Ingenicu-
geniculatus & geniculatim aduerbium. Ply.caule cubitali geniculato.& ingeniculare v̄bum priſcum:quo higi- lare.
nus utitur.hinc ſydus id cæleſte ingeniculus uocatur:græce autem Engonaſis.& Genualia munimēta ſeu tegu Ingenicu-
menta genuum dicuntur Ouidius metamor.lib.x. poplitibus fuerant picto genualia limbo. Redime iſthoc lus.
beneficio te ab hoc.innuit philænium:cuius hæc uerba ſunt:leonidam libertatem ab argyrippo conſecuturum Genualia.
ſi argentum ei dederit.atq; illum ſemper obſequentiſſimum habiturum.

tus enim: ut in uocabulario noſtro diximus: idē ꝓprie ē: q & feles. quē ut uulgo Catū appellāt. catulus aūt ꝓprie cati filiū ſignificat: pp ſagacitate. unde Varro: Catulus inqt a ſagaci ſenſu: & acuto. hinc canis. Catuli tñ & feraꝝ oium filii appellātur: ſ ue imaniū: ſiue mitiū. ꝓpterea de colubro Virgi. dixit: Catulos tectis: aut oua relinquens. Catulus. Et Ply. Simiæ inqt geſtāt catulos: quos māſuefactæ intra domos peperere. Idē de tigride. Raptor appropinquāte tigridis fremitu: abiicit unū ex catulis. Idē. Murū quoq; catuli oſtentū faciūt. Sed & Delphinū: & lacertaꝝ: ac cæteroꝝ ſerpētiū filii: Catuli appellātur. & Catulus ꝓ cane accipitur. Apuleius Catulos ſ. cum ducēs uenaticos atq; Catellus. ſagaces. & catulus genus ē quoddā uiculi: qd interdū canis appellatur Plautus faciā te delicatū: catulo ut accubes ferreo.

Hirundínem. monedulā: putillum paſſericulum.
Fac pro ſerpentem beſtiam me: duplicem ut habeam línguam.
Circundato me brachiis: meumq; collum circūplecte.
Ar. Ten complectatur carnifex? Li. q̄ uero indignus uideor.
Næ tu næ iſtuc nequicq̄ dixis tam indignum in me dictum:
Veches pol hodie me: ſiquidem hoc argentum ferre ſperes.
Ar. Ten ego ueham? Li. tun hoc a me feras aliter argentum:
Ar. Peri hercle. uerum ſi decorum ē quidem herum uehere ſeruom:
Inſcende. Li. ſic iſthic ſolent ſuperbi ſubdomari.
Aſta igitur ut conſuetus es puer olim. ſcis ut dicam.
Hem ſic: abi: laudo. nec te equo magis eſt equus ullus ſapiens.
Ar. Inſcende actutum. Li. ego fecero: hem quid iſtuc? ut tu incedis?
Demam hercle tibi iam de ordeo: tollutim ni badizas.

Hirū dinem. Notiſſima auicula ē: q̄ nidificat intra tecta alio noie ꝓgnes appellata. Scribit Ply. lib. x. Thebaꝝ tecta hirūdines nō ſubire: qm̄ urbs illa ſæpius capta fuerit: nec nō Biziæ in thracia: pp ſcelera terei. Ariſtoteles lib. ix. de aialibus multa nō indigna refert de huius auiculæ nidificatiōe: pulloꝝq; educatiōe. Ab hac Chelido Hirundo. Chelidonia herba. niā herbā noiatā: ac mōſtratā hoi referūt. Χελιδὼν eni auis ipſa græce appellatur: quā chelidonia herba ꝓdicta oculis pulloꝝ in nido uiſum reſtituere autumāt: etiā erutis. Monedulā. Auis hæc Graculus quoq; dicitur: nota uulgo: & cornici ſimilis. Huic ſoli aui furacitas auri & argēti mira ē: ꝓpterea & monedula. dicta ē: qſi monetula: a furādis monetis. Monedula Putillū paſſericulū. niſi paſſericulu ſcribatur: vſus claudicabit ideo addēdā i litterā ī medio curauimus: qd interꝑtes noſtri nō uiderūt. putillū aūt ꝓ puſillo interꝑtādū cēſemus. t. eni & s. ſibi inuicē cedūt. puſillus uero: & puſilla a puſo & puſa deriuātur. nā ueteres puſum & puſam ꝓ puero & puella uſurpabāt. Putillus. puſillus. Puſus. puſa. Paſſerculus demū: & paſſericulus diminutiua ſunt a paſſere: q̄ auicula ē miræ ſalacitatis: & ꝓpterea breuiſſimæ uitæ: uñ a patior uerbo deriuari putāt: qa ob eā ſalacitatē comitialē morbū patiatur. mares ut Ply. ait: negatur anno diutius durare: fœminas uiuatiores eē. Paſſerculus. Fac ꝓ ſerpentē beſtiā me. i. ita me oſculare: ut lingua tua ori meo īſeratur: & tūc duplicē ego habeā linguā quēadmodū ſerpētes habere uidētur. Nā ſerpēs tā celeriter liguā mouet: ut duplicē habere uideatur. Paſſer. Proſerpētē beſtiā. i. lōge ſerpētē. ꝓſerpere ē porro: hoc ē lōge ſerpere. ſenſus ē fac ut ego uidear ſerpēs eē: q duplicē linguā habere uidetur. Proſerpere Circūdato me brachiis. meūq; collū circūplecte. ita ſcribi debet vſus. metri neceſſitate. aliter. n. nō cōſiſteret. circūdatoq;: & nō circūdator ex codi. antiqs: & recta latinitate ſcribēdū ē. circūplecte aūt in actiua uoce poeta: ut alias ſæpe: uſus ē. Næ tu: ne iſtuc neqcq̄ dixis tā indignū ī me dictū. Metri neceſſitas cogit: ut ita vſus ſcribatur: q aliter nō cōſtaret. ſed & ſniæ cōgruitas. primū aūt næ: diphthōgo ſcribendū ē: & ē iurātis: ſeu cōfirmātis. ſecūdū aūt ꝓhibētis. hic ſenſus. ꝑfecto: ut tu nō hæc vba ꝓtuleris icaſſum: & ſine pœna: hoc ē: Ten cōplectatur carnifex? Dixis ꝓ dixeris. Veches pol hodie me. tanq̄ equus. hinc argyrippi nomē Adoleſcēti inditū: qa ob argētū habēdū: ſeruū uehere coactus ē: & eq uicē ſubire. ut ſupius dictū ē.

Tun hoc a me feras aliter argētū? Ita ſcribendū eſt ut vſus īteger ſit. aliter. n. nō cōſiſteret. Veꝝ ſi decoꝝ ē qdē: herū uehere ſeruū. Nec aliter hic ſcribēdus ē. ut rectis pedibus icedat: ſed hæc interꝑtes ꝓdicti nō uiderūt: nullā carminis legē tenentes. Sic iſthic ſolēt. Scribendū cēſuimus iſthic. hoc eſt ī iſtis regiōibus. ut uulgo dici ſolet. & nō iſthuc: ut legit Pius: ſine ullo recto ſenſu. neq; iſthūc. ſ. modū ut Sarrace. cōtra rectā loqndi normā. Senſus eſt. ſic ſolent caſtigari & domari ſupbi ī his regiōibus: ut. ſ. ego te domare uolo: & cogere ad me uehendū. qa in me arrogāter locutus es. Vt cōſuetus es puer olim. occulta ſubeſt obſcœnitas. ac ſi dicat: fac te q̄drupedem: ut cōſuetus es: quū puer eſſes. Scis ut dicā. legendū eſt ſcis. & nō ſcin: qa vſus rō nō patitur ſcin. q̄ ſyllaba breuis eſſet: quū lōga debeatur. Hem qd iſtuc eſt. tollenda fuit dictio eſt quā vſus rō nō patitur: q̄q̄ ſubaudiendū vbū eſt oīno ſit.

Vt tu incedis? Interrogatiue ꝓferendū. i. quo mō incedis? Et icedis ſcribēdū eſt. ex codicibus antiqs: & ſniæ congruitate. nō ut tu uideis. neq; ut tu uideſis. neq; ut tu fideis: ut hariolatur Pius interꝑs. Nā argyrippus ſublato litano in tergū cœpat uelocius ac par ē prudenter gradiēs illū agitare. Demā hercle tibi iā de ordeo. tibi addendū fuit: metri neceſſitate. Minui aūt ſolet interdū eqs pabulū: ut māſuetiores & pacaciores reddātur. Ni badizas. niſi eas: ſubiūctiui eſt modi. nō ꝑntis. a græco in latinū deflexū vbū. declinatur. n. græce βαδίζω εισ. & ſic apud nos ꝑ tertiā īflexionē. badizo. is. ut lego. is. Tollutim. gradatim. uolubiliter. uolutim. ita exponit Nonius: hūc locū citās. Et īde Tollutiloqntia. i. uolubilis locutio a neuio appellatur: eodē nonio autore. Sed & Varro in teſtē ab illo adductus inqt: ſed ut equus: q ad uehēdū eſt natus: tñ hic traditur magiſtro: ut eqſo doceat tollutim: eqſonē idē Non. equoꝝ moderatorē dixi: & quēcūq; aliū: cui regimē cōceditur cuiuſlibet rei. Ab hoc autē Tollutim. Tollutiloquentia. Equiſo.

Mala opera partæ.acqsitæ dolo malo. Noctē huius.nā priorē noctē:& cœnā cū philænio sibi popoſcerat ſenex. Amores noſtros iā diſpulſos cōpulit.hoc dicit:qa iā amicā pdiderat:defectu pecuniæ:quā dare illi non poterat. Cōpulit cōgregauit.& in unū reſtituit.Virg.cōpulerātq greges corydon & thyrſis in unū alias cōpellere eſt cogere Quintil.Sæuire.n.in cū ſceleris atrocitate cōpulſus eſt. Cōpellere. Patrē ne hāc.hūc finē huius uerſus cenſe-mus.Sequentē aūt ſic ſcribi debere. Amplexari tuū?& interpoſita Argyrippi pſona ſic addendū:Quid uis?hoc faciet facile ut patiar.Hic aūt uerſus.ad.xvi.lineā ſeqntis ſcænæ:ſcriptorū errore:ut exiſtimamus:ſcriptus erat.& ibi pfecto ſupfluens.hic aūt commodus & aptus.Senſus eſt apertus:inter loqnte leonida:q audierat argyrippū litano dicētē. Iube aduenire qſo.& cætera.ac ſi diceret leonidas: pati ne poteris: patrē tuū hanc amplexari?uel honeſtum ne fuerit:patrē tuū eā amplexari: quam tu tibi amicā habeas?uñ rñdet argyrippus: Quid uis?ſcilicet me facere. Hoc faciet.hæc argenti cōmoditas:quā mihi ad cōparandam amicā pſtat: faciet: ut facile patiar & cōcedā primā illi noctē & cœnā o leonida. Curre obſecro.hoc ad litanū dictū eſt:unde ille rñdet. Iādudū intus eſt. Hac qdē non uenit angiporto. hac.ſ. uia.nō uenit inqt hac uia. Angiporto.i.p angiportū.dicitur Angiportus quarte & maſculini genere.& Angiportū ſecūdæ inflexiōis:& neutro genere.& ſignificat uicū anguſtū ut Angiportus.uel Angiportū

Li. Hic inerunt uiginti minæ bonæ mala opera partæ.
Has tibi nos pactis legibus dare iuſſit.**Ar.**quid id eſt quæſo?
Li. Noctem huius & cœnam ſibi ut dares.**Ar.** iube aduenire.
Quæſo meritiſſimo eius quæ uolet faciemus:qui hoſce.
Amores noſtros iam diſpulſos compulit.**Le.**patrem ne hanc.
Amplexari tuum?**Ar.**Quid uis?hoc faciet facile:ut patiar.
Leonida.curre obſecro:patrem huc orato ut ueniat.
Li. Iandudum eſt intus.hac quidem non uenit angiporto.
Illac per ortum circuiuit clam:ne quis ſe uideret
Huc ire familiarium:ne uxor reſciſcat metuit.
De argento enim ſi mater tua ſciat ut factum ſit.**Ar.**eia.
Benedicite:ite intro cito.ualete.**Le.**& uos amate.

Diabolus. Adoleſcens. Paraſitus.

Dia. Agedum iſtum oſtende quem cōſcripſiſti ſyngraphum.
Inter me & amicam & lenam.leges perlege.
Nam tu poeta es prorſus ad eam rem unicus.
Par. Horreſcet faxo lena leges quum audiet.
Dia. Age quæſo mi hercle tranſlege.**Pa.**audin?**Di.**audio.
Par. Diabolus filius niclauci cleretæ.
Lenæ dedit dono argenti uiginti mnas

Seruius ait: Terētius.Id qdē angiportū nō eſt puiū.Idē in phor. ſed hinc.cōcedā in angiportū hūc deſertū.Plautus in ciſtellaria.puellā piectā ex angiportu ſuſtuli. Horatius Flebis in ſolo leuis angiportu.ubi Acron dicit. Angiportū alii dicūt Vicū ſine exitu:qſi in loco deſerto:& ſine cōuētu:ubi flexura eēt.alii uicū anguſtū & flexuoſum in modū anguis:uel ipſo ſecreto ſerpentibus tutū:qſi anguibus portū.Donatus Angiportū uicū nō puiū:uel anguſtā & curuā uiā inqt. Varro Angiportū dictū ait:qa ſit anguſtū.ab angendo:& portu. Illac p ortū circuiuit. Circuiuit ex codi.antiqs ſcribendū eſt:& ex ſniæ cōcinnitate magis.n.decet:ut pti ſit tpis:q̄ pntis:quū dixerit ſupra.Iādudū eſt itus. Neqs ſe uideret.Videret ſcribēdū eſt ex codi.etiā antiqs.& nō uiderit:ut legūt Pius & Sarrace.interpretes:cōtra metri legē:nō.n.cōſtare pōt uerſus:ſi uiderit legas.uideret aūt uel a uideo ſecūdæ coniugationis:uel a uideo tertiæ deduci pōt.ut a feruo ferueret.a ſono ſoneret:quod qdē hic magis cōuenire uidetur.q̄ ſi ſecūdæ facias cōiugationis. Reſciſcat.ut ſuperius dictū eſt:reſciſcere ſignificat rē poſtq̄ geſta ſit tanq̄ inſperatā & inopinatā cognoſcere. Rescire. De argēto.n.ſi mater tua ſciat ut factū ſit.ita ſcribēdū eē uerſum arbitramur:metri & ſniæ cōgruitate.& ſubaudiendū uerbū.p apoſiopeſin.n.dictū eſt.quaſi dicat:iraſceretur:& illū domi male haberet.Vnde argyrippus reſpōdet. Eia benedicite.ac ſi diceret:ne nobis tantū mali auguremini.

AGedū iſtū oſtende quē cōſcripſiſti ſyngraphū. Trimeter uerſus eſt huius ſcenæ.Sex pedes nactus.Dū Argyrippus in ueniundo argento ſtudet:& a leonida & litano deluditur:Interea Diabolus quidā niclauci filius adoleſcēs:eiuſdē philænii amore captus cū cleretā eius matre & lena cōuenerat:ut traditis ſibi.xx.minis:philænio annum ppetuū potiretur.& ne ullæ captiones intercedere poſſent:cū paraſito Syngraphū cōpoſuerat:quo cōtinerentur leges:qbus enim totū annū mulier ſibi ſeruire obſtricta eſſet.Igitur Diabulus iſte adoleſcens ſibi oſtendi ac legi ſyngraphū iubet p paraſitū. Agedū.aduerbiū hortantis ē:quēadmodū age age modo.Eia age. Agedum. Syngraphū.Chirographū.de quo ſuperius diximus. Poeta.factor.fictor.inuentor.hoc enim poetæ ppriū eſt.fingere Poeta. ſcilicet.formare.facere.quū a græco uerbo ποιέω deriuetur.Et inde poema:& poeſis:fictio & opus ipſum poetæ appellatur. Poema. Mi hercle tranſlege.Mi pro mihi poſitū eſt.tranſlege inquit & per lege mihi has leges:quas Syngrapho cōcluſiſti. Mi p mihi Diabolus filius niclauci.hoc eſt Syngraphi initiū.Et ita ſcribi debet.metri neceſſitate.non niclauci filius:quia uerſus claudicaret. Viginti mnas.ita ſcribi lex carminis cogit:ut ſit actūs græcus:non mi-

Philænium ut ſecum eſſet noctes & dies
Hunc annum totum. Di. neq; cum quiq̃ alio quidem.
Pa. Addone? Di. adde. ut ſcribas uide: plane: & probe.
Pa. Alienum hominem intromittat ad ſe neminem.
Quod illa aut amicum ſibi: aut patronum nominet.
Aut quod amica illum ſibi amatorem prædicet.
Fores occluſæ uiris omnibus ſint: niſi tibi
In foribus occupatam ſcribat eſſe ſe.
Aut quod illa dicat peregre allatam epiſtolam:
Ne epiſtola quidem ulla ſit in totis ædibus.
Nec cerata adeo tabula: & ſi qua inutilis
Pictura ſit: eam uendat: ni quadriduo eam
Abalienarit: quo ex te argentum accæperit:
Tuus arbitratus ſit: comburas ſi uelis.
Neq; illic ſit cera: ubi facere poſſit litteras.
Vocet conuiuam neminem: illam tu uoces.
Ad ſocium ne quem illa oculos adiiciat ſuos.
Si quem alium aſpexit: cæca continuo ſiet.
Tecum una poſtea æque pocula potitet.
Adſtet: accipiat: tibi propinet: tu bibas:

nas. quia ſyllaba una ſupfluerct: id quod neq; Pius: neq; Sarrace. ĩterpretes uiderũt. Cũ quiquã. Pro cũ quoq̃. Ablatiui caſus eſt. Alienũ hoiem intromittat ad ſe neminẽ. ita ſcribẽdus eſt uerſus. & addendũ fuit ad ſe. metri neceſſitate: & ſniæ cõcinnitate. Quod illa aut amicũ ſibi: aut patronũ nominet. ita ſcribẽdus & hic uerſus ẽ: ut integer pedibus: & ſenſu ſit niſi. n. ſibi adiicias: mancus ſit uerſus. niſi ꝑ neminẽ nominet ſupponas: ſenſus nullus rectus elici põt. Aut ꝙ amica illũ ſibi amatorẽ ꝑdicet. hic quoq; uerſus ita ſcribẽdus ẽ. eadẽ metri: & ſniæ neceſſitate. Fores occluſæ uiris oĩbus ſint: niſi tibi. hunc pariter uerſui: niſi uiris adiicias: pes unus defuerit. quã quidẽ dictionẽ ſenſus optime patitur. Et eſt hoꝝ triũ uerſuum ſenſus idẽ: q & ꝑcedẽtis: hoc eſt ne quenq̃ aliũ uirũ recipiat: niſi diabolũ. neq; ei ſatis cauſæ ſit: ꝙ dicat aut amicum ſibi eẽ: aut patronũ: aut amatorẽ: q̃nq̃ aliũ. Supplendũ. n. eſt uerbũ: uel nõ ꝓſit: uel nõ ſufficiat: uel quid tale. In foribus occupatã ſcribat eſſe ſe. hũc quoq; uerſum ita ſcribi cogit metri rõ. nã aliter nõ cõſiſteret. Et occupatã utiq; ex codi. antiqs: nõ occupatũ ſcribendũ eſt: ut Pius garrit: mera deliria ꝓfundẽs. Patrẽ hãc amplexari tuum. hoc eſt carmen: quod in ſuperiore ſcæna notauimus: ibi & nõ hic ſcribẽdum. ſuperfluit enim hoc loco. & illic apte inſeritur: ut ibi diximus: quod interpretes noſtri Plautini nõ concæperunt. Aut ꝙ illa dicat ꝑegre allatũ epiſtolã. Vult etiã: ut puella nõ recipiat epiſtolã alicuius: nedũ uiꝝ quẽq̃: & q̃a fingere poſſet hmõi epiſtolã ꝑegre ſibi allatã: hoc ẽ: ex lõginqs ꝑtibus: hãc epiſtolæ recæptionem fieri uetat. & ne ullus ſcrupulus iteruenire poſſit: utrũ ꝑegre: uel aliunde: aut alio mõ ad eã ꝑuenerit: nullã epiſtolam uult eẽ in tota domo. In totis ædibus. totis addendũ fuit: ut u̇ſus mutilus ĩteger redderetur: & ẽt ex ſniæ cõcinnitate. Nec cerata adeo tabula. nec ſcribẽdũ ẽ. ex codi. antiqs. & nõ ne. qd & ſenſui magis cõſonat. Cerata. ſcimus. n. antiquos in ceratis tabulis ſtilo ſcriptitaſſe: an̄ papyri: & carthæ uſum. Inutilis pictura. Imagines itelligit cubiculares: qbus antiq delectabãtur: eas ĩ cubiculis colẽtes: inutilẽ aũt dixiſſe uidetur ut q̃ dianæ: uel palladis eſſet: q̃ in ꝑpetua uirginitate mãſerunt hæ nãq; imagines in meretricis domo inutiles & ueluti ſupfluæ uidẽtur. Ni quadriduo eã. adiiciẽdũ fuit eã: ad uerſus integritatẽ. nã aliter claudicaret. Quo ex te argẽtũ accæperit. Quo ſcribẽdũ ẽ: ex codi. antiqs: & ſniæ cõcinnitate. & exponẽdũ: quo pro ex quo nõ aut qd: ut legũt Pius & Sarrace. ignari interꝑtes. Tuus arbitratus ſit. inſanit & hoc loco Pius interꝑs. ut ſæpe alias: dicẽs: ſe legere tui arbitratus. i. tui arbitrii: in tua ſcilicet ꝑtãte poſitũ ſit: referens uidelicet ad argẽtũ. qd eſt abſurdiſſimũ: Seqtur. n. cõburas ſi uelis argẽtũ aũt cõburi nõ ſolet. ſed illũ decipit dictio illa qd: quã ad argentum referri putat. Nos aũt ſenſum hũc recognoſcimus: Niſi intra q̃driduũ ex quo argẽtũ mulier a te accæperit: picturã illã inutilẽ abalienarit: Tuus arbitratus ſit. i. tuum arbitriũ: & tua uoluntas ſit in ea. cõburas picturã illã: ſi uelis. arbitratus aũt ſubſtantiuæ hoc loco poſitum cenſemus. & codices oẽs antiqui: & noui habẽt tuus. nõ tui. Neq; illic ſit cera. illic. i. in ædibus. & ita habẽt antiq codices nõ aũt. Ne ulla ſit cera: ut legũt iã dicti iterꝑtes: cõtra legẽ carminis. ꝑ hoc autẽ cauere uidetur: ne puella poſſit ipſa ſcribere litteras. nam quod ſuperius dixit. nec cerata adeo tabula: ad tabellas aliena manu ſcriptas referri par eſt. Ad ſocium ne quẽ illa oculos adiiciat ſuos. hunc nos uerſum: & metri ratione ita exigente: & ſniæ concinnitate: hoc modo ſcribendum cenſuimus. ut pro forum: quod perperã in omnibus ferme codicibus legebatur: ſine ullo recto ſenſu: Socium ſupponatur: & ſit genitiuus pluralis ꝑ ſyncopã ꝓ platus: ꝑ ſocioꝝ. hoc ſenſu: quũ tu illã uocabis: illa ne adiiciat oculos ſuos ad quẽ pro aliquẽ ſocioꝝ: quos. ſ. tu cõuiuas adhibueris tibi. Illa oculos. illa adiiciendũ fuit. metri neceſſitate: ut diximus: ſup qbus oĩbus eruditorũ

Propino. iudiciũ nõ refugimus. Aſpexit. pro aſpexerit. Propinet. Propinare. ẽ ꝓprie prægustato leuiter uino: poculũ

alteri offerre: q uæ cõsuetudo initiũ habuit a principibus græciæ: qui solẽni die: quem philothesiã uocãt: miscere aureis & argenteis poculis uina solebant: quæ e manu gestantiũ sumentes ori parũper admouebãt: Deinde alteri quẽ uellent offerrebãt ingens hoc argumentũ beniuolẽtiæ existimãtes. Sic apud Virg. Dido. prima libato summotenus attigit ore. tũ bytiæ dedit increpitãs. ille impiger hausit Spu. pat. & pleno se pl. auro. quãq̃ postea factũ est: ut ꝓpinare ꝓ cõportare: & cibũ extraordinariũ cũ amicis sumere accipiatur. dicitur aũt propino a πρo qd est ante. & πιvω bibo. Ne illa minus aut plus q̃ tu sapiat. hũc quoq; locũ P. ius ille tam prodigus sensuũ enucleator: ut sibi q̃dem uidetur: puer se itellexit: dicens: Negatiue ne positũ. indoctã puellã similiter optat epigramaticus poeta. Nõ. n. negatiue positũ ẽ ne. neq; sapiat: p sciat: ut iste interpres accepisse se ondit. sed cõnaliter positũ est ne: p ut nõ: & sapiat p oleat. hoc est: ne illa minus q̃ tu uinũ oleat. Ab sese segreget. sese duplicatũ scribendũ est: metri necessitate. & nõ simplex: quia pes unus v̾sui deficeret. Segreget. Amoueat. ita ut nullã male de se suspicãdi causam præbeat. Neq; illhæc ulli pede hoi pedẽ p̃mat. hæc expositio est coꝝ: quæ suspicionẽ afferre possent. Et uersus ita scribẽdus est. & nõ pede pedẽ hoi p̃mat. qa claudicaret. ordo est. Quũ surget: a mẽsa. s. & cõuiuio: neq; p̃mat pedẽ ulli hoi pede suo: neq; inscendat in lectũ proximũ & reliqua. Et scribendũ est. neq; inscendat in lectũ. nõ aũt. neq; in lectũ inscẽdat. qa pes unus uersui deficeret.

Ne illa minus: aut plus. q̃ tu sapiat. Di. satis placet.
Pa. Suspiciones omnes ab sese segreget.
Neq; illhæc ulli pede homini pedem premat:
Q uum surget: neq; inscendat in lectum proximum.
Neq; quum discedet inde: det cuiq̃ manum.
Spectandum ne cuiq̃ annulum det: neque roget.
Talos ne cuiq̃ admoueat homini: nisi tibi.
Q uum iaciat te ne dicat. nomen nominet.
Deam sibi inuocet quam libeat propiciam.
Deum nullum. si magis religiosa fuerit:
Tibi dicat. tu pro illa ores ut sit propicius.
Neq; illa ulli homini nutet: nictet: annuat:
Post id si lucerna extincta sit: ne quid sui
Membri commoueat quicq̃ in tenebris. Di. optumum est.
Ita scilicet facturam. uerum in cubiculo
Deme istuc: equidem illam moueri gestio.
Nolo illam habere causam: & uotitam dicere.

Neq; quũ discedet inde. discedet scribendũ est: ex codi. antiq̃s: & rectiore sensu. nõ descendet. Spectãdũ ne cui quã annulũ det. Cuiq̃ scribẽdũ est. metri necessitate. nõ cui. qa pes unus deficeret v̾sui. Sensus ẽ. neq; det cuiquã annulũ suũ spectãdu. neq; ab alio roget annulũ illius: quẽ ipsa spectet. nã in spectãdis hmõi annulis multa amatoria v̾ba & signa interuenire solẽt. Talos ne cuiquã admoueat hoi nisi tibi. Ita scribẽdus ẽ uersus. metri rõne cogẽte. nã si: hoi admoueat legas. uersus claudicabit. uult ut nõ lusitet cũ quoq̃ alio: nisi cũ diabolo. Solẽt qui in aleæ ludo v̾santur: quũ ipsi talos iecerint: illos manu apphẽsos sociis ludẽtibus admouere: hoc est ꝑbere: & aũ illos sistere: ut ipsi porro iaciãt. De talis in curculione abunde dicetur. iccirco de illis hoc loco dicere supsedimus. Te, ne dicat. quũ talos iaciebãt: suos amores plærunq; inuocare soliti erãt. unde inferius Demænetus senex talos iaciens: Te philæniũ mihi: atq; uxori mortẽ inq̃t. Nũc igitur id maxime curat parasitus in syngrapho cõscripto: ut mulier talos iaciẽs: nõ ambigue & ꝑplexe loq̃tur. & si inuocare, quenq̃ cupiat: nõ dicat solũ: te: hoc ẽ te iuoco: sed noiet nomẽ illius quẽ inuocabit. nã si simpliciter te diceret: intelligere posset argyrippũ: uel aliũ quẽpiã sibi amatũ: & nõ diabolũ. Deam sibi inuocet. Quia nõ semp amores suos: sed interdũ deos aut deas etiã inuocabãt: ut in curculione parasitus inuocat almã nutricẽ suã hoc est saturitatẽ: & deã satietatis: Ideo etiã in hoc cauẽs diabolo hero suo parasitus: & deos si quos puella inuocaret suspectos hñs: nedũ hoies: uetat ne in iaciẽdis talis: deos etiã mares sibi iuocet. tantũ pmittẽs: ut deas noiet: atq; in auxiliũ uocet. q si deũ quẽpiã marẽ religiosius coleret: ut fieri cõsueuit: nã sunt q magis herculẽ: q̃ cererẽ: magis iouẽ: q̃ iunonẽ deuote colant & religiose: eo casu uult: ut puella diabolo dicat: se cultricem illius dei esse: quicunq; is fuerit: & ipse pro illa oret illũ deũ: ut sit ꝓpicius in iaciẽdis talis. Nutet: nictet: annuat. Differentiã horũ uerboꝝ Noñ. annotauit: ut Nutare sit capitis. Annuere uel inuere, nariũ uel labioꝝ. Nictare oculoꝝ. Festus aũt Nictare & oculoꝝ & alioꝝ membroꝝ nisu sæpe aliq̃d conari dixit. & nictationẽ: & nictũ inde deduci. Mẽbri cõmoueat. Delenda est dictio sui: quæ iteꝝ inter hæc duo uerba a scripta erat: uti superfluẽs. per hoc aũt: uetat: ne si forte lucerna extingueretur noctis tẽpore: puella surgat ad illã accẽdẽdã: ne inter eundũ: in aliquẽ aliũ uirũ incideret: q eã in suũ usum cõuerteret. Ne quid sui. ordo est ne cõmoueat q̃d quicq̃ sui mẽbri. duas. n. illas dictiones quid & quicq̃: p una tantũ posuisse uidetur. hoc est nihil sui mẽbri cõmoueat in tenebris. Deme istuc. excipere istud in cubiculo. scilicet: ne q̃d sui mẽbri cõmoueat. Gestio. cupio. Nolo illã habere causam. & non nolo habere illã causam. quia uersus nõ cõsisteret. Et uotitam dicere. Marcellus uotitum inq̃t: ueteres religiõe aliqua ꝓhibitũ: uel interdictũ dici uoluisse: citans hunc locum. uotitam igitur. i. prohibitã. ordo est. nolo illam

Taloꝝ ludi cõsuetudo.

Nuto.
Nicto. as. nictus. & nictatio.
Annuo.

Votitus.

habere cám:se nõ mouendi scilicet. & dicere:se uotitã:hoc est ꝓhibitam fuisse. Captiões. deceptiões.laqueos.

Perplexibile. Perplexum.

Audi núc reliqua:addẽda fuit dictio núc.qa vˢsus aliter nõ cõstaret. Perplexabile pplexum:intortũ figuratũ: ꝙ aliud audiatur:aliud sentiatur.ut' exponit.Noni.húc locũ citãs.Dicimus etiá pplexale:& aduerbialiter pplexabiliter.sed & pplexim ꝑ perplexe:ut idem.Noñ.ingt. Nisi attica.nisi græca. Ne sic tussiat.dicimus tussio.is. quartæ inflexiõis.Mar.Iá secura potes totis tussire diebus. Quod illa aút simulet.ita legendus est vˢsus:ex codicibus oibus antiquis & nouis:recto sensu:& metri rõne.nõ:qd illa haud simulet:ut corrigit Pius:cõtra oẽm bonũ sensum.est.n.argumẽtum ad iá dicta:& solutio.Ná quũ dixerit.Nolle illam sic tussire ut cuiq̃ linguá in tussiendo ꝓferat:subdit uerũ si illa simularet:quasi grauedo & distillatio:aut pituita ꝓflueret. Hoc.i.pp hoc. Ne sic faciat.i.ne linguá exerat & ꝓferat. Tu labellũ abstergeas.tu potius abstergas ei labellũ:q̃ patiaris:ut illa saliuum suũ alicui faciat palá. Dicimus abstergo.is. tertiæ.& abstergeo.es secúdæ inflexiõis. Potius q̃ cuiq̃ illa saliuũ: illa addendũ fuit:metri necessitate. uersus enim mutilus fuisset.

Abstergeo.

Nec ulli uerbo.habẽt.n.hoc utrũq; præcipuum lenæ:ut bibaces:& loquaces multũ sint. Si dixerit.male scilicet.

Pa. Scio.captiones metuis.Di.uerum. Pa.ergo ut iubes
Tollam.Di.quid ni?Pa.audi núc reliqua. Di.loquere.audio.
Pa. Neq; ullum uerbum faciat perplexabile:
Neq; ulla lingua sciat loqui nisi attica.
Forte si tussire occœpsit:ne sic tussiat:
Vt cuiq̃ linguam in tussiendo proferat.
Quod illa autem simulet quasi grauedo profluat:
Hoc ne sic faciat:tu labellum abstergeas
Potius:q̃ cuiq̃ illa saliuum faciat palam.
Nec mater lena ad uinum accedat interim.
Nec ulli uerbo male dicat.si dixerit:
Hæc multa ei esto.uino uiginti dies
Vt careat.Di.pulchre scripsti scitum syngraphum.
Pa. Tum si coronas:serta:unguenta iusserit
Ancillam suam ferre ueneri:aut cupidini:
Tuus obseruet ueneri ne eas detran uiro.
Si forte puras uelle habere dixerit.
Tot noctes reddat spurcas quot puras habuerit.

Multa. Coronæ. Serta. Coronæ militares. Aurũ coronarium.

Multa.pœna:quam Seruius specialem peccati animaduersionem dicit.& proprie pecuniaria est.De qua:& uerbo multare in Amphitryone diximus. Pulchre scripsti scitum syngraphum. laudat diabolus diligentiá parasiti:in cõscribendo syngrapho. Scripsti.pro scripsisti.ná nõ placet qd plurimi hñt codices:scriptis:qa id sine ullo recto sensu ẽ. scripsti aút apte & apposite legitur. Coronas:serta.idem uidetur ꝑ duo uocabula dictum.nam Coronæ:& serta idem ferme sunt:nisi ꝙ Serta ab inserendis.i.contexendis floribus aut frondibus appellantur:Coronæ autẽ ut festus inquit:uel a choro græco uocabulo deducuntur: quãq̃ aspiratione careat uel ex eo ꝙ honorẽt illos:quibus imponũtur. Coronas militares multifarias esse scribit Gellius:quinto noct.att.capite. vi. Nobilissimas autem Triũphalem.obsidionalẽ. Ciuicá. Muralẽ. Castrensem. Naualẽ.oualẽ. & oleaginá. & Triũphalẽ qdem aureá:quæ imperatoribus ob honorẽ triũphi mittitur:qd unlgo aurũ coronariũ dicitur.háccq; antiquitus e lauro fieri solitá.post ex auro cœptá. Obsidionalẽ:quá liberati obsidiõe dãt Duci:q eos liberauit:quæ e gramine fiebat.qd i u eo loco natũ erat:intra quẽ clausi fuissent. Ciuicam:quá ciuis ciui:a quo seruatus esset in ꝓlio testẽ uitæ salutisq; ꝑceptæ dabat:& hæc e fronde querna fiebat: qm̃ antigtus cibus uictusq; e quercu capi solitus sit:uel ex ilice:quod genus superiori ꝓximũ ẽ.& ilignea uocabatur. Muralẽ: qua donabatur ab imperatore:qui primus murũ subiisset.& in hostiũ oppidũ per uim ascendisset.idcirco quasi muri pinnis decorata est. Castrensem:qua donabatur ab imperatore qui primus hostium castra per uim introiisset. & hæc insigne ualli habebat. Naualem qua donari solebat maritimo prælio:qui primus in hostium nauem ui armatus transiliisset. & hæc quasi nauium rostris insignita erat. Et Muralis autem: & castrensis: & naualis:fieri ex auro solebát.oualẽ myrteá eẽ:qua utebátur impatores:q ouátes urbẽ introirẽt:& nõ triũphátes. Oleaginá: qua uti solerẽt:q in ꝓlio nõ fuissent:sed triũphũ ꝓcurarẽt. Ancillá suá.suá addi & vˢsus necessitas:& sniæ integritas reqrit.nõ.n.cõstaret vˢsus.sed uno pede mancus incederet.& seqñs uersus suá ascribi oportere indicat:quũ inqt.Tuus obseruet &c:ubi. Tuus obseruet scribẽdũ quoq; ẽ:eadẽ rõne metri.& subaudiẽdũ seruus:ut sit contrariũ supioris:hoc ẽ:ancillæ suæ. Si forte puras.puras scribẽdũ ẽ.ex codi.antiqs:& meliori sensus itellectu. Est aút sensus.si forte illa uellet a cõplexu tuo abstinere:& sic puras & nõ fœdatas noctes aliquas habere:reddat deinde tibi totidẽ noctes spurcas:& amissas operas resarciat. Spurcas.ĩpuras. Spurcũ a uerbo spuo deductũ nomen plura significat:ut notat Noñ.& ꝑprie ĩpuꝶ:obscœnũ:& luculẽtũ:ut hic. Aliqñ fetidũ. Plautus ĩ menæhmis. Næ ex isthoc loco spurcatur nasũ odore illucibili. Interdũ uehemẽs:aspeꝶ.Ci.iactati tẽpestate spurcissima. Quádoq; sæuũ & sanguinariũ. Varro. Spurcus gladiator.& carnifex. Et inde spurcicia deducitur ꝑ ĩmũdicia. & spurce aduerbiũ ꝑ ĩmũde:& turpiter. Quot puras habuerit. Notádas ẽ ꝓceleumaticus pes in ultima huius uersus sede.

Non enim mortualia.hæc inquit:quæ hoc syngrapho conclusi:cum huiusmodi additamentis:& appendiculis:non sunt nugæ.neq; mortualia:hoc ē uana & inania qualia sunt:quæ de mortuis referūtur.uel mortualia.i. q̄ ad mortuos pertineant:aut mortuos dixisse putes.Mirū ē Piū pro mortualia mortuaria legere.& interim Marcellum adducere:qui mortualibus dixerit.Cur enim non sic mortualia dicamus:ut natalia:orictalia:mortalia? Nam quod Gellium adducit dicentem:uos philosophi mera estis:ut Marcus cato ait mortuaria glossaria:censeam ego mortualia scribi potius debuisse in impræssis gellii codicibus:q̄ mortuaria.mendūq; id impræssorum īcuria factum: quum & emortualis apud ipsum Plautum pro eo die in quo quis mortuus est:sicut natalis: in quo natus:legatur. Sic enim in pseudolo inquit.Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die. Emortualis.

Hæc sunt non nugæ:non enim mortualia.
Di. Placent profecto leges.sequere intro.Pa.sequor.

Diabolus. Parasitus.

Di. Sequere hac:ego ne hæc patiar?aut taceam?emori
Me malim:q̄ hæc non eius uxori indicem.
Ain tu:apud amicam munus adolescentuli
Fungare:uxori excuses te:& dicas senem:
Præripias scortum amanti:atq; argentum obicias.
Lenæ:suppiles uxorem clam domi tuam?
Suppendas potius me:q̄ tacita hæc auferas.
Iam quidem hercle ad illam hinc ibo:quum tu propediem
Nisi quidem illa ante occupassit te:effliges:scio:
Luxuriæ sumptus suppeditare ut possies.
Pa. Ego sic faciundum censeo.me honestius est
Quam te palam hanc rem facere:ne illa existimet
Amoris causa percitum id fecisse te:
Magis q̄ sua causa.Di.at pol quin dixti rectius.
Tu ergo fac ut illi turbas:lites:concias.
Cum suo sibi gnato una ad amicam de die
Hunc potitare:illam expilare iam emone.
Pa. Esto.istud curabo.Di.at ego te operiar domi.

Seqre hac.ego ne hæc patiar.Idem est genus carminis cū superiore. trimetrum scilicet. sex pedes nactum . Subintelligendum est:Diabolū adolescentem conscripto syngraphro.& pfecto: misisse illud per parasitum suum ad cleretam lenam:ut intelligere posset:quibus eā legibus obstrictā uellet:parasitum uero illuc profectum:præoccupatā ab argyrippo philæniū puellā inuenisse: uiginti minis: Dep̄hēdisseq; Demænetū argyrippi patrē: filio copiā argēti fecisse:& ibi una cū adolescente scortātem. atq; omnia hæc parasitum diabolo renunciasse:Qui Diabolus ira accensus minatur nunc:se Artemonæ Demæneti uxori omnia significaturum:ut ea illum ulciscatur.Diaboli nomē iccirco illi indidit poeta:quod delatorem & criminatorem significat.a uerbo διαβάλλω:quod est defero:ut criminor. Diabolus. Ego ne hæc patiar?Ne addendum fuit: metri ratione.nam uersus aliter non consisteret. Ain tu.Somniat hoc loco Pius:dicens: scribe An tu:tanq̄ cum demæneto loquatur.Nam Ain tu.dolentis. & minatoria interiectio est:& præ nimio furore intra se uociferantis.& ueluti alterum absentem.reprehendentis. Ain tu. Vxori excuses te.q.s.quæ ei debentur iura nō reddas:quia senex sis. Suppiles uxorem clam domi tuam.Ita scribendus est uersus:ut suis pedibus consistat.non suppiles clam domi uxorem.quia claudicaret.Suppilare. est furto rapere.& clam attondere.& deglubere. dictū a sub & pilis . ideo mediam habet correptam:& unico.l.scribi debet:non duobus . quia pilus prima breui constat. Similiter depilare:hoc est pilis mundare. ut in illo epigrammate.Quum depilatos chreste colcos portes. Suppilo. Depilo. Suppendas. Pro suspendas. Quam tu propediem.Ordo est:Quam scilicet uxorem tuam tu propediē.i.breui effliges: hoc est afflictam reddes & dilapidabis : ut suppeditare possis sumptus luxuriæ tuæ.nisi illa ante occupassit te.idest præueniat te: & sibi caueat. Scio.Per parenthesim hoc dictum est.Quam sententiam Sarrace. ille interpres non magis q̄ lapis intellexit:dicens:Te effliges: utpote in uenerem languidus. Magis q̄ sua causa.Magis q̄ respectu ipsius.ne uideare apud artemonam:magis causa tua uirum accusare:q̄ ipsius matronæ intuitu. Quin dixti rectius. Metri ratio exigit:ut dixti scribatur: non dixisti: quia abundaret uersus. Hunc potitare. Hunc addi metri rursus ratio cogit:ne uersus claudicaret. Opperiar. Expectabo. Duplici.p.scribi consueuit opperior uerbum in hac significatione:quum primam producat: ut in illo. Horatii.nec tardum opperior nec præcedentibus insto.& in illo.Statii:primo achilleidos.Et tunc uenatu rediturum in limine primo opperiens properatq; dapes &c. nam si ab operio passiuum sit : quot tego significat : unico. p.scribitur . & corripit primam. Ouidius de Thisbe . Egreditur . fallitq; suos . adopertaq; uultum peruenit ad tumulum. Opperior.

αρτεμων enim uelum nauis significat.quia ueluti uento uelum:sic ipsa furore concita uehebatur in uirũ.uel quia ueluti uelum nauem fert:& ire facit:sic ipsa mulier uirũ agitabat:& pro libito uersabat.quod aũt inqt Pius. Sunt qui artemonẽ inflectũt cũ afflatu scribentes:eandẽ hoĩs stulticiam olet:qua utplurimũ agitatur.nam. αρτεμων.apud græcos p simplex.t.scribitur.& afflatũ nõ habet. Ain tu.uerba sunt artemonæ ad parasitũ.& hic ain:pro ais ne accipitur.quũ alibi dolẽtis interiectio sit:ut paulo supra diximus:tertia pcedenti scena. Sic aũt ab ea exprimũtur hæc:uerba ut quæ uideatur melius rẽ intelligere uelle:quũ tñ interim ira magis magisq̧ accẽderetur. Meoq̧ sciẽte filio.Ita scribi cogit metri rõ.nã uersus nõ cõsisteret si scribas:meoq̧ filio sciente. Accreduas.pro accredas.i.credas Delẽda est dictio post hac:quæ hác præcedebat:uti superfluens. Si huius me rei.nõ si huius rei me.ga uersus claudicaret. Ah scelesta ego.Ita hñt codices antiqui.& nõ ah scelestæ:ut corrigit Pius interpres:qd & rectus sensus admittit.ac si dicat.ah q̃ ego indignũ facinus & scelus admisi:dum existimaui:uirũ meum frugi &c.est.n.loquendi modus:quo nũc quoq̧ utimur:ut clarũ est. Meũ uirũ fui rata.i.existimaui:censui.tollẽda fuit dictio frugi hic pperá scripta:& p ea fui supponendum. Siccũ.i.exercitũ:& multis laboribus ex-

Ain tu.

Meoq̧ sciente filio id facere flagitium patrem?

Pa. Neq̧ diuini:neq̧ mihi humani quicq̃ accreduas.

Artemona:si huius me rei esse mendacem inueneris.

Art. Ah scelesta ego præter alios meum uirum fui rata:

Siccum:frugi:continentem:amantem uxoris maxime.

Pa. At nunc dehinc scito illum ante omnes minimi mortales pretii:

Madidum:nihili:incontinentem:atq̧ osorem uxoris suæ.

Art. Pol ni uera ista essent nunq̃ faceret ea quæ nunc facit.

Pa. Ego quoq̧ hercle illũ ante hac hominem semp sum frugi ratus.

Verũ hoc facto sese ostendit:qui quidem cum filio

Potet una:atq̧ unam amicam ductet decrepitus senex.

Art. Hoc ecastor est quod ille it ad cœnam quotidie.

Ait se ire ad archidemum:chæream:cherestratum.

Chrestum:chremem:cratinum:cliniam:demosthenem:

Is apud scortum corruptelæ:& liberis lustris studet.

Pa. Quin tu illum iubes ancillas rapere sublimem domum?

Art. Tace modo.næ illum ecastor miserũ habebo.Pa.ego istuc scio

Ita fore illi:dum quidem cum illo nupta eris.Ar.ego censeo

Eum etiam hominem senatui dare operam:aut clientibus:

Siccus.

haustum.pro exercito exponit Nonius:hunc locum citans:quum proprie aridum & sine humore dicatur. Virg. Summa petit scopuli.siccaq̧ in rupe resedit.Siccus aũt a succo p antiphrasim deducitur:qa sine succo sit.succus aũt a sugo ṽbo. Madidũ nihili:incõtinẽtẽ.oĩa hæc opponũtur ṽbis per artemoná platis.hoc ẽ madidum sicco: Nihili frugi:incõtinẽtẽ cõtinenti.osorẽ amanti. Pol ni uera.Artemona loqtur cõfirmans quæ parasitus dixit.

Ego quoq̧.parasitus loqtur augẽs adhuc incitatæ artemonæ furorẽ. Decrepitus senex.uitæ ambiguus.Crepera.n.res:ut Nonius inquit:dubia dicitur.unde & Crepusculũ lux dubia.& Decrepiti senes in dubio uitæ cõstituti uel q̧ nec mouere se pp senectutẽ:nec ullũ facere crepitũ possunt.Et creperũ bellũ anceps dicitur. Ait se ire nõ est geminádũ pnomẽ se.qa ṽsus abundaret:ppterea unicũ ascribi tantũ curauimus. Archidemum Nomina sunt eorum.apud quos demænetus uxori dicebat se diuersari.archidemus autem interpretari põt princeps populi.αρχοσ enim princeps.& Δημοσ populus dicitur a græcis. Chrestum:chremem:chrestum scribi potius censuimus:in principio huius ṽsus:q̃ Cliniá:errore factũ scriptorũ arbitrati:ut bis cliniam legatur:quum semel satis uisum sit.Chrestus aũt:hoc est χρηστοσ apud græcos:& proprium est uiri nomẽ.& bonum:frugiq̧ significat. liberis lustris.publicis lupanaribus.Lustrũ.n.ut diximus in uocabulario nostro significat tẽpus quinquẽnale ut Varro ait a luendo.i.soluendo:q̧ quinto quoq̧ anno uectigalia & tributa per censores soluebantur. uel ut Seruius ait:quia post quinquẽnium unaquæq̧ ciuitas lustrabatur.Et significat sedẽ siue habitacula & cubilia ferarum Virg.non absunt saltus ac lustra ferarum.& alibi:Quum uitam in siluis inter deserta ferarum lustra domosq̧ traho.Et lupanar:ut hic.Ci.quoq̧ in philippicis:uino inquit lustrisq̧ confectus. Rapere sublimẽ.Fac inquit parasitus:per ancillas tuas:illũ manibus & pedibus appræhẽsum domũ per uim asportari. Ego istuc scio.parasitus.perstat in irritando adhuc eá:dicens:sibi certũ eẽ:illũ demænetum nõ aliter facturum unq̃:q̃ scortari donec cum eo uixerit. Ego censeo.Ego inquit artemona existimabam eum hoiem:hoc est huiusmodi uirũ meũ senẽ scortatorẽ:dare operá senatui:aut clientibus:uel illi cõsulendo p republica:uel hos iuuando p iusticia:& ibi delassatum ppterea stertere totá noctẽ domi.Is aũt ope foris faciũdo lassus:domũ noctu aduenit: hoc ẽ postq̃ cũ scortis uires oẽs absumpsit diurnas:noctu postea lãguidus domi stertit:honestioribus ṽbis rẽ obscœná inuoluit poeta:loquente matrona. Senatui dare operam.ita scribendum censuimus potius:q̃ in senatu:& sententiæ:& eloqutionis habita ratione.super quo doctorum iudicio nos subiicimus.

Decrepitus.

Creperus.a.um.

Archidemus.

Chrestus.

Lustrum.

Ita scribendū est:metri necessitate.nō ædepol aiam.quia uersus abūdaret.Anima hoc loco flatum: seu oris hali-tū significat.nā & aquā:& uentū:& aerē:& irā:& sonū:& odorē rerū significat:ut in amphitryone diximus:& in uocabulario nostro exemplis docuimus.hæc aūt uerba dixit senex:postq̄ philæniū exosculatus est.unde illa subdit. Dic amabo:an fetet uxoris tuæ anima:Et ita scribendū est:metri necessitate.nō aīa uxoris tuæ:qa claudicaret uersus. Nauteā.i.aquā sentinæ.Marcellus.Nautea est aqua de coriis:uel qd est uerius:aqua de sentinis:dicta a nautis.Festus aūt.Nautea inqt herba est granis nigris:qua coriarii utūtur uel a naue ductū nomē:qa nauteā.i.nauseam facit:p mutationē.t.in.s. — *Anima.* — *Nautea.*

Ph. Dic amabo:an fetet uxoris tuæ anima?De.nauteam
Bibere malim:si necessum sit:q̄ illam oscularier.
Art. Miser ecastor es.Pa.Ecastor dignus est.Arg.quid ais pater?
Art. Ain tandem?næ tu istuc cum magno malo tuo.
Dixisti in me.sine uenias modo domum.faxo ut scias:
Quid pericli sit dotatæ uxori conuitium dicere.
Arg. Ecquid matrem amas?De.ego ne?illam nūc amo:qa nō adest.
Arg. Quid cū adest?De.periisse cupio.Pa.amat hō te hic:ut p̄dicat
Art. Næ ille ecastor fœnerato funditat.nam si domum
Redierit hodie osculando ego ulciscar potissimum.
Arg. Iace pater talos:ut porro nos iaciamus.De.maxume.
Te philænium mihi atq; uxori mortem.hoc uenerium est.
Pueri plaudite & mihi ob iactum cantharo mulsum date.
Art. Non queo durare.Pa.si non didicisti fullonicam

Bibere malim si necessū sit:q̄ illā oscularier.ita scribi debet u̇sus.metri necessitate.& sniæ congruitate.quin etiā ex codicibus antiq̄s.i qbus utiq; est Bibere ūbū:ab interpretibus nostris Pio & Sarrace. omissum.Sit aūt p ē: scribi cogit metri rō: qm̄ aliter u̇sus nō staret. Miser ecastor es. uerba sunt artemonæ i maritū talia de ea p̄fundētē. Ecastor dignus est. parasiti u̇ba sunt:in cōfirmationē uerbor̄ artemonæ:cū fœmineo etiā iuramēto plata:ut magis illi adulertur.ecastor inquit dignus est.scilicet ut miser sit. Quid ais pater?Loqtur argyrippus.sed Artemona mulier irritata u̇bis a uiro platis:& p̄cipue q̄ fetere sibi aiam dixerit:& interim cōcæptā bilē retinere nō ualēs iquit.

Ain tandē.minatoria īteriectio ē:ab excādescēte muliere præ nimio dolore plata. Istuc.s.q̄ mihi feteat aīa. — *Ain tandē.*

Dotatæ uxori.erat.n.artemona ut i principio huius comœdiæ diximus:mulier dotata & diues:sub cuius īperio uir senex uiuebat. Ecqd matrē amas?Hæc sunt argyrippi u̇ba:q̄ exordiri cœpat supius:quū inqt:Quid ais pater? Amat homo te hic:ut p̄dicat.Ita scribēdus ē u̇sus:metri necessitate.nā si scribas:amat hō hic te:u̇sus claudicabit sunt aūt u̇ba parasiti Ironicos plata. Fœnerato funditat.Ita hn̄t codices antiq.& u̇sus:ac sensusītegritas q̄drat.fœnerato inqt fūditat hæc u̇ba senex iste uir meus.Dicitur qs fœnerato dare.qm̄ plus recipit q̄ dederit: fœnerato fundere:qm̄ p uno:duo & plura recæpturus ē.Nō.n.funerato legēdū est:ut putat Pius īterpres:legens: Nec ille ecastor funerato funditat:qa u̇sus nō cōstaret si nec legatur.Si aūt Næ:quod affirmātis ē:sensus ex toto alienus redderetur ut cuiq; uel mediocris īgenii liq̄re pōt. Osculādo.nō pōt obliuisci mulier iracūda:& gloriarū plena:q̄ dixerit:sibi aiam fetere:ideo se pœnas sumpturā de hoie pollicetur:osculādo potissimū:ut sic maiore illū cruciatu afficiat. Iace pater talos.Tali:& p diminutionē Taxilli dicuntur ossa q̄drata qbus in ludo aleæ utebātur antiq:p̄ter id:q̄ Talus etiā ē ossis genus in articulo pedis uētre emines secus calcē:ut diximus in uocabulario nostro.Hor.Ad talos stola demissa & circūdata palla.De talis āt seu taxillis ad ludū ptinētibus dicemus in curculione:ut supra polliciti sumus:qd ueteres senserint.Illud interea nō omittētes:Iactū ueneris in ludo Talario felicissimū dexterrimūq; fuisse:qd Suetonius in augmēto sic oñdit.Talis.n.iactatis:ut q̄sq; canē aut senionē miserat:i singulos talos singulos denarios in mediū cōferebat:quos tollebat uniuersos:q uenerem iecerat.Et porphyrius sup illud Horatii quē uenus arbitrū Dicet bibēdi:libro scdo carminū.Archiposiā inqt & incohationē bibēdi in cōuiuio talor̄ iactu sortiri solebāt.uenerius aūt iactus in talis summum numer̄ habet:idest tricenariū.idē fere & Acron asserit.unde hoc loco Demænetus ueneriū iactū adeptus:Cantharo mulsum sibi dari petit. — *Fœnerato* — *Talus.*

Cātharo.Cātharus græcū nomē est:& per.th.scribitur.quia καρφαροσ per.ō.apud illos notatur.& ut Macrobius inqt:poculi:& nauigii genus significat.Sed & suidas græcus autor:nec aspernādus:Cantharū præter poculi significationē:nomē quoq; fuisse p̄priū inqt comici poetæ atheniensis:& nomē portus athenarum.& nomē animalis:qd ex stercore asini gignitur:cuius fœmina nō reperitur. Mulsum.Mulsum erat potionis genus:ex melle & uino ueteri:quo ueteres usi sunt.quod Aristæus primum excogitasse uidetur:ut inquit Ply. Nō queo durare.Quum audiuisset artemona uirum demænetū:præterq̄:q̄ fetere sibi aiam dixerat:mortē quoq; optare:& quia felix iactus contigerat:lætum esse:inquit.non queo durare.hoc est pati amplius non possum contumelias huius hois.parasitus aūt ut mos est parasitor̄:in aliā sniam semper trahere sermones aliorū:eosq; ludere:& irridere:inquit. Si non didicisti fullonicam non mirandum est.Fullo:ut inquit ulpianus de furtis:is dicitur:qui curanda poliēda ue uestimēta accæpit.idem & paulus eodem titulo.Durare autem:ut in amphitryone latius diximus:& pati significat.& in lōgū t̄ps cōsistere p̄ter alias quoq; significatiōes ibi expositas.inqt igitur parasitus: in aliā trahēs significationem u̇bū durare ab artemona platū:si nō didicisti fullonicā non mirādum est:hoc est. — *Cātharus.* — *Mulsum.* — *Fullo.* — *Durare.*

At etiā cubat cucullus. Nomen est contumeliosum Cucullus aliquādo. & longā habet secundā: quā & dupli ci. l. consuetudo scribit: hoc aūt patet: uersu illo horatiano: ex septima satyra: Cessisset: magna cōpellans uoce cu cullū. Sed & hoc ipso poeta Plauto in pseudolo dicente. Quid fles cuculle? uiues Quid ego ni fleā? Et hoc quoq; loco: utrobiq;. n. iābus est ex duabus primis nois syllabis. nec aliter cōstarent uersus. Est aūt cucullus auis accipi tri fere similis: De qua scribit Aristoteles qnto de natura aialiū: q; quū tēpus suæ appetit partitudinis: nidū auicu læ cui curruca nomen est aiaduertit: in eiusq; nido exclusis illius ouis: oua sua enititur: Quæ supposita Curruca

Cucullus. Demænetus. Curruca.

At etiā cubat cucullus: surge amator: i domum.
De. Ve mihi Ar. uera hariolare: surge amator: i domum.
De. Abscede ergo paululū istinc. Ar. surge amator: i domum.
De. Iam obsecro uxor. Ar. nunc uxorem me esse meministi tuam:
Modo quum dicta ingerebas in me: odium non uxor eram?
De. Totus perii. Ar. quid tandem? anima fetet ne uxoris tuæ?
De. Myrrham olet. Ar. iam subripuisti pallam: quam scorto dares?
Arg. E castor qui subrepturum pallam promisit tibi?
Ar. Nō taces? Arg. ego disuadebam mater. Art. bellum filium.
Istoscine patrem æquum est mores liberis largirier?
Nil ne te pudet? De. pol si aliud nil: sit: tui me uxor pudet.
Ar. Cano capite tua te cucullum uxor ex lustris rapit.
De. Non licet manere: cœna coquitur: dum cœnem modo?
Ar. E castor cœnabis hodie: ut dignum est magnum malum.
De. Male cubandum est: iudicatum me uxor adducit domum.
Arg. Dicebam pater tibi ne matri consuleres male.
Phy De palla memento amabo. De. iuben hanc hinc abscedere?
Arg. Immo intus potius: sequere me hac mi aie. Ph. ego uero sequor.
Arg. Ite domum. Ph. da sauium etiam prius q̄ abis. De. i in crucem.

sua sibi oua putās incubat & fouet: donec pulli excludātur: quibus exclusis cernēs curruca sobolē solito maiorē & pulchriorē gaudet: sibiq; læta placet. Crescētibusq; in dies cucullis: quos illa suos credit filios: miro ī illos affectu gliscit: donec grādior factus cucullus: admirabūdam matrē tam decorū sibi gnatū cōtigisse: deuorat & deglutit. qd tetigit satyrographus poeta ingens: Tu tibi tūc curruca places. Ibi. n. patrē adulterinū filiū pascentē significat. cucullū igitur Artemona uirū appellat quia ut cucullus: relicto ꝓprio nido: & fundo uxorio: in filii argyrippi nido fœtare cōtendat: & quæ domi uelu ti oua incubari debēt: in alienū lectū trāsferre conetur. Est ꝓterea. Cucullus tegmētū capitis & ꝓptie papyraceū: quo pigmētarii utūtur. Iuue. Cōtētusq; illic ueneto duroq; cucullo: quāq̄ & ex alia materia fiat. a quo cucullatus hoc ē cucullo optus dicitur: quales sunt Monachi religionis nostræ christianæ: De qbus Angelus politianus in ꝓfatiōe quā in Menæhmos Plauti fecit: hæc dixit: hi sunt ꝓcipue qdam clamosi leues: Cucullati: ligni pedes: cincti funibus. &c. Vnde Bardocucullus: genus ē uestis cucullatæ: qua galli utūtur: tractū nomē a bardis galliæ gēte: q; hæc ꝓcipue eo genere uestis uteretur. Bardi aūt in maximo honore apud gallos fuerē: q; laudibus magnoꝝ uiroꝝ: ac poeticæ studerēt: unde Lucanus. Plurima securi fudistis carmina bardi. Modo quū dicta ingerebas in me. ita scribi debet uersus: metri necessitate. nā aliter nō cōsisteret. Myrrhā olet. Myrrha arbor ē arabiæ odoratissima: Sudās atq; emittēs sponte eā: quā stacten uocāt: cui unguēto nullū ē cōparabile: ut in Mostellaria dicemus. Promisit tibi. ꝓmisit. ꝓ minatus est. ut apud Virgi. si patrios unq̄ remeassem uictor ad argos promisi ultorē. quēadmodū e cōtrario Horatius. Atq; uultus erat multa & ꝓclara minantis. ꝓmittimus. n. bona. & minamur mala: ut Seruius inquit. Aequū est mores. Nō æquum mores est: quia uersus nō consisteret. Nil ne te pudet. ita scribendum est. & non: nihil ne te pudet: quia metri ratio ita exigit. Pol si aliud nil sit. nō pol si aliud nihil sit. quia nihil in hoc uersu stare non potest. q̄q̄ Pius ipse ita corrigat. Tui me uxor pudet. nō placet pii expositio: q; me tu in scorto inueneris. Immo latentem morsum in uxorem existimamus illum protulisse: hoc est: me pudet: talem: tamq; arrogantem. & impudentem uxorem nactum esse: quæ uirum usq; inganeum persequatur: & eum contumeliis afficere non erubescat.

Cucullatus. Bardocucullus. Bardi. Myrrha. Stacte. Promittere Minari.

Cano capite. prosequitur insolens matrona: uirum opprobriis exagitare. Tua te cucullum uxor. tua addēdum fuit: metri necessitate. quia pes unus uersui defuisset. Iudicatum. condemnatum. quod plurimi codices habent: & sensui maxime congruit. quoniā uxor dixit: Cœnabis hodie ut dignū ē: magnū malū. & sic sniam aduersum eū tulisse uidetur. q; mereatur cœnare magnū malū. non aūt indicatū. i. uulgatū in oculis oīum: & in ꝓpatulo: ut exponunt Pius & Sarrace. Dicebam pater. Argyrippus adolescēs: q matrem timebat: ut quæ ius oē in domo obtinebat: quærit se illi gratificari: dum aduersus patrē loquitur: ꝓpterea & superius dixit Ego dissuadebā mater. Ego uero sequor. hoc addendū fuit: incuria librariorum omissum: aduersus integritatem quod & in codi. antiquis scriptum est. Ite domum. scribendum est ite. non. i. tam metri necessitate: q̄ ex sententiæ cōcinnitate loquitur enim argyrippus ad patrem & matrem.

in ædes abiit:ut qd adolescẽs asseruerat de filia:q̄ iā peperat:scis. itaretur:quū interea Strophilus seruus aula rapta ad herū lætus accedit:seq; illā abstulisse fatetur. Quod ubi adolescẽs intellexit:seruū coegit aulā seni reddere: ut pote sibi iam socero futuro. Ille aūt re intus cognita:& aula recæpta:lyconidem generũ libens accipit eiq; & filiam cū nato iā filio:& aurū donat. hæc est plana:& euidens totius fabulæ materia:quanq̄ circa finē:tēpoꝝ edaci uetustate:& librarioꝝ incuria desint plurima in qua exponēda materia:& Pius ille arrogātissimus interpres: uel nihil ferme dixit:qd aptū sensum facere posset:uel absurdū:ut illud:ꝙ Staphylam Euclionis uxorē dicit:q̄ serua & nutrix puellæ fuisset: ut patet quū ipsa inq̄t:qd hero ego dicā meo malæ rei euenisse: Et quū puella ait. perii mea nutrix: obsecro te:uterus dolet. Et ut illud: qd eunomiā matronā pxenetā appellat:dicens utiturq; auxiliatrice pxenetaq; ad recōciliandam sibi puellā. quū proxeneta masculini sit generis. Proxeneta.

Exanguis:amens:seruat. eius filiam.
Lyconides uitiarat. interea senex
Megadorus a sorore suasus ducere.
Vxorem:auari gnatam deposcit sibi.
Durus senex uix promittit:atq; aulæ timens.
Domo sublatam uariis abstrudit locis.
Insidias seruos facit huius lyconidis.
Qui uirginem uitiarat:atque is obsecrat

nec recte fœminis adiiciatur:nō aliter q̄ poeta:nisi ipse q atticā oēm litteraturā sibi arrogat:quod attici masculino semp genere ptulerūt muliebri iam pferendū censeat. Et Sarracenus alter Plauti interpres:siccior tamē:& aridior:pterq̄ ꝙ Eumoniā scribit lyconidis matrem:eā insup inq̄t hortari suū Megadoꝝ fratrē:ut ducat uxorē indotatā uirginē:quā pbis moribus sciuerat & honestis hortā parētibus. Suasus Megadorus euclionē cōuenit &c. hæc ille quod utiq; falsum est. imo Eunomia(sic.n.appellanda est:& nō Eumonia:ut infra dicemus)pponebat Megadoro fratri suo quandā grandiorem natu:cū maxima dote. De hac autem euclionis filia:ne uerbum quidem fecit:ut infra uidebitur. Tota autē hæc comœdia:si penitus introspiciatur ad ethicam pertinet. in qua dum senis auari animus ostenditur:quē nūc feruentē:& sollicitū nunc meticulosum & frigidum planeq; exanimatū præ auaricia licet intueri: Tunc nobis non obscure præcipitur:ut remota atq; eminus expulsa teterrimæ auariciæ anxietate:maiorem salutis nostræ curam habeamus:q̄ adumbratæ huius mundi felicitatis: quam hodie in
sola pecunia:& auri cumulatione maior pars uiuentum repositam existimat. Senex. Senex dicitur. quasi semi Senex.
nex:hoc ē semimortuus:ꝙ acta maiore ætatis suæ parte:iam morti propinquus sit. nex enim mortem significat: Nex.
quo nominatiuo sæpius ueteres:q̄ neoterici usi sunt. Sisenna. Quoniam neq; mea nex:neq; intercessio posse ui Senes.
detur illorum de mentē reprimere audaciam. Quidam differre uolunt. Senes:ueteres:& antiquos. ꝙ senes sint: Veteres.
qui usq; ad senilem ætatem uixerint:quantum ad priuatam eorum uitam attinet. ueteres uero:quantum ad publicum tempus spectat:qui alia ætate uixerunt:etiam si ipsi non peruenerunt ad senectutem. Antiqui autem Antiqui.
utriq;:sed magis ueteres:q̄ senes. A sene senectus:senecta:& senium deducuntur:eiusdem fere significationis. q̄q̄ Senium.
ueteres. senium pro tedio & molestia posuerint:ꝙ senes omnibus odio sint. Auarus inter Auarum: & Auidū Auarus.
Marcellus differre ait:ꝙ auarus semper in repræhensione est. Auidus autem ab auendo:quod est etiam honeste Auidus.
cupiendo:ut apud. Virgilius pascuntur oues. auidæq; iuuencæ. & apud Sallustius in catilina. laudis auidi. pecuniæ liberales erant. Aul. gellius autem: Nigidium dixisse ait: Auarum dici:qui auidus æris sit:sed in ea copula. e.
litteram esse detritam. Locupletem uero appellari ex compositis similiter uocibus:cum qui plæraq; loca:hoc est: Locuples.
qui multas possessiones tenet. Vix sibi credens. uix sibi ipsi fidens. ita enim in continua suspicione uersabatur:ne aurum repertum amitteret:ut se ipsum quoq; timere uideretur. Euclio. nomen est aptum materiæ de Euclio.
qua agitur:a poeta de industria factum:ut in asinaria:Demænetus. argyrippus. litanus. artemona:& cætera. εὐκλεία enim apud græcos bonam famam significat. unde Euclionem bonæ famæ uirum identidem. nec inepte fictum arbitramur:Siquidem in hac comœdia:& Eunomia de eo loquens ait. Noui. hominem quidem haud malum me castor:Et Megadorus eundem euclionem alloquens: Certe ædepol:inquit: equidem te ciuem sine omni mala etiam malicia semper sum ratus:& nunc arbitror. Possumus & euclionem dictum asserere:quia bene clauderet & seruaret aurum:omnem in eo sollicitudinem & industriam suam ponens:unde ad Staphylam anum inquit. occlude ianuam. iam ego hic ero. & iterum occludesis fores ambobus pessulis. Et rursum. Atq; occlude ædes. ego iam hic adero. εὐ. nanq; bene apud græcos significat. & κλείω claudo. Cum multis opibus. ita scribenda sunt uerba. & nō multis cū opibus:ut legunt Pius & Sarrace. interpretes:& fere habēt codices:cōtra
metri rationem. Aulā. Dicimus ollam & Aulā:ea ratione qua plostrū:& plaustrum. Codex:& caudex. collis & Aula.
caulis. & multa alia ueteres. n. Aulas dicebant:quas nos ollas dicimus. uas est coquinarium Cuius diminutiuū
est, Aulula. & Auxilla id ipsum græci. χύτρα. uocāt. siue χύτρος. Penitus. i. ualde. quasi pene intus. Ex- Penitus.
anguis. sine sanguine:pallidus:timidus. Amens sine mente:quasi extra se:& nesciens quid faceret. A sorore suasus ducere uxorem. Suasus a sorore eunomia:ut uxorem duceret:sed non hanc magis q̄ illam. neq; Indotatam uirginem:filiam megadori: ut dixit Sarracenus in expositione materiæ totius comœdiæ. Auari gnatam euclionis auari natam Megadorus sibi uxorem deposcit. Varіis abstrudit locis. Aulam. scilicet nam primum domi: deinde in fidei templo. Demum in syluani luco illam abstrudere curauit. Seruos. Pro seruus.
Atq; is obsecrat. Ita scribi debet uersus. metri necessitate. aliter enim non consisteret. neq; satis integritati

sniæ cõsultũ esset: nisi is addatur. nã absq; eo de seruo intelligeretur: q. s. ipse seruus obsecraret: qd qdẽ est falsum: quũ fuerit lyconides. sed neq; pio standũ est: dicenti: q atq; cõmodius isq;: uel atqui scriberes: qngdẽ neutro mõ: vsus cõsisteret. & si atqui scribas: idẽ erit dubiũ: ne de seruo intelligatur. ueq; quũ paulo infra ait: isq;: hoc est ille senex absentia sua sermonẽ Megadori interrũpens & aufugiens: ueritus ne illũ oblectaret atq; uerbis demulcẽtibus & gratis retardaret megadorus: usq; donec ab anicula suspecta intromissi serui senis effoderent aulã: abiit mi seri me timidus: pcipue quũ ferramentoꝝ sonitũ q̃ ad fodiendũ hortũ megadorus destinarat exaudiret. hæc oĩa falebris pmista & intricata somnia: furentis cuiusdã interpretis & penitus amentis eẽ uidentur. Vxorẽ amãti. Ita hñt codices anti q. & nõ uxori: ut insulse legit Pius: cõtra omnẽ rectæ litteraturæ ordinẽ. & est planus sensus. is lyconides obsecrat auunculũ megadoꝝ cedere uxorẽ sibimet amãti. idest sibi lyconidi: q eã amabat. & iãdudũ pgnãtẽ fecerat. Per dolũ. p fraudẽ Strophili serui lyconidis: qui quũ senem obseruasset aulam obruentẽ in syluani luco: illam deinde surripuit. sed hoc loco pius temerarius & pquã rudis iterpres ait: dũ in aulo nemore illã tumularet. proh dii imortales: ubi hoc nemoris nomen iuersor hic latinæ ois facũdiæ pscrutatus est? Nusq̃. n. id apud Plautũ fuit legere. pterq̃ ab hoc cõmentatore rancido. q iferius quoq; eũ vsum ita legit & iterptatus est: Syluani lucus extra muꝝ: eit aulus. cõtra oẽm bonum sensum: cõtraq; metri rõnem: quã nõ magis obseruauit: neq; depræhendit: q̃ lignũ. ut ibi dicemus. Insperato. aduerbialiter positum est. ac si diceret præter spem: & quum amplius illam non speraret se repertturum.

Auunculum megadorum sibimet cedere
Vxorem amanti: per dolum mox euclio
Quum perdidisset aulam: insperato inuenit.
Lætusque natam collocat lyconidi.

Argumentum.


Vlam repertam auri plenam domi euclio
Vi summa seruat miseris adfectus modis.
Lyconides istius uitiat filiam.
Volt hanc megadorus indotatam ducere.
Lubensq; ut faciat: dat coquos cum obsonio.
Auro formidat euclio: abstrudit foris.
Re clam omni inspecta compressoris seruulus.
Id surpit. illic euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro uxore & filio.

Vlam repertã auri plenã domi euclio. Eodẽ genere carminis trimetro uidelicet: Est aliud argumẽtũ: quo nomen Comœdiæ primis uersuũ apicibus insinuatur: ut in Amphitryõe etiã poeta fecit: & in aliis comœdiis. Addẽdũq; fuit uersui uerbũ domi: & sniæ itegritate: & metri necessitate. aliter. n. uersus nõ cõstabat: sed qnis tñ pedibus incedebat. Et ita res habuit: ut domi prius abstrusam aulã sub foco senex euclio multa cura seruauerit. Vi sũma. q̃nto studio: & diligentia poterat. Miseris affectus modis. i. misere affectus: & cruciatus: quum ti-

Affecta mẽbra. meret: ne aula sibi surripetur. affecta mẽbra maculata & languescentia appellat cor. celsus. Lubensq; ut faciat. Nos sic intelligimus: ut Megadorus lubens. i. lætus: id faciat. i. ducat: hoc sensu. Megadorus misit coquos cum opsonio: & ad eucliõis: & ad suas ædes: q pararẽt utrobiq; cœnã: ut ipse Megadorus lætior nuptias celebrare posset. Nõ aũt: ut Euclio lubens id faciat. i. ut assentiretur: ut cõtẽtus esset: filiã megadoro uxorem dare: ut fortassis alii intelligunt: sup quo alioꝝ iudiciũ reqrimus. Abstrudit foris. celat: & abscõdit extra domũ. iuxta illud: qd i argumento altero supiore dictũest: uariis abstrudit locis. Quæ aũt garrit Pius: dicens: abstrudit. extrudit. expellit. foris. scribe foras. Ita. n. res se habuit. cõgrionem ueluti furem thesaurariũ licentiose p domũ uagãtem palabũdũq; cohercuit Euclio: baculoq; fecit eius fissile caput: illũ abigens foras. &c. neutiq; in aures nostras penetranti quũ & p pcedentia: & p seq̃ntia liq̃do appareat: nõ esse aliter intelligendũ: q̃ euclionem auro formidãtem illud foris abstrusisse: atq; occuluisse. Re clam omni inspecta clam addendũ fuit: metri necessitate. & sniæ cõcinnitate. Sensus est. Seruulus cõpressoris. i. Strophilus lyconidis seruus: clam ispecta omni re: idest quum ex occulto uidisset omnem rem: Nã in fidei fano occulentem senem aulam uidit: intellexitq;: illo loquente quemadmodum in syluani lucum aulam erat delaturus. Hæc autem nihil habent cũ ea snia delirantis Pii: q Euclio foras coquos expulerit: ut clarum & apertissimum est: uel ipsis pueris. Surpit. Pro surripit. per syncopam proferre metri necessitas cogit. Illic. s. lyconides. Rem refert. quemadmodum filiam eius compressisset. Ad eo donatur. ab euclione sene donatur lyconides auro: uxore: & filio: iam ex prius compressa filia nato: ut in expositione argumenti superius diximus. Nam quod Pius inquit uarie hunc uersum legens: eruditius & significantius ita legi: & interpretari posse. ab eo donatur auro: uxore is & filia: euclio donatur auro a lyconide. & is idest lyconides donatur filia uxore: quum eam postmodo duxerit uxorem: id quod sensit etiam Sarrace. quum in fine expositiõis argumenti dixit: uxorq; filia traditur lyconidi: Omnia sunt deliria: & meræ laruæ. quum nullo modo sensus cõstare possit: in eam sententiam: neq; de alia intelligi: q̃ de lyconidæ: qui donatus sit auro uxore & filio iam nato ab euclione sene. præterea codices nulli antiqui: neq; noui sunt: qui habeant: uxore is & filia. & in fere omnibus: filio non filia legitur.

NE quis miretur:qui fim paucis eloquar.Eiufdem eft generis carmen cum fuperiore. In hac fcena in-
troducitur lar familiaris deus:qui prologi uice fungens:narrat qui fit:& quo modo fuerit autor the
fauri huius inueniũdi.Et qua caufa fimulq; oẽm ftupri commiffi rem aperit:& quæ exinde fecutura
funt.Dictũ eft fuperius in amphitryone:qui fint lares:lemures:laruæ:& manes hoc loco larem intel- Lar.
ligimus genialẽ deum.Vnufqfq; enim locus: imo & unufquifq; hominũ ꝓprium fibi genium habet:fiue larem:
hoc eft deũ:cuius fuafu:quæ peragenda funt rite & recte:percipiũtur.Dictũ genii:quia nobifcũ gignãtur:uel q; ge-

Lar Familiaris. Prologus.

NE quis miretur qui fim paucis eloquar
Ego lar fum familiaris: ex hac familia
Vnde & euntem me afpexiftis.hanc domum
Iam multos annos eft quum poffideo:& colo:
Patri:auoq; amicus huius qui nunc hic habet.
Sed mihi auus huius obfecrans concredidit
Thefaurum auri quem clam omnis in medio foco
Defodit uenerans me:ut eum feruarem fibi.
Is quando moritur:ita auido ingenio fuit:
Nunq̃ indicare id filio uoluit fuo.
Inopemq; optauit potius eum relinquere
Quã eum thefaurum commonftraret filio.
Agri reliquit illi non magnum modum:
Quo cum labore magno:& mifere uiueret.
Vbi is obiit mortem:qui mihi id aurum credidit:
Cœpi obferuare:ecquid maiorem filius

nitos tueantur. unde in genealogia noftra diximus.Effe lares geniofq; uolũt data numina bina omnibus:& uitæ funeris atque duces.Et enĩ ita apud oẽs ferme conftat:duos unũquẽq; genios:fiue lares:& ut uulgo aiunt:angelos habere uitæ fuæ cuftodes: alterũ bonum: alterum malũ.Itidẽq; familiarum eẽ ꝓprios quofdã lares & deos: quorum in cuftodia fint: quos relligio noftra chriftiana fanctos appellat: ut diuũ Francifcum:Auguftinum:Hieronymũ: cæteros.
Familiaris. domefticus:huius familiæ.
Vnde.ex qua:uel ex cuius familiæ domo:
fiue larario.Lararium Lararium.
enĩ dicimus locũ:fiue
fanctariũ:qđ lar familiaris incolere folet. Patri quoq; amicus.Verfus ratio ac neceffitas:fentẽtiæq; cõcinnitas:
& conftructionis litteræ cõgruitas requirũt:ut ita fcribatur:nõ auoq; iam huius: ut fere habẽt codices: & legunt
Pius ac Sarracenus interꝑtes:fed ꝑcipue pius ille amens:ingens:figurã effe loquẽdi: ego colo tibi per datiuũ ca-
fum:quẽ uetufti cõmendaticiũ uocarunt:pudor ac dedecus litteraturæ noftræ.Ordo igitur eft. Iã multos annos
eft:quũ ego amicus patri auoq; huius qui nũc hic habet:poffideo & colo hanc domũ. Habet.i.habitat: habere Habere.
ut Noñ. ait: uarias habet fignificatiões:planã qdem & notã:ut apud Teren.qđ habui fũmum ꝑtium ꝑfolui tibi.
Virg.habeat fecũ feruetq; fepulchro.Tenere uel occupare.Virg.hoftis habet muros:habitare.Idem. Quæ loca q
ue habeãt hoies:& ut hoc loco.Interdũ etiã fignificat intelligere.Teren.Habes oẽm rem: pergam quo cœpi hoc
iter:aliq̃n facere.Cicero.Nam quũ quæreretur ab eo:quo fcelere ĩpulfus mare haberet infeftũ uno myoparone:
eodẽ inquit:quo tu orbẽ terræ.Plautus inferius cœpi obferuare ecquid maiorem filius: mihi honorẽ haberet:q̃
eius habuiffet pater. Thefaurũ auri:quẽ.Quẽ adiiciendũ fuit:& metri neceffitate:& fniæ:ac latinæ compofitio
nis & ftructuræ cõgruitate:ut fit ordo & fenfus:quẽ thefauꝝ.f.ille uenerãs me defodit in medio foco. Defodit.
ideft fepeliuit:& abfcondit p foffionẽ terræ. Clam ois. clãdeftino celatu & nemine fciente. In medio foco. Focus.
Focus ut in amphi.diximus locus eft:ubi ignis feruatur.Cuius diminutiuũ eft foculus:& ab hoc aliud fit dimi- Foculus.
nutiuũ focillus:a quo focillo calefacio:& refocillo.Quod aũt garrit Pius Thefaurũ pofiturã:cellam:fodinã:locũ
fignificare: ubi feruaretur aurũ:& auri repoftoriũ:ac loculamentũ:merã fapit fatuitatem.Nam thefauꝝ locum fi
gnificare & repofitorium.nunq̃ eft cõptũ: neq; auditũ.Thefaurus.n.græcũ nomen eft:& græce θησαυρος dici
tur.Significatq; repofitionẽ fiue repofiturã cuiufq; rei: hoc eft rem ipfam repofitã:nõ autem locum:in quo repo- Thefaurus
nitur:neq; auri tantũ:ut Suidas ait:qui Thefauros uentorum inquit: nõ apothecas qua fcdam:fed cõmotionem
facilem uentoꝝ in aere fignificare. Sic & Plautus in Mercatore.Non hominẽ mihi: fed thefauꝝ nefcio quẽ me-
moras mali.Diciturq; Thefaurus a uerbo græco θησω qđ pono fignificat & ορω cuftodio a quo & θησαυριζω
fit:ideft colloco & repono in depofito :& θησαυροφυλακιον apotheca ubi feruatur Thefaurus. Vt eum fer-
uarem fibi.ut eum thefauꝝ ego ei feruarẽ & cuftodirẽ.Scribendũ eft eum:& metri neceffitate:qa ṽfus aliter non
cõfifteret:& latini fermonis puritate:nõ autem id:ut legũt Pius & Sarracenus interꝑtes mucidi. Is.auus.f.huius
euclionis. Auido.auaro. Id.eam rem:q.f.thefaurum domi abditũ haberet. Optauit. elegit. Quã eum
thefaurum.hæc uerba plane oftendunt:eum fcribi debere etiã fuperius:ut nos diximus:& nõ id. Agri reliquit
illi. Illi fcribendũ eft:& nõ ei:qa ṽfus uno deficeret pede. Nõ magnũ modũ.nõ magnã menfurã extenfionem:
feu dilatationẽ:quæ per fines appofitos:oftendi folet. Modus.n.ut fupra dictũ eft in afinaria: regimen & mode- Modus.

rationem significat:& mensurã:seu finem:ut hic. Hora. Est modus in rebus:sunt certi deniq; fines.Iuue. saty.iii. Maximus in uinclis ferri modus.Valerius in capite de senectute.Masinissa rex numidiæ húc modũ excessit:anno℞ scilicet.Virg.Sed quis erit modus.

Honor: Honorẽ haberet.litationẽ & sacrificiũ faceret. Subintelligẽdũ est:Auũ huius euclionis:q̃q̃ quũ primũ thesau℞ defodit in medio foco:ueneratus sit larẽ:ut illũ seruaret sibi:nunq̃ tamẽ postea ullũ ei honorẽ:ullũ ue sacrificiũ fecisse:quo gratus uideri posset in larem thesauri seruatorem.Et propterea iquit: q̃ eius habuisset pater.honor aũt:ut Nonius ait:dignitatem significat.Cicero ad cæsarem.Tu quum ea quæ es ab senatu summo cũ honore tuo cõsecutus.Et gratiam siue pulchritudinẽ. Virgil.ge.li.ii.Frigidus & siluis aquilo decussit honorẽ: & p̃mo æne. Et lætos oculis afflarat honores.Integritatem & pudiciciã.Idẽ. Et rapti ganymedis honores. Culturã & obseruantiam. Idem. Semper honore meo. semp celebrabere domis.Sacrificiũ & litationem: ut hoc loco & apud Virg.li. viii. æñ. Forte die solẽnem illo rex arcas honorẽ Amphitryoniadæ magno diuisq; ferebat. Dilectum amorem. Idem. Per si quid amatæ tãgit honos animum. Hostiam. Idem.Meritos aris mactabat honores.Præmiũ.Idem. Ipsis precipue ductoribus addit honores. Et sepulturam. Idem. Cernit ibi mœstos: & mortis honore carentes. Lucilius. Nullo honore displetũ:nullo funere.

Impendio. Item. Impẽdio. impense: ualde summopere:de industria: aduerbialiter positũ ẽ.

Mihi honorẽ haberet:q̃ eius habuisset pater.
Atq; ille uero minus minusq; impendio
Curare:minusq; me impartire honoribus.
Itẽ a me contra factũ est. nam itẽ obiit diem.
Is ex se hunc reliquit:qui hic nunc habitat filium
Pariter moratum:ut pater auusq; huius fuit.
Huic filia una est:ea mihi quottidie
Aut thure:aut uino:aut aliquo semper supplicat.
Dat mihi coronas.eius honoris gratia
Feci thesaurum ut hic reperiret euclio.
Quo eam facilius nuptum si uellet daret:
Nam cõpressit eam de summo adolescens loco.
Is scit adolescens quæ sit:quã cõpresserit.
Illa illum nescit:neq; cõpressam autem pater.
Eam ego hodie faciam:ut hic senex de proximo
Sibi uxorem poscat:id ea faciam gratia:
Quo ille eam facilius ducat:qui cõpresserat.
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex
Is adolescentis illius est auunculus:
Qui illam strupauit noctu cereris uigiliis.
Sed hic senex iam clamat intus ut solet.
Anum foras extrudit:ne sit conscia
Credo aurum inspicere uolt:ne surreptũ siet.



Senex Euclio. Staphila anus.

Xi inquã:age exi:exeundum hercle tibi hinc est foras.

Quottidie Curare.pro curabat &. Impartire.pro ĩpartiebat. Item. pariter:itidẽ:similiter.nã quẽadmodũ ille me præteriit inhonoratũ:ita & ego illũ spreui:nec thesaurũ ostendere uolui. Quottidie. notanda est syllaba huius dictionis scda:quæ longa est:hoc loco.alibi aũt breuis:& sic quottidianus:ut in æpopœia nostra docuimus. Aut aliquo.i.aut aliqua re.casus est ablatiuus. Eius honoris gratia.i.eius amoris:uel culturæ & obseruãtiæ causa.

Nuptũ dare:uel nuptui. Nuptũ.Dicimus dare nuptũ uel nuptui:pro eo qđ est maritare. De sũmo loco.de nobili prosapia ditissimus: & locupletissimus. Neq; cõpressam aũt pater:scilicet scit. Hic senex de pximo.hic megadorus uicinus. De proximo.dicimus aduerbialiter:ut de ppe de lõge. Stuprauit.uitiauit.Diximus in Amphitryone:qd sit stupg.

De pximo. Cerealia. Thesmophoria. Cereris uigiliis.Celebrabãtur Athenis sacra cereris:quæ cerealia dicebantur:per nouẽ noctes:ad quæ cosuebat turba multifaria peruigilio cererẽ colens:innuptiq; uiri:innuptæq; puellæ:de quibus Ouidius meminit li.x. metamorphoseos:Perq; nouẽ noctes uenerẽ:Tactusq; uiriles in uetitis memorant. Ea sacra thesmophoria dicta sunt:quia legũ inuentrix ipsa ceres appellatur:& Thesmophora iccirco nominata θεσμοσ.i.lex:& φορεω fero apud græcos ẽ:& θεσμοφοροσ legifer:& θεσμοφοριαζω cerealia celebro. Sed hic senex.Euclio.s. Vt solet. nã clamosus:& obiurgator erat senex:p̃ formidine: ne au℞ amitteret defossũ. Ne surreptũ siet.an surreptũ sit.



Xi inquã age exi. Trimetrũ & hoc metrũ est:ut superiora:sex pedes nactum.Senex euclio introducitur:qui suspicax:& formidolosus:ne aurum a se defossum surripiatur:ut ẽ auari pessimum ingeniũ: dum in thesauro solo mentem animũq; sepultũ gerit.Nec horam quidem differre potest: quin reuisat:an ita sit conditum & intactum:ut reliquit.Dumq; id facere studet:ac pergit:Staphilam rei igna

ram uetulam quā domus custodē habet exigit & expellit foribus:ne ab ea inspici pōssit:neu psentiscat illa modo aliquo:habere eum id aurum domi. Ex inquā.age exi.Iteratū sæpius:ac sine intermissione vbum:senis anxietatem ostendit:& animi cruciatū:uerba quidem effundentis:cor autem alibi appensum gerentis. Circūspecta trix.circūquaq; inspiciens:& contemplans quæ fiunt.Apuleius.Vidistis profecto qui affuistis:q̄ improba iuuenū circūspectatrix:q̄ immodica sui ostentatrix. Emissicius:extra eductis:& foras porrectis: ut actū designet auidius & cupidius inspectantis:atq; omnia explorantis aniculæ.Emissicii quoq; dicuntur obseruatores:& exploratores: quasi extra ad perquirendū missi.Et notandum: tertiam dictiōis syllabam longam esse & sic in aliis similis deductionis nominibus ut subditicius: surrepticius:conductius: ut in epopœia nostra pcæpimus. Verberas.uel cædis: pugnis manibusq;:uel uerbis iurgiosis: & iracundis obtundis : qñquidem & amara uerba:p uerberibus censentur. Et uerbera pro vbis usurpātur : ut eo Prisciani uersu patet. Psittacus humanæ fingit q uerbera linguæ. Mala malam ætatem. ut tu mala male uiuas : ut merita es. Nam qua nunc causa me extrusisti.me addendū fuit metri necessitate:& ex codicibus antiquis.

Circūspectatrix. Circūspectatrix. Emissicius

Circūspectatrix cum oculis emissiciis.
Sta. Nam cur me miseram uerberas? Eu.ut misera sis
Atq; ut te dignam mala malam ætatem exigas.
Sta. Nam qua nunc causa me extrusisti ex ædibus?
Eu. Tibi ego rationem reddam stimulorum seges?
Illuc regredere ab hostio:illuc sis.uide
Vt incedit:at scin quo modo tibi res se habet?
Si hodie hercle fustem cæpero:aut stimulum in manū:
Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.
Sta. Vtinam me diui adaxint ad suspendium
Potius quidem:q̄ hoc pacto apud te seruiam.
Eu. En ut scelesta sola secum murmurat.
Oculos hercle ego istos improba effodiam tibi:
Ne me obseruare possis quid rerum geram.
Abscede hinc etiam nunc:etiam nunc:etiam:ohe:
Istic adesto:si hercle tu ex istoc loco
Digitū transuersum:aut unguem latum excesseris:

Verbera p uerbis.

Stimulorū seges.segetem stimulorum appellat Staphylam:quia in ea ueluti in terra sementi parata: stimuli cōmode seri queant.Seges:autore Seruio.Præter alia significata:terram aratā occatā & sementi recipiendæ paratā significat.Sic alibi hic poeta:ulmorū acherons dixit:in Amphitryone. Illuc regredere ab ostio.hoc est:ab ostio discedens:illuc te confer:loco uidelicet demonstrato remotiore. Illuc sis.illuc eas si uis. Vide ut incedit.uide inquit:ut: tardigradam se facit.ita.n. ordinanda est littera. Quomodo tibi res se habet.quod tibi infortunium impendet:& quo in periculo uersaris. Testudineū.tardū:lentūq;:qualem testudo facit.hoc est cochlea:de qua Claudianus:ut rem pigerrimam ostenderet:dum in contrario sensu pstaret:iam testudo uolat: iam profert cornua miluus:dixit.A testa Testudinē appellatā uolunt.siue aial:qd' ueluti testa tectū est:siue id genus ædificii:qd ex testa est cōpositū:uel ad testudinis similitudinem factū.Sic græci οςρεα απο Του οςρακου nominauerunt. οςρακομ quippe testa a græcis uocatur:& ostracū latini appellātur uulgo testaceū pauimentū:ostracina quoq; suffragia apud athenienses dicebātur:quia in figulinis uasis ea dare consueuerāt:a quibus relegationis illud genus:quod per decēnium exercebāt ad comprimēdam elationē & grauiorē potestatē alicuius ciuis Ostracismus dicebatur:de quo Plutarchus in aristidis uita. Grandibo.grandē faciam:ut exponit Nonius hūc locum citās. de quo in Amphitryone latius diximus. Adaxint.uel adassint:utroq;.n.modo legi pōt:quū.x.in geminū.ss.uel in.c.&.s.transeat.hoc est adigant:impellant:urgeant ab adigo deflexū:ut ab eneco enicasso:a loco locasso:ab expugno expugnasso:& alia.Sed qd' Sarracenus interpres soniat dicens:adassint:adiuuēt:ppicii sint ad suspendiū potius scilicet me malim.hallucinātis cuiusdam atq; amentis uidetur diuerbiū. Hoc pacto.in tantis contumeliis:& erumnis. En aui scelesta.proferebat ea uerba staphyla anus:non altiori uoce:sed secū sola murmurans. Ideo Euclio susurrū tantū audiens.En inquit ut scelesta sola secū murmurat.Et addendum fuit.En in principio uersus:ut integris pedibus ambularet:& sniæ quoq; concinnitate:qd' quidē interpretes nostri nō aduerterunt.

Seges. Testudo. Ostracum. Ostracismus. Adaxint.

Abscedæ hinc.addenda fuit dictio hinc:& metri necessitate:& sensus congruitate. Etiā nūc. urget eā continuatis uicibus quattuor:ut pcul ab ostio se absentet uetula. Ohe.Sacietatis ē interiectio iuxta illud satyrographi satur est quæ dixit Horatius ohe:& Martial.ohe iā satis est:ohe libelle:quasi dicat senex: iā affatim: & ex snia mea cessisti. Isthic adesto.idest ibi iam cōsiste:& mane. Digitū trāsuersum. tm̄ quantū est digitus per trāsuersum.hoc est per crassitudinē:nō autē per longitudinē. Vnguem latū.idest tantum quantū capiat unguis latitudo:quæ idem est cum crassitudine. Donicum ego te iussero.Donicum scribendum est:ex codicibus antiquis: quæ dictio uetustior est:& Plauto familiaris:nec aliud:q̄ donec significat.Plautus in captiuis.Ego me amitti donicum ille huc redierit non postulo.Idem in mostellaria.Donicum parietes ruunt: ædificātur ædes totæ denuo.

Ohe. Donicum.

Idem in pseudolo: adeo donicum ipsus sese ludos fieri senserit. Discipulam cruci.idest faciam ut crux sit tibi magistra: & doceat te:non esse respiciendum:neq; cedendum e loco tibi constituto.non aliter q̃ discipuli praeceptoribus traditi docentur:& castigantur:quum quid deliquerint. Crux patibulum fuit:in quo dānati affigebātur: a ueteribus Gabalum dicta:ut Noñ.inquit:Varronis testimonio. Et Cruciarius dicitur qui crucem meretur: hoc est scelestus:contumeliae uidelicet & opprobramenti nomen Apuleius libro decimo. Nec tantillum cruciarius ille: uel fortuna tam magni iudicii: uel conferte conspectu curiae deterritus. A patibulo quoq; crucem significante:patibulatū dicimus hominem. idest cruci suffixum Plautus in mostellaria. Ita te forabunt patibulatum per uias stimulis

Crux. Gabalum, Cruciarius Patibulum Patibulatus.

Scelestiorem.loquitur secum Euclio domum ingrediens:exclusa staphyla. Duit. pro det:prisco loquēdi more. In occipitio.idest in posteriore capitis parte : quae & occiput:& occipitium appellatur . Persius. Occipiti caeco posticae occurrite sannae . Apuleius in p̃ma apologia de Thallo quodam comitiali morbo laborāte: facie inquit ulcerosus:fronte & occipitio conquassatus Et dicitur Occiput q̃si occidens uel occiduum caput:eo q̧ ibi ueluti occidere & finire caput uidatur: hoc est pars illa capillis intecta:quam caluā appellamus. Cuius prior pars:atq; occipitio contraria:Sinciput nominatur:uel syncipitium: quasi syncerum caput dicta:q̧ ei cerebrum subditum sit:in quo sensus cōmunis & uirtus apprehensiua a ppilosophis & medicis esse dicitur:De qua Aristoteles primo libro de natura animaliū sic ait. Capitis aūt pars quae capillis intecta est calua appellatur:cuius pars prior sinciput:nouissime consistere solita. Omniū enim ossium corporis ultimū id concrescit & induratur posterior occiput est. Media inter occiput & synciput uertex. Cerebrum syncipiti subditum est: occiput inane. Nec ignoramus ab autoribus usurpari synciput pro toto fortassis capite:ut i illo prisciano uersu. Mihi festa luce coquatur urtica:& fixa fumosum synciput aure:& in illo Iuuenalis. Comedam inquit flebile nati sinciput elixi. Et sic Plynius libro.ix.c.50. Syncipitia uerrina:& Macrobius libro tertio. Syncipul aprugnum dixisse uidentur:partem utiq; pro toto ponētes:quēadmodū & Tempora:aut uerticem:pro capite interdū poni uidemus. Sed signanter : & proprie anteriorem capitis partem significat: & cui ut diximus:cerebrum subditum sit: unde Plautus in Menehmis ait. Non tibi sanum adolescens synciput intelligo. Et rursum infra : Quum negabas mihi esse sanum sinciput. Et Sidonius apollinaris:in panaegirico Maioriani:perq̃dilucide eā syncipitis significationem expressit: his uersibus. Partemq; cerebri hic galeae cum parte rapit : fortiq; lacerto Disiicit ancipiti miserabile synciput ense. Graeci Βρέγμα:uel Βρέγμον hanc capitis partem uocant:quia in pluuiis:& aliis irrorationibus:quibus inspergimur ea pars primum madefiat. a Βρέχω scilicet uerbo:qđ significat proluo:uel madefacio. Eandem & ὑπομέτωπον dicunt. ab ὑπὸ:qđ significat super:& μέτωπον frons:quia sit supra frontē. Occiput autem ινιον graeci nuncupant:& neruum colli:quia ινες.us. apud illos occasum significat: & pars illa sit ad occasum capitis uergens:unde non īmerito:p̃diximus occiput quasi occidens uel occiduū caput dictū eē:

Occiput:& occipitiū. Synciput & syncipitiū

Aut si respexeris donicum ego te iussero:
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.
Scelestiorem me hac anu certe scio
Vidisse nunq̃:nimisq; ego hanc metuo male.
Ne mihi ex insidiis uerba imprudenti duit.
Neu persentiscat aurum ubi est absconditum:
Quae in occipitio quoq; habet oculos pessima.
Nunc ibo ut uisam:sit ne ita aurum ut condidi:
Quod me sollicitat plurimis miserum modis:
Sta. Nec nunc mecastor quid hero ego dicam meo
Malae rei euenisse:quamue insaniam
Queo comminisci:ita me miseram ad hunc modum
Decies die uno saepe extrudit aedibus.
Nescio pol quae illunc hominem intemperiae tenent.
Peruigilat noctes totas:tum autem interdius
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.
Neq; iam quo pacto celem herilis filiae
Probrum:propinqua partitudo cui appetit:
Queo cōminisci:neq; quicq̃ melius est mihi

Sit ne ita aurum. Scribendum est sit:non autem est:quia uersus uno pede mutilus fieret. Nec nunc mecastor. uerba sunt Staphylae anus exclusae a foribus & mirantis heri sui insaniam & proteruiam nuper conceptam. Cōminisci. excogitare:putare. Intemperiae. Intemperantiae:deliramenta: fatuitates. Interdius. diurnus; hoc est die:uel per diem nomen est hoc loco:ut matutinus de quo inferius dicemus affatim. Claudus sutor. Quum enim claudi sint : & sutores : se plurimum diei domi continent : & sedentes transigunt tempus eiusmodi artifices : tum quia ire admodum nequeunt : nisi cum labore : tum quia in statione fuere ; & operi uacare eis opus est. Partitudo. pariendi tempus. Appetit. instat : propinquat. Litteram longam. idest

Intempiae. Interdius. Littera longa.

ut me suspendam:& pendens uideat.l.fecisse litteram.Suspēdio enim perempti:dum cruci obstricto laqueo collo pendent:uidentur eam litteram figurare. Mihi quando obstrinxero.expositio est prædictorum.Et addendū fuit mihi:metri necessitate.nam pes unus uersui deficiebat.

Nunc defecato demum animo.Idem genus est Carminis:trimetrum uidelicet.sex pedibus incedens.In hac scena Euclio senex domo egreditur lætus:posteaq̄ intus aurum saluum esse.compiti præcipitq; anui:ne se absente fores cuiq̄ aperiat:ne ne quenq̄ in domū intromittat:Se quoq; ipsum discruciās:q cogatur ut pauperem dissimulet: ire ad magistrum Curiæ qui pollicitus est.se diuisurum pecuniam in capita:ne si nō eat:domi habere pecuniam censeatur. Defecato.purgato:hilarii omni fece suspiciōis præteritæ excussa: a fece enim fecatus & defecatus nomen deflectuntem. Unde defecacius pro purius dixit Seruius libro tertio georg:corū : his ūbis. Nā sicut electrū defecacius est metallis omnibus: ita & currēs aq̄ cæteris purior.Inde ēt defecare uerbum pro purificare:& quasi fecem detrahere. Redi.anum uocat:ut redeat ad domus custodiam. Quippe nil. quia dixerat Euclio: atq; intus serua profecto inquit nihil ē hic qđ ego seruē:quum ædes nostræ nihil intus habeant:præter aranearum telas:& inanitates: nec etiam si fures accedant ullū possint in ædibus ipsis quæstū facere. Quippe. profecto:sane. Quæsti. pro quæstus:prisci enim per inclinatiōem scđam etiā flectebant huiusmodi noīa:ut quæsti:uicti:lucti &c. Inaniis. inanitatibus:inanimentis.Et scribēdū est inaniis:nō inanis:ut legit:& comentatur Pius amusos:contra metri legem.nā uersus nō consisteret:si inanis legatur:contraq; latinitatē oēm:siqdem a noīatiuo inania deflectitur:non ab inana: nullibi audito uocabulo:& ita codex Marcelianus recōcinādus est:in dictione inaniis:ut inaniis scribatur:quid quidē ille impius Pius interpres corrupte scripsit:& adduxit. Philippum regē me:aut darium. Me pronomen hic scribi:& e superiori uersu tolli censuimus:ut aptius:& integritati uersus concinnius.nā hic uersus claudus ambulasset:philippus rex fuit macedonum Alexandri magni pater.Darius aūt persarq; rex ab Alexandro uictus:& uterq; ditissimus.Porro scđa syllaba huius noīs Darius longa hic est: ut quæ græcis per.ει diphthongū scribatur.Δαρεῖος.quā diphthongū latini modo in.ι.longam uertunt:ut hic:& apud Claudianū: Darium famuli manibus doluisse peremptū fertur.Modo in.e.similiter longam.Ouidius in ibim:utq; necator Darei fraude secundi.Sed & breuis eadem syllaba fieri potest:utpote elisa.ε.littera ex diphthongo græca: & sola.ι. remanente: ut in epopœia nostra docuimus:his uersibus.A græcis etiā diphthōgis ptrahe ductas: lampiam exemplo capias & deiopeiam.Interdum & breuies uocabis tollitur illis.Sic Maro & æneadas tulit atq; typhoea tela hinc plateam choream:maleam: nemeam uariamus. Triuenefica.plusq̄ uenefica.Tris enim in compositione auget: ut alibi:non fur:sed trifur:& similiter trifurcifer:uenenū autem uocabulum medium est.unde Caius digestis de uerborum significatione.Eum qui uenenum proferret:adiicere debere ait utrum bonum esset:an malum: quia & medicamenta uenena sunt.Et quod nos uenenum:græci φαρμακον appellant: apud quos tam medicamenta.q̄ ea quæ nocent φαρμακα dicuntur.Antipharmacon autem:qđ & Antidotum alio nomine uocant:id appellatur:qđ contra φαρμακα & uenena:datur.unde Platonicum illud adagium est: Sapientem debere: uitiis uirtutem antipharmacum habere. Araneas.Araneus proprie animal uocatur:aranea autem tela: sed poetæ & fœmineum pro animali usurpant. Virg.Nam sæpe in foribus suspendit aranea casses αραχνη græce dicitur. Fuit autem Arachne puella lydia lanificii peritissima:quæ quum se temere Mineruæ præposuisset: conuersa est in Araneum.Et ut in uocabulario nostro diximus:id animal araneus: Aranea arachne:& aragne uocari potest.

Defecatus.
Defecare.
Inaniis.
Philippus rex macedonum.
Darius rex persarum.
Diphthōgi græce uarietas.
Triuenefica.
Tris in cōpositione.
Venenum.
Pharmacū.
Antidotū.
Aranea.

Vt opinor:q̄ ex me ut unam faciam litteram
Longam:laqueo collum mihi quando obstrinxero.

Euclio senex. Staphyla anus.

Eu. Nunc defecato demum animo egredior domo:
Postq̄ perspexi salua esse intus omnia.
Redi nūc iam intro:atq; intus serua.Sta.quippē nil
Ego intus seruem:an ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus.
Ita inaniis sunt oppletæ:atq; araneis.
Eu. Mirum quin tua nunc causa faciat iuppiter
Philippum regem me:aut darium triuenefica.
Araneas mihi ego illas seruari uolo.
Pauper sum fateor:patior:quod di dant fero.
Abi intro:occlude ianuam:iam ego hic ero.
Caue quenq̄ alienum in ædis intromiseris:
Sta. Quid si quispiam ignem quærit?Eu.extingui uolo.
Ne causæ quid sit quo te quisquam quæritet.
Nam si ignis uiuet:extinguere extemplo tu.

Quo te quisq̄ quæritet.Ita habent codices antiqui:qđ & sensus degeneratiori congruitati magis est consonū: q̄ si quod legas:& quispiam. Extinguere extemplo tu.Ita scribendus uersus est:& nō tu extinguere extemplo: nisi illū sexto suo pede uelimus mutilum facere:quæ quidem interpretes nostri Pius & Sarracenus nō aduerterūt.

Culter. Gladius. Mucro. Securis. Pistillum. Pisere. Pisores: uel pistores. Mortariũ.

Cultrum. Culter & per diminutionem Cultellus: is est quo panẽ: & alia minuta incidimus: quoq; litãtes iugulant uictimas: gladius autem ensem. At Mucro cuiusq; teli acumen significat: ut i uocabulario nostro docuimus Securim. Securis: cuius diminutiuũ est securicula: a secando dicta: ea dicitur: qua ligna secantur & inciduntur. Ouidius de Erisictone. Ille etiam cereale nemus uiolasse securi dicitur. Pistillũ. ligneolũ teres & uolubile: quo in mortario quid teritur: a pinsendo: siue pisendo: aut pisando: pisere. n. tundere est. Varro. Nec pisorẽ ullum nossent: nisi eum qui in pistrino pisceret farinam. Vnde pisores siue pistores ueteres uocabant: tam eos qui frumenta pisebant: q̃ qui panes coquebant: iidẽ quippe erãt utriusq; rei artifices. Mortarium. Instrumentũ est coquinariũ: in quo terũtur ea quæ soluenda sũt: q; ea in puluerem redacta ueluti mortua condiantur.

Tum aquam aufugisse dicito: si quis petet.
Cultrum: securim: pistillum; mortarium:
Quæ utenda uasa semper uicini rogant:
Fures uenisse atq; abstulisse dicito.
Profecto in meis ædibus me absente neminem
Volo intromitti: atq; etiam hoc prædico tibi:
Si bona fortuna ueniat: ne intromiseris.
Sta. Pol ea ipsa credo ne intromittatur cauet.
Nam ad ædis nostras nusq̃ adiit quaq̃ prope.
Eu. Tace: atq; ibi intro: Sta. taceo atq; abeo. Eu. occludesis
Fores ambobus pessulis. iam ego hic ero.
Discrucior animi: qa ab domo abeundum est mihi.
Nimis hercle inuitus abeo: sed quid agam scio.
Nam nostet nostræ qui est magister curiæ.
Diuidere argenti dixit nummos in uiros.
Id si relinquo: ac non peto: omnes illico
Me suspicentur credo habere aurum domi.
Nam uerisimile non est: hominem pauperem

Vtenda.

Vtenda. passiua significatione utenda dixit: quẽadmodũ & Nonius loquiens: Quia supellex multa quæ nõ utitur emitur tamen. Nã cõmune uerbum est utor quẽadmodũ uereor consolor: testor: hortor: & interpretor: ut Au. gellius inquit libro .xiiii. capi. xiii.

In meis ædibus. nõ in ædibus meis: quia pes uuus abundaret.

Nusquam quaq̃.

Nusq̃ adiit quaq̃ ppe. i. nusq̃ ad nos diuertit: neq; ædibus nostris ppinquã se fecit: nec scribẽdũ est: quãq̃ ppe. i. q̃uis sit i megadori domo diuitis & opulẽti: neq; quoq̃ ppe: hoc ẽ aliquo loco ppe: ut nugatur pius ille insipidus: sed quaq̃ ppe: ordo aũt est: nusq̃quaq̃ adiit ppe ad ædes nostras. Et est quaq̃ adiectitia particula: quẽadmodum pote: quæ adiicitur aliquibus negatiuis dictionibus: ut nequaq̃: haud quaq̃: nusq̃ quaq̃ quaꝝ significatio uidetur exprimi cũ maiori efficatia: adiecta ipsa particula: ac si diceremus nullo modo: nõ prius: nõ oio.

Pessulus. Repagula. Discrucior al: & aio. Magistri curiæ.

Pessulis. Pessulus diminutiuũ uidetur a pede: quasi puus pes sit: quo fores firmãtur & stabiliuntur: ueluti pedibus firmatur & stabilitur corpus. Sũt aũt ferri uectes: uel alterius generis antipagmenta ostiorũ: Eiusdẽ significationis sunt & Repagula a pãgẽdo dicta: fulciẽdis muniẽdisq; foribus accõmoda. Teren. Pessulum ostio obdo. Plautus in Curcul. Pessuli heus pessuli uos saluto lubens. Inde oppessulare: p eo qđ est pessulis firmare. Apul. libro primo de asino aureo. Et ianuã firmiter oppessulatã pulsare uocaliter incipio. Discrucior animi. & animo pariter dicimus: ut docet Diomedes. Sed quid agã scio. sed scio inqt: & pbe calleo qd faciam. nam quũ magister curiæ nostræ diuisurus sit uiritim nũmos argẽti: id si ego quãq̃ paꝝ sit: negligerẽ: suspicarẽtur oẽs: me nõ pauperẽ esse: sed domi aurũ habere: quod ne facere possint: ppterea ire oino illuc uolo. Magister curiæ. In curias diuisa erat ciuitas romana: ut plæræq; aliæ hoc est in tribus: quas triginta primũ deinde additiõe aliarũ qnq; trigĩtaqnq; fuisse cõstat: quibus singulis qui pꝑerant: Magistri curiæ appellabãtur. Ii etiã Diuisores sũt dicti: quia ad eos ptineret uiritim diuidere per curias suas pecuniã: quũ Senatus Donatiuũ faceret populo: quẽadmodũ etiã de tesseris frumẽtariis factitatũ est aliquãdo: ut apud Suetoniũ legimus. Asconius ped. uerũ legitimos habent tribus diuisores suos: quos Plautus Magistros curiaꝝ appellat: quidã intelligũt de pecunia candidatoꝝ: hoc est ambiẽtiũ magistratus: qui ad comparãda sibi populi suffragia: pecuniã uiritim distribui faciebant p diuisores curiaꝝ: qđ nõ probamus: stante lege de crimine ambitus: per quã qui in eã cõmitterẽt centũ annis cum infamia puniebãtur: quã rẽ tetigit poeta ẽt in amphitryonis plogo: quũ inquit: Similẽ rem ipse in legẽ esse iussit iuppiter: quasi magistratũ sibi alteri ne ambiuerit &c.

Curia. Curiales. Curio. Curiata

Curia locus est ut inqt festus pomp. Vbi publicas curas gerebant. Indem Varro & Nonius afferunt a cura deductum nomen affirmantes. Inde Curiales dicti qui de curia sunt: ut tribules qui de tribu: & municeps qui de municipio: sed nõ iccirco uerum est: qđ Pius audax nugator inquit. Curiales uidelicet. dici eiusdem curiæ. potest enim quis esse curialis: qui tamen nõ erit eiusdem curiæ mecum: utpote: qui in altera Curia ascriptus sim. Nec obstat quin Curionem quoq; appellare liceat magistrum curiæ: ut cui cura esset eorum quæ ad curiam suam pertinerent: quẽadmodum Curionem agnum dixit Plautus in hac ipsa comœdia: qui cura maceret. Curiata autem comitia dicebantur: ut Gellius notat lib. xiiii. cap. xxyii. ex au

Pauxillum parui facere:quin nũmum petat.
Nam nunc:quum celo sedulo omnes ne sciant:
Omnes uidentur scire:& me benignius
Omnes salutant: q̃ salutabant prius.
Adeunt:consistunt:copulantur dexteras.
Rogitant me ut ualeam:quid agam:quid rerum geram.
Nunc quo profectus sum ibo:post idem domum
Me rursum quãtum potero tantum recipiam.

Eunomia. Megadorus senex.

Eu. VElim te arbitrari me hæc uerba frater meæ fidei tuæq; rei.
Causa facere:ut æquũ ẽ germanã sororẽ.q̃q̃ haud falsa sum.
Nos odiosas haberi.nam multũ loquaces merito oẽs viii
Habemur nec mutã ꝑfecto repertã ullã esse hodie dicunt
Mulierem ullo in sæculo.uerũ hoc frater unũ cogitato tamen.
Tibi ꝓximã me:mihiq; itẽ te:& æquũ esse qđ in rem utriq;
Esse arbitremur.& mihi te:& tibi me consulere atq; monere.
Neq; occultũ id haberi:neq; mussari.ꝓ metũ quin participem
Pariter ego te:& tu me ut facias:eo nunc te secreto huc foras
Seduxi:ut tuã rem ego tecũ loquerer hic familiariter. (tuma?
Me. Da mihi tuã optuma fœmina manũ.Eu.ubi ea ẽ:qs ea nã ẽ op-
Me. Tu.Eu.tu ne ais?Me.si negas nego.Eu. decet eqdẽ uera ꝓloq
Nam nulla optuma põt eligi.alia alia peior frater est.
Me. Idẽ ego arbitror:nec tibi aduersari certũ est de istac re unq̃ soror
Quid uis?Eu.da mihi opã amabo.M.tuast utere:atq; ipa.si qd-
Eu. Id qđ tuã ĩ rẽ eẽ optumũ arbitror te id admõitũ aduẽto.(me uis
Me. Soror more tuo facis.Eu.ecastor facta uolo.Me.quid ẽ id soror?
Eu. Quod sempiternũ tibi salutare sit ꝓcreandis liberis. (ita?
Me. Ita di faxit.Eu.uolo te uxorẽ domũ ducer.M.hei occidi.Eu.qd-
Me. Quia misero cerebrũ excutiunt tua dicta soror:lapides loq̃ris.
Eu. Eia hoc face qđ te iubet soror.Me.si iubeat faciã.Eu.ĩ rẽ ħ tuã ẽ.
Me. Vt quidẽ:emoriar prius q̃ ducã.aut quæ cras ueniat: perinde
Foras ferat soror.his legibus quã tu dare uis cedo
Nuptias adorna.Eu.q̃ maximã tibi possum dare frater dotem.
Sed est grandior natu:media est mulieris ætas.eam si iubes
Frater tibi me poscere poscam.Me.num nõ uis me iterrogare te?
Eu. Immo qđ uis roga.Me.post mediã ætatẽ qui ducit uxorẽ domũ.
Si eam senex intra annũ prægnantem fortuito fecerit:
Quid dubitas quin fiet paratũ nomen:puero posthumus?
Nunc istum ego soror laborem degam:& dimminuã tibi.
Ego uirtute deum & maiorum nostrorum:diues sum satis:
Istasq; magnas factiones:animos:dotes: dapsiles:
Clamores:imperia:eburata uehicula:pallas: purpuram.
Nihil moror:quæ in seruitutem sumptibus redigunt uiros.

toritate Lelii felicis:q̃ per lictorem calari.i. cõuocari solebãt: quũ Cẽturiata Comitia p comiciũẽ cõuocarentur: Et utraq; calata appellarentur. Calata enim dici q̃ collegio pontificum habẽtur: aut regis sacroꝝ: aut flaminũ inaugurãdorũ causa. Nã uerisimile nõ est. Metri necessitas cogit:ita scribi ṽsum:nõ ãt.nã nõ est uerisimile:qm̃ uno pede mutilus fieret: qđ qdẽ nostri ĩterp̃tes cæci nõ uiderũt. Pauxillũ puifacere. ordo est: nã ñ ẽ ṽisimile hoiem paupem puifacere qn petat nũmũ pauxillũ.

Cẽturiata. Comitia.

Calata.

Pauxillum.

Pauxillũ. diminutiuũ ẽ tertii gradus: a parũ nãq; fit diminutiuũ paulũ: & ab hoc scđm paululũ: a quo pauxillũ:& rursum ab eo q̃rti gradus pauxillulũ. Quũ celo.quũ occulo: & tego dissimulãs meã paupatẽ. Copulãtur.copulãt: iungũt: amplexantur dexterã meã suis dexteris manibus. Nã autoritate Seruiana manus dixerit dicata est amiciciæ: ut auris memoriæ: genua misericordie. uñ Papinius. Iã pariter coeant aĩorũ in pignora dextræ. Et Virg. Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni. De genibus satis dictũ est ĩ asinaria. De auribꝫ ṽo Vir. cynthius aurẽ uellit. Calphurnius. uellit nã sæpius aurẽ ĩuida paup̃tas. Quo ꝓfectus sũ.i. quo ꝓficiscebar: quo ibã tp̃s ꝑ tp̃e: uel quo ꝓficisci ĩ aĩo destinauerã. Vti Plau. hoc mõ loq̃ndi sæpe. Quãtũ poto.tm̃ accelerãs:passusq; diuaricãs:q̃tũ potero:hoc est:tã citatissimo curriculo: q̃ potero.

Dexta amiciciæ dicata est.

Auris memoriæ dicata.



Ræsagibat mihi animus. Versu tetrametro brachicatalectico septem pedibus instructo constat hæc Scena: in qua Euclio senex introducitur: se frustra ad curiæ magistrū profectū esse dictitans: ac secum ueluti conquerens: Cui Megadorus obuius fit: quūq; illū prius blande salutasset atq; amisisset: Demū filiā ab ipso Euclione sibi desponderi petit: qđ ille ratus: ac pro compto tenēs: aulæ nūmariæ causa fieri: cui Megadorus ipse inhiaret: quū diu reluctasset: deriderique se existimans abnuisset: Tandē persistenti: ac serio se petere dicenti Medagoro filiā despondet.

Eu. Dic mihi quæso quis est ea quā uis ducere uxorē? Me. eloquar.
Nouistin hunc senem euclionem ex ꝓximo pauperculum?
Eu. Noui: hoīem quidem haud malū me castor. Me. eius cupio filiā.
Virginem mihi desponderi: nunc uerba ne facias soror.
Scio quid dictura es mihi: hanc esse pauperem: hæc paup placet.
Eu. Dii bn̄ uertāt. Me. & idē ego spero. Eu. qd me nūc uis? Me. uale.
Eu. Et tu frater. Me. ego cōueniam isthunc euclionem si domi est.
Sed eccum nescio unde sese homo nunc recipiat domum.

Euclio Meg. senex.

Ræsagibat mihi aīus frustra ire me: quū exibā domo
Itaq; abibam inuitus: nam neq; quisq̄ curialium vii
Venit: neq; magister: quem diuidere argentū oportuit.
Nūc domū ꝓperare ꝓpero: nam egomet sum hic: aīus domi est.
Me. Saluus atq; fortunatus euclio semper sies.
Eu. Di te ament megadore. Me. quid tu? recten: atq; ut uis uales?
Eu. Nō temerarium est ubi diues blande appellat pauperem.
Jam illic aurum me scit habere: eo me salutat blandius.
Me. Ain tu ualere te. Eu. pol ego haud a pecunia perbene.

Sagio.
Præsagio.
Præsagus.

Præsagibat. Sagire: ut inquit Cicero: & nos diximus in uocabulario nostro: ē acute sentire. Et ille q ante sagit & sentit: q̄ oblata res est: dicitur præsagire: quasi futura p̄sentire & prænoscere. Dicimusq; indifferenter præsagit & p̄sagitur. Plautus in bacchidibus: occidi animus iā isthoc dicto plus præsagitur mali. Et sic p̄sagum animum & præsagam mentem appellamus: quibus futura præsentiuntur. Sagam etiam Festus dicit mulierē sacrorum peritā & sapientē. At Nonius: Sage inqt dicuntur fœminæ ad libidinē uiroꝝ indagatrices: & habet p̄mam syllabam ꝓductam. Martialis. Exorar noctes dū mihi saga tuas. Sagax aūt p̄ma breui: & oīs generis est: & ut Festus inquit: significat solertis acuminis. unde etiā canes indagatores sagaces sīut appellati præsagibat ergo p̄sentiebat: prædiuinabat. Frustra ire me. ita scribēdū est: metri necessitate: nō frustra me ire: qa vsus claudicaret. Inuitus. maleuolēte aio nō contētus: nō libens. Aius domi est. Similē sensū alibi apud hūc ipm poetam est uidere ubi sū: ibi nō sū: ubi nō sū: ibi ē aius. Saluus. Megadorus euclioni obuius factus eū salutat.

Saga.
Sagax.
Quid tu.

Quid tu? modus loqndi est: quo uti solemus: quū de aliquo nobis ignoto: & qđ scire cupiamus alteꝝ introgamus: acsi diceret: qd tu igs ad hoc? Recten. p recte ne uales ne recte: atq; ut uis? Nō temerariū. Nō n̄ idet euclio introgatus: sed iā aulæ timēs ob blādā istiusmodi Megadori diuitis appellatiōem intra se hæc loqtur. Nō temerariū. nō sine cā: nō temere ē: nō ab re est: ut ī asinaria ēt diximus. Porro aūt: Temetū apud antiquos uinū dicebatur: & p̄cipue qđ grauius erat: ut Nonius ait: & Donatus itē sup illo Terētiano vsu ex Andria: Sanepol temulēta ē mulier: a quo Abstemius fit: hoc ē sobrius: & q uino abstinet: & temulētus: uinolētus: ebrius: Diciturq; temetū: ut idē Donatus iqt ab eo: qa tenet mētē. Et ꝓducūt hæc oīa syllabā te: ut & Donatus ait: & exēplis patet. Hoc supaddito: q temetū ēt scdam ꝓducit: queadmodū & p̄mā. Hor. Pullos oua cadū temeti. Plautus ī aulularia. Qui? qa temeti nihil allatū intelligo. Idē Hor. Si forte ī medio positoꝝ abstemius herbis uesceris: Teren. Sanepol temulēta est mulier: ubi scd̄s pes est spōdeus: sicut & p̄mus. Et ab hoc Temulēto: Temulētia deducitur: hoc est ebrietas. Sunt etiā: qui a Temeto Temere aduerbiū deductū uelint: qđ significat stulte: & incōsiderate: q̄lis ē cōdicio ebrioꝝ: q nec timēt qcq̄: nec qd faciāt uidēt: a quo Temerarius hoc ē audax: & Temeritas audacia seu stulticia: & Temero v̄bū: qđ ē scelero uiolo & cōtamino deducūtur. un̄ Temerata sacra turbata: & nō rite facta dicimus: & ecōtrario itemeratā fidē hoc ē integrā: iuiolatā: & icorruptā. hæc āt oīa p̄mā & scdam syllabā hūt correptā. unde alii nō a temeto deduci Temere & temerariū ac temerare existimāt: sed a temno v̄bo: qđ significat spno: despicio: cōtemno: ut Temerariū: & temerare: p syncopā quādā dicta sint: q̄si Temnerariū: & temnerare: eo q audaces & stulti oīa cōtemnāt: & ab eis temere aduerbiū deductū: quo uocabulo q post Ciceronē fuere oēs p fere usi sūt. Quintil. Illud igenioꝝ uelut præcox genus nō temere unq̄ p̄uenit ad frugē: ueteres ēt Temeritudinē p temeritate scripsere: ut Nonius inqt. Pacuuius. Egon tyrāni nō noui temeritudinē? Iā illhic auꝝ me scit hēre: Illhic p ille hic subaudi hōo uel Megadorus. nō enī ascribēdū est in cōtextu hō: qa v̄sus non patitur: sed subaudiēdū: qđ Pius & Sarra. inṫpretes minime uiderūt. Inquit ergo intra se senex Euclio auarissimus & suspiciosus: ueluti p̄diuinans. Iam hic Megadorus rescíuit me habere domi aulā auri plenā: ideo salutat me blādius solito. Ain tu ualere te? ita scribēdū ē metri necessitate. nō ain tu te ualere: qa nō cōstaret v̄sus. v̄ba sūt Megadori ad Euclionē secū demurmurantem: dicis ne ingt te ualere? Pol ego haud a pecunia pbene. n̄ idet tandē Euclio: se bn̄ ualere in oībus: p̄ter id unū: q

Temetum.
Abstemius
Temulētus
Temulētia
Temere.
Temerarius
Temeritas
Temerare.
Temeritudo.

pecuniā nō habet:ordo ē:pol ego pbene:ualeo.f. Haud a pecunia.tanq̄ si diceret:nō a renibus:nō a pectore: nō a capite.dupliciter aūt pōt hæc littera ordinari:uel sic.pol ego perbene ualeo:haud a pecunia:uel sic. pol ego haud pbene ualeo a pecunia:ut hoc scdo sensu magis exprimatur auari senis aius:q quū interrogaretur:an recte ualeret:rńdeat:haud pbene ualere a pecunia:tanq̄ si recta hois ualitudo in pecunia cōsistat. Pol si aius æquus tibi est.uerbū est:hic ascribi debet:metri rōne.nā si pponatur:ut fere hńt codices:v̄sus nō cōsisteret.rńdet aūt Megadorus p idē adiurātis aduerbiū:p qd̄ Euclio loquutus erat:hoc est pol.qd̄ p pollucē significat.Sensus ē.Si aio æquo & honesto esse uis: satis habes quo bene uitā colas.i.tm̄ tibi diuitiaꝝ est:ut bn̄ uiuere possis: quanq̄ nō ita pecunia tibi affluenter suppetat.Sed Euclio aī auarissimi: & ut diximus suspitiosi:hæc v̄ba Megadori: hoc est satis habes q bn̄ uitā colas: iam ad aulā trāstulit:& illum ea ptulisse suspicatus ē:qa de auro resciuisset.Vn̄ rursum itra se īmurmurās loqui cœpit. Anus hercle.Anus inquit mea Staphyla huic indiciū fecit de auro a me inuēto. Perspicue palā est.i.hoc pspicuū & apertū est: eā indiciū fecisse. Præcidā.abscindā. Præcidere.ē pprie ante cædere. hoc ē imolare.Vn̄ pcidaneæ hostiæ uocabantur:q̄ āte sacrificia solēnia pridiæ cædebatur. Et pcidanea porca quæ mactabatur cereri ab eo qui mortuo iusta nō fecisset:quod facere mos erat:priusq̄ nouas fruges gustarēt:

Me. Pol si aius æquus tibi est:satis habes:qui bene uitam colas.
Eu. Anus hercle hoc indiciū fecit.de auro.perspicue.palam est:
Cui ego iam linguam pcidam:atq; oculos effodiam domi.
Me. Quid tu solus tecum loquere?Eu.pauperiem meam cōqueror.
Virginem habeo grandem:dote cassam:atq; inlocabilem.
Neq; eam queo locare cuiq̄.Me.tace bonum habe aium euclio.
Dabitur:adiuuabere a me: dic si quid opus est impera.
Eu. Nunc petit quum pollicetur:inhiat aurum ut deuoret.
Altera manu fert lapidem:panem ostentat altera.
Nemini credo qui large blandus est diues pauperi.
Vbi manum iniicit benigne:ibi onerat aliquam zamiam.
Ego istos noui polypos:qui ubi quid tetigerunt tenent.
Me. Da mihi opam parumper:paucis est quod te uolo.
De cōmuni te appellare mea & tua.Eu.hei misero mihi.
Aurum intus mihi harpagatum est:nunc hic eam rem uolt scio
Mecum adire ad pactionem.uerum interuisam domi.
Me. Quo nunc abis?Eu.iam ad te reuortar.nā est qd̄ uisam domū.
Me. Credo hercle ubi mentionem ego fecero de filia
Mihi ut despondeat:se a me derideri rebitur.
Neq; illo quisq̄ alter est hodie ex paupertate parcior.

Præcidere. Præcidānea. Succidanea hostia.

qd̄ tangit & Noñ.in dictione pcidaneum.& Gellius itē libro.iiii.noct.atticaꝝ.Qui & præcidaneas ferias dici similiter testimonio Attei capitonis asserit.Succidaneas uero hostias inquit dici.e.littera:per morē compositi uocabuli in.i.litterā cōmutata:q̄si succedaneas.qm̄ si p̄mis hostiis litatū nō erat:aliæ post easdē ductæ hostiæ cædebātur:& succedebant.ob id succidaneæ noiatæ:littera.i.scilicet tractim pronūciata: quā significationē a Plau. inqt declaratā fuisse in Epidico:quū inqt.Men piaculārē oportet fieri ob stulticiā tuā?ut meū tergū stulticiæ tuæ subdas succidaneū?huius itaq; uocabuli scda syllaba longa est:ut idē Gellius ait:nō breuis:ut qdā barbare putauit. Præcidere etiā in alia significatione:capitur p re turpi:hoc est marē intra podicē coeundo labefactare:sicut pædicare ē iter fœmina fœdare.Mar.Præcidi gaudes:præcisus nesciole plotas:& in priapeis:præcidere puer moneo: futuere puella.Præcisum quoq;:sicut & Omasum:ut Nonius ait:dicitur pars carnis uiscerū. Neuius: præcisum: omasum:pnam:callū gliscis:glandia.Lucilius.Illi pciso:atq; epulis capiuntur opimis. Quid tu solus.uidebat Megadorus:Euclionē nescio qd secum īmurmurare:suprascripta v̄ba pferret:sed non intelligebat qd diceret.un̄ iterrogat eū:qd secum solus loquatur.At ille ne Megadorus cōiicere possit:qd loquutus sit: rńdet. Pauperiem meā conq̄ror.Et ita scribi metri necessitas cogit:nō:meā pauperiē conq̄ror: qa abūdaret v̄sui pes unus. Dote cassam.i.uacuā:carentem dote.Cassus.n.ut Prisciano placet:a careo uenit:quāq̄ magis nomē sit:sicut lassus.Cassum inqt Nonius:ueteres p inani posuerūt:& arbitrādū ē:eius v̄bi pprietatē magis ab arcanoꝝ cassibus dictā:q sint leuis:ac nullius pōderis:nō ut qbusdā uidetur:q̄si quassum: & hūc plauti v̄sum citat. Illocabilem.nō aptā alicui in cōiugium locari:pper dotis modicā portiunculā:quū dos ipr imis ab oībus q̄ratur:iuxta illud Iuue.Protinus ad censum:de moribus ultima fiet q̄stio:qd̄ & Plautus in persa:uelut oraculū dixit:sub parasiti psona ad filiā:his uerbis.Tace stulta:nō tu nunc hoiem mores uides:Cuiusmodi hic cū mala fama facile nubitur.Dū dos sit:nullū uitiū uitio uortitur.Locare:ut diximus in uocabulario nostro: & Nonius asserit significat maritare: seu nuptā dare:ut hic & apud Terēt.q si filiā suā anicli locaret.Significat cōstituere. Virg.Hic alta theatri fundamēta locāt alii.Et usum alicuius rei ptio cōcedere:uel opus faciēdū ptio dare.Cice.Vxoris fundus erat colono locatus.Idē:uel q locatio ipa ptiosa.Et reponere:Plau.in asinaria.Hic istā colloca crumenā in collo plane.

Pædicare. Præcisum. Cassus. Locare.

Eu. Di me ſeruant: ſalua res eſt: ſaluum eſt ſi quid non perit.
Male nimis timui: prius q̄ intro redii exanimatus fui.
Redeo ad te megadore ſi quid me uis. Me. habeo gratiam.
Quæſo quod te percontabor: ne id te pigeat proloqui
Eu. Dum quidem ne perconteris: quod mihi nō libeat proloqui.
Me. Dic mihi quali me arbitrare genere ꝓgnatum. Eu. bono.
Me. Quid fide? Eu. bona. Me. qd factis. Eu. neq; malis: neq; īprobis.
Me. Aetatem meam ſcis. Eu. ſcio eſſe grandem itidem ut pecuniam.
Me. Certe ædepol equidem te ciuem ſine omni mala etiam
Malitia ſemper ſum ratus: & nunc arbitror. Eu. aurū huic olet.

Aurū huic olet.

Quid nunc me uis? Me. qm̄ tu me: & ego te qualis ſis ſcio.
Quæ res recte uortat: mihiq; tibiq;: filiæq; tuæ
Filiam tuam mihi uxorem poſco: promitte hoc fore.
Eu. Hei medagore haud decorum facinus tuis factis facis.
Vt inopem atq; innoxium abs te: atq; abs tuis me irrideas.

Innoxium abs te & tuis.

Nam de te neq; re neq; uerbis merui ut faceres quod facis.
Me. Neq; ædepol te ego deriſum uenio: neq; derideo.
Neq; dignum arbitror. Eu. cur igitur poſcis meam gnatam tibi?
Me. Vt ꝓpter me tibi ſit melius: mihiq; ꝓpter te & tuos.
Eu. Venit hoc mihi in mentem megadore te eſſe hoīem diuitem.
Factioſum: me item eſſe hominem pauperū pauperrimū.
Nunc ſi filiam locaſſim meam tibi: in mentem uenit.

Factioſus. Locaſſim.

Te bouem eſſe: & me eſſe aſellum: ubi tecum coniunctus ſiem.
Vbi onus nequeā ferre pariter: iaceam ego aſinus in luto.

Ferre ex codicibus antiquis: & metri neceſſitate: non portare ut legit pius.

Tu bos me haud magis reſpicias: gnatus q̄ ſi nunq̄ ſiem.
Et te utar iniquiore: & me meus ordo irrideat.
Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum: ſi quid diuortii fuat.

Neutrobi.

Aſini mordicibus ſcindant: boues incurſent cornibus.

Mordicibus legen. uidetur: & tollendum me: metri neceſſitate: quia Nonius hunc locum allegans mordicibus legendū docet.

Hoc magnū eſt periclum me ab aſinis ad boues tranſcendere.
Me. Quā ad ꝓbos ꝓpinquitate ꝓxime te adiunxeris:
Tam optimū eſt: tu conditionem hanc accipe: auſculta mihi.

Conditio.

Atq; eā deſponde mihi. Eu. ad nihil eſt dotis quidē. Me. ne duas.
Dum modo morata recte ueniat: dotata eſt ſatis.

Morata.

Eu. Eo dico ne me theſaurum repperiſſe cenſeas.
Me. Noui: ne doceas: deſponde. Eu. fiat: ſed pro iuppiter.
Non ego diſperii? Me. quid tibi eſt? Eu. crepuit quaſi ferrū mō?
Me. Hic apud me hortum confodere iuſſi: ſed ubi hic eſt homo?
Abiit: neq; me certiorem fecit: faſtidit mei:

Faſtidit mei.

Quia uidet me ſuam amicitiam uelle: more hominum facit:
Nam ubi opulentus it petitum pauperioris gratiam:
Pauper metuit congredi: atq; per metum male rem gerit:
Idem quando illæc occaſio periit poſt ſero cupit.
Eu. Si hercle ego te nō elinguandā dedero: uſq; ab radicibus.
Impero ſumq; autor ut me cuiuis caſtrandum loces.

Me. Video hercle ego te me arbitrari euclio hominem idoneum
Quem senecta ætate ludos facias haud merito meo.
Eu. Neq; pol megadore facio:neq; si cupiam:copia est.
Me. Quid nunc etiam mihi despondes filiam? Eu. illis legibus.
Cum illa dote quam tibi dixi. Me. sponden ergo? Eu. spondeo.
Di bene uortant. Me. ita di faxint. Eu. facito illud memineris.
Conuenisse:ut ne quid dotis mea ad te afferat filia.
Me. Memini. Eu. at scio quo uos pacto soleatis perplexarier.
Pactum nō pactum est:nō pactum pactū est:quod uobis lubet.
Me. Nulla controuersia mihi tecum erit: sed nuptias
Hodie quin faciamus num quæ cã est? Eu. immo optume.
Me. Ibo igitur:parabo:nunquid me uis? Eu. istud fiet. uale.
Me. Heus strobile. sequere propere me ad macellum strenue.
Eu. Illic hinc abiit. di immortales aurum obsecro quid ualet?
Credo ego iam illum inaudisse mihi esse thesaurum domi.
Id inhiat ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

Cóuenisse. Perplexarier. Pactū non pactū est.

Inhiare. Obstinauit. Deblaterasti.

Euclio senex. Staphyla anus.

Eu. VBi tu es quæ deblaterasti iam uicinis omnibus vii
Me meæ filiæ daturum dotem? heus staphyla te uoco.
Eequid audis? uascula intus pure:propera atq; elue.
Filiam despondi. ego hodie. huic nuptum megadoro dabo.
St. Di bene uortant. uerum ecastor nō pōt. subitum est nimis.
Eu. Tace atq; abi:curata hæc sint quum a foro redeam domum.
Atq; occlude ædes:ego iam hic adero. St. quid ego nunc agam?
Nunc prope adest exitium mihi atq; herili filiæ
Nam ꝓbrum atq; partitudo prope adest ut fiat palam.
Quod celatum ē:atq; occultatum usq; adhuc:nunc nō pōt.
Ibo intro:ut hæc quæ īperauit facta cum ueniat sient.
Nam ecastor malum mœrorem metuo ne mistum bibam.

Partitudo.

Strobilus seruus. Anthrax. Congrio coqui.

Stro. POstq̄ obsonauit herus:& conduxit coquos,
Tibicinasq; hasce:apud forum edixit mihi. vi
Vt dispartirem obsonium hic bifariam.
Cō. Me quidem hercule:dicam palam:non diuides.
Si quo tu totum me ire uis operam dabo.
Ant. Bellum & pudicum uero prostibulum populi.
Post si quis uellet te:haud non uelles diuidi.
Cō. Atqui ego istuc anthrax aliouorsum dixeram
Non istud quod tu insimulas. St. sed herus nuptias
Meus hodie faciet Con. cuius ducit filiam?
St. Vicini huius euclionis hinc e proximo.
Ei adeo obsoni hinc dimidium iussit dari.
Coquum alterum:itidemq; alteram tibicinam.
A Nempe huic dimidium dicis:dimidium domi?

Obsonauit.

Prostibulū.

St. Nempe sicut dicis Ant.quid hic non poterat de suo
St. Obsonari senex in filiæ nuptiis?
St. Vah.An.quid negoci est?Sta.quid negocii sit rogas?
Pumex non æque est aridus:atq; hic est senex.
An. Ain tandem ita esse ut dicis?Str.tute existima.
Suam rem periisse: seque eradicarier:
Quin diuum atq; hominum clamat continuo fidem
De suo ligello fumus si qua exit foras.
Quin quum it dormitum follem obstringit ob gulam
An. Cur?Str.ne quid animæ interea amittat dormiens.
An. Etiane obturat inferiorem gutturem.
Ne quid animæ interea forte amittat dormiens?
Str. Hæc mihi te:ut tibi me est æquum credo credere.
An. Immo quidem credo.Str.at scin etiam tu quo modo?
Aquam hercle plorat quum lauat profundere.
An. Censen talentum magnum exorari posse
Ab istoc sene:ut detqui fiamus liberi?
Str. Famem hercle utendam si roges: nunq̃ dabit.
Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat.
Collegit:omnia abstulit præsegmina.
An. Aedepol mortalem præ parcum prædicas.
Str. Censen uero adeo esse parcum & misere uiuere?
Pulmentum pridem eripuerat ei miluius.
Homo ad prætorem plorabundus deuenit.
Insit ibi postulare plorans eiulans:
Vt sibi liceret miluium uadarier.
Sexcenta sunt quæ memorem si sit ocium.
Sed uter uestrorum est celerior memora mihi.
An. Ego ut multo melior.St.Coquum ego:non furem rogo.
An. Coquum ego dico.St.quid tu ais?Con.ego sic sum:ut uides.
Str. Coquus ille nundinalis est:in nonum diem.
Solet ire coctum.Con.tu trium litterarum homo
Vituperas me.Str.quin tu etiam fur trifurcifer.

Strobilus. Anthax. Congrio.

Str. Age nunc iam tu.atq; agnum horũ uter est pinguior?
An. Licet.Str. tu congrio illum tibi sume.atq; abi
Ite illuc intro & uos.eũ q; sequimini.
Vos cæteri illuc ad nos.Con.hercle iniuria
Dispertiuisti.pinguiorem agnum isti habent.
Str. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
I sane cum illo phrygia:tu autem eleusium
Huc intro abitũ ad nos.Con.o strobile subdole
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?

Obsonari. Pumex. Ligellum. Gutturem. Famẽ utẽdam. Præsegmina. Plorabundus. Vadarier. Vestrorũ p uestrum. Nũdinalis. Triũ littera rũ homo Trifurcifer. Tibicina.

Vbi ſiquid poſcamus:ad rauim poſcamus:prius Rauim.
Quã quicq̃ detur.Str. ſtultus & ſine gratia es.
Tibi recte facere:quando quod facias perit?
Cõ. Qui uero:Str.rogitas:iam principio in ædibus.
Turba iſtuc nulla tibi erit.ſi quod uti uoles.
Domo abs te afferto:ne operam perdas poſcere.
Hic autem apud nos magna turba ac familia eſt.
Supellex:aurum:ueſtes:uaſa argentea
Ibi ſi periit quippiam:quod te ſcio
Facere abſtinere poſſe ſi nihil obuiam eſt:
Dicant coqui abſtulerunt:comprǽhendite.
Vincite:uerberate:in puteum condite.
Horum tibi iſtic nihil eueniet:quippe qui
Vbi nihil quicquã eſt:ſequere hac ſis me.Con.ſequor.

Strobilus.Staphyla.

Str. Eus ſtaphyla prodi atq; oſtium aperi.Sta.q uocat? vi
Str. Strobilus.Sta.qd uis:Str.uolo hos ut accipias coquos:
Tibicinamq;:& obſonium hoc in nuptias.
Megadorus iuſſit euclioni hæc mittere.
Sta. Cererin mi ſtrobile hi ſunt facturi nuptias?
Str. Qui?Sta.quia temeti nihil allatum intelligo: Cereri nuptias facere.
Str. At iam afferetur ſi a foro ipſus redierit.
Sta. Ligna hic apud nos nulla ſunt Str.ſunt aſſeres? Temeti.
Sta. Sunt pol.Str.ſunt igitur ligna: ne quæras foris. Aſſeres.
Sta. Quid impurate q̃q̃ uulcano ſtudes: Impuratus Vulcano ſtudere.
Cœnæ ne cauſa:aut tuæ mercedis gratia
Nos noſtras ædes poſtulas comburere?
Str. Haud poſtulo.duc iſtos intro.Sta. ſequimini.

Pythodicus Seruus.


Vrate:ego interuiſam quid faciant coqui: yi
Quos pol ut ego hodie ſeruem cura maxima ẽ:
Niſi unum hoc faciam:ut in puteo cœnam coquant.
Inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis. Corbulis.
Si autem deorſnm comedent ſiquid coxerint:
Superi incœnati ſint:& cœnati inferi.
Sic uerba hic facio: quaſi negoci nihil ſiet.
Rapacidarum ubi tantum ſiet in ædibus. Rapacidarum.

Euclio.Congrio.


Olui animum tandem confirmare hodie meum. yi
Et bene ut haberem filiæ me in nuptiis:
Venio ad macellum:rogito piſces:indicant Macellum Indicare.
Caros:agninam caram:caram bubulam: Bubula.
Vitulinam:cetum:porcinam;cara omnia: Cetum. Agnina.

Atq; eo fuerunt cariora:æs non erat.
Abeo illinc iratus:quoniam nihil est qui emam,
Ita illis impuris omnibus abii manu.
Deinde egomet mecum cogitare inter uias
Occœpi:festo die si quid prodegeris:
Profesto egere liceat:nisi peperceris.
Postq̃ hanc rationem cordi uentriq; edidi:
Accessit animus ad meam sententiam:
Quã minimo sumptu filiam ut nuptum darem,
Tusculũ. Nunc tusculum emi:& hasce coronas florea.
Hæc imponentur in foco nostro lari:
Vt fortunatas faciat gnate nuptias.
Sed quid ego apertas ædes nostras conspicor?
Et strepitus est intus?nummam ego compilor miser?
Cõ. Aulam maiorem si potes uiciniam
Pete:hæc est parua:capere non quit.Eu.hei mihi
Perii hodie:aurum rapitur:aula quæritur.
Nimirum occidor:nisi ego intro huc propero currere.
Apollo quæso subueni mihi:atq; adiuua.
Confige sagittis fures thesaurarios.
Cui in re tali subuenisti antehac item.
Sed cesso prius q̃ prorsus perii: currere.

Anthrax. Euclio.

Promo desquama piscis:tu machærio vi
Congrum murænam exdorsua quantum potes.
Ego hinc artoptam ex proximo utendam peto
A congrione.tu istum gallum si sapis:
Glabriorem reddes mihi:q̃ uolsus ludius est.

Desquama Exdorsua. Artoptam utendã. Glabriorẽ ludius uolsus.

Eu. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Coqui hercle credo faciunt officium suum.
Fugiam intro:nequid turbæ fiat hic itidem.

Congrio. viii

Optati ciues:populares:icolæ.accolæ. aduenæ oẽs mihi
Date uiam qua fugere liceat:facite totæ plateæ pateãt.
Neq; ego unq̃ nisi hodie ad bacchas ueni i bacchanal coqnatũ?
Ita me miserũ & meos discipulos fustibus male cõtuderunt.
Totus doleo.atq; ego oppido perii:ita me iste habuit senex
Bacchanal Gymnasiũ atat perii hercle ego miser:aperit bacchanal adest.
Sequitur.scio quam rem geram.hæc ipsus magister me docuit.
Neq; ligna ego usq̃ gentium præberi uidi pulchrius,
Itaq; omnis exegit foras:me:atq; hos onustos fustibus.

Euclio senex.Congrio. (mas? vii

Redi:quo fugis nunc?tene tene.Con.qd hic stolide cla-

Eu. Quia ad triſuiros iam ego deferã tuũ nomen. Con. quãobrẽ?
Eu. Quia cultrũ habes. Con. coquũ decet. Eu. quid cõminatus es
Mihi? Con. iſtuc malefactum arbitror: quia non latus fodi.
Eu. Homo nullus eſt ſceleſtior te qui uiuat hodie.
Neq; cui ego de induſtria amplius male plus lubens faxim.
Cõ. Pol etſi taceas: palam id quidem eſt: res ipſa teſtis eſt.
Ita fuſtibus ſoſum miſer q̃ ullus cinædus mollior.
Sed quid tibi nos homo mendice tactio eſt? quæ res?
Eu. Etiam me rogitas? an quia minus q̃ æquum erat feci?
Cõ. Sine: hercle cum malo magno tuo: ſi hoc caput ſentiet.
Eu. Sed in ædibus quid tibi meis nam erat negocii
Me abſente: niſi ego iuſſeram? uolo ſcire. Con. tace ergo:
Quia uenimus coctum ad nuptias. Eu. quid tu malum curas
Vtrum crudum an ego coctum edam? niſi tu mihi es tutor.
Cõ. Volo ſcire: ſinas: an nõ ſinas: coquere nos hic cœnam.
Eu. Volo ſcire item ego meæ domi mea ſalua an ſint futura.
Cõ. Vtinam mea mihi modo auferam quæ huc attuli ſalua.
[Eu.] Me aut pœnitet: tua ne expetam? Con. ſcio. ne doce. noui
Quid eſt qua prohibeas gratia nunc nos coquere hic cœnã?
Quid fecimus? quid diximus tibi ſecus q̃ uelles?
Eu. Etiam rogitas homo ſceleſte qui omnis angulos
Mearum ædium: & conclauiũ mihi peruiam facitis?
Id ubi tibi erat negocium ſi adeſſes ad focum:
Non fiſſile caput: nunc haberes merito id tibi factum eſt.
Adeo ut tu meam ſententiã iam poſſis noſcere:
Si ad ianuam huc acceſſeris: niſi iuſſero propius:
Ego te faciam miſerrimus mortalium uti ſies.
Sis iam meam ſententiam? quo abis? redi rurſum.
Cõ. Ita me bene amet lauerna: tu iam niſi reddi iubes
Mea mihi uaſa: pipulo differam te hic ante ædis.
Quid ego nunc agam? næ ego ædepol ueni huc auſpicio malo.
Nummo ſum conductus. plus iam medico mercede opus eſt.

Euclio. Congrio.

Eu. HOc eqdẽ hercle quoquo ibo mecũ erit: mecũ ferã. yii
Neq; id in tantis periculis unq̃ cõmittam ut ſiet.
Ite ſane nunc iam intro omnes & coqui & tibicinæ.
Etiam introduce ſi uis uel gregem uenalium.
Coquite: facite: feſtinate nunc iam: quantum lubet.
Cõ. Hem perii. Eu. abi. opera huc conducta eſt ueſtra non oratio.
Cõ. Heu ſenex pro uapulando hercle ego abs te mercedem petam.
Coctum ego: non uapulatũ dudum conductus fui.
Eu. Lege agito mecum moleſtus ne ſis: & cœnam coque.
Aut abi in malum cruciatũ ab ædibus. Con. abi tu modo.

Deferã tuũ nomen. Triſuiros.

De induſtria.

Teſtis ipſa res eſt.

Conclauiũ

Fiſſile caput.

Lauerna. Pipulo.

Vapulãdo

Euclio.

Eu. Llic hinc abit:di immortales facinus audax incipit.
Q ui quũ opulēto paup hoīe cœpit rē hr̄e:aut nego-
Velut megadorus tentat me oibus miserum modis. (ciũ.
Qui simulauit mei honoris mittere huc causa coquos.
Is ea causa misit:hoc qui surriperent misero mihi. vii
Condigne etiam meus me intus gallus gallinacius:
Q ui anui erat peculiaris perdidit penissime.
Vbi erat hæc defossa occœpit ibi scalpurire ungulis
Circũcirca:quid opus uerbis?mihi pectus peracuit:
Capio fustem.obtrunco gallum furem manifestarium.
Credo ego ædepol mercedem illi gallo pollicitos coquos
Si id palam fecisset:exemi ex manu manubrium.
Q uid opus uerbis?facta est pugna in gallo gallinacio.
Sed megadorus meus affinis:eccum incedit a foro.
Iam hunc non ausim præterire:qnin consistam & colloquar.

Gallus gallinacius. Penissime. Scalpurire. Vngulis. Affinis.

Megadorus. Euclio.

Me. Arraui amicis multis consilium meum. vi
De conditione hac.euclionis filiam
Laudant:sapienter factum & consilio bono.
Nam meo quidem animo idem si faciant cæteri:
Opulentiores pauperiorum filias
Vt indotatas ducant uxores domum:
Et multo fiat ciuitas concordior:
Et inuidia nos minore utamur:q̄ utimur.
Et illæ malam rem metuant:q̄ metuunt magis.
Et nos minore sumptu simus:q̄ sumus.
In maxilla illhæc populi parte est optuma.
In pauciore auidis est altercatio.
Q uorum animis auidis:atq; insatietatibus
Neq; lex:neq; tutor capere est qui possit modum.
Neq; hoc quis dicat quom illæ nubent diues es.
Dotata es:istud ius pauperibus ponitur
Quo iubeant nubant:dum dos ne fiat comes.
Hoc ita si fiat:mores meliores sibi
Parent pro dote quos ferant:q̄ nunc ferunt.
Ego faxim muli pretio qui superant equos.
Sient uiliores gallicis canteriis.
Eu. Ita me di amabunt ut ego hunc ausculto lubens.
Nimis lepide fecit uerba ad parsimoniam:
Me. Nulla ergo dicat equidem dotem ad te attuli.
Maiorem multo q̄ tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem æquum est.purpuram atq; aurum dari.

Conditio. Canteriis gallicis.

Ancillas:mulos:muliones : pedisequos:
Salutigerulos pueros:uehicula:qui uehat.
Eu. Vt matronarum hic facta pernouit probe.
Moribus præfectum mulierum hunc factum uelim.
Me. Nunc quoq; uenias plaustrorum plus in ædibus
Videas:q̃ ruri quando ad uillam ueneris.
Sed hoc etiam pulchrum est:præ q̃ ubi sumptus petunt.
Stat fullo.phrygio.stat aurifex. lanarius.
Ciniflones: patagiarii:indusiarii
Flãmearii:uiolarii:carinarii. Aut mãulearii:aut myrobrecharii.
Propolæ.linteões.calceolarii. Sedẽtarii.sutates.diabathrarii.
Solearii adstant:adstant molochinarii.
Petunt fullones:sarcinatores petunt.
Strophiari adstant:adstant semizonarii.
Iam hosce absolutos censeas:cedunt: petunt:
Trecenti constant phylacistæ in atriis:
Textores:limbolarii: arcularii
Ducuntur:datur aes.iam hosce absolutos censeas:
Quum incedunt infectores crocotularii
Aut aliqua mala crux semper est quæ aliquid petat.
Eu. Compellarem ego illum ni metuam:ne desinat
Memorare mores mulierum:nunc sic finam.
Me. Vbi nugi uendis res soluta est omnibus:
Ibi ad postremum cedit miles:aes petit.
Itur:putatur ratio cum argentario.
Miles ibi impransus adstat:æs censet dari.
Vbi disputata est ratio cum argentario:
Etiam plus ipsus debet argentario.
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hæ sunt atq; aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates sumptusq; intolerabiles.
Nam quæ indotata est:ea in potestate est uiri.
Dotatæ mactant & malo & damno uiros:
Sed eccum affinem ante ædes:quid agitur euclio?

Euclio. Megadorus.

Eu. Nimium lubenter audiui sermonem tuum:
Me. An audiuisti quæso.Eu.usq; a principio omnia.
Me. Tamen e meo quidem animo aliquanto rectius vi
Facias:si nitidior sis nuptiis filiæ.
Eu. Pro re nitorem:& gloriam pro copia.
Qui habent meminerint sese unde oriundi sient.
Neq; pol megadore mihi:neq; cuiq̃ pauperi
Opinione melius res structa est domi.
Me. Immo est:& quæso tibi dii faciant ut siet: k

Muliones. Salutigerulus.

Fullo phrygio.

Carinarii.pòtius ex codi.antiquis scribendum hic ẽ:ut coloris nucis ifectores demõstret:q̃ græce καρινη dicitur : q̃ Cerinarii sũt:ut arrogãter Pius exponit & scribit.huiusmodi inuentũ sibi tribuens uanæ gloriæ captator nullis ãtiqs codicibus innixus.

Patagiarii. Carinarii. Myrobrecharii. Manulearii. Molochinarii. Strophiarii Sarcinatores. Semizonarii. Phylacistæ. Limbolarii Arcularii. Crocotularii.

Nugi uendis.scribendum est ex Marcello.

Indotata. Dotata.

Plus plusq; sospitent istuc quod nunc habes.
Eu. Illud mihi uerbum non placet quod nunc habes.
Tam hoc scit me habere:q̄ egomet:anus fecit palam.
E senatu se uocas. Me. Q uid tute solus e senatu seuocas?
Eu. Pol ego te ut accusem merito meditabar. Me. quid est?
Eu. Q uid sit me rogitas? qui mihi omnis angulos
Impleuisti furum. Furum impleuisti in ædibus misero:qui mihi
Intromisisti in ædes quingentos coquos:
Cum senis manibus:genere geryonaceo.
Geryonaceo genere. Q uos si argus seruet:qui oculeus totus fuit:
Q uem quondam ioni iuno custodem addidit:
Ioui. Is nunq̄ seruet. præterea tibicinam
interbibere Quæ mihi interbibere sola si uino scateat
Pyrenen fontem. Corinthiensem fontem pyrenen potest.
Tum obsonium autem. Me. uel leoni pol sat est:
Etiam agnum misi. Eu. quo quidem agno sat scio
Curiosam bestiam. Magis curiosam nusq̄ ullam esse bestiam.
Curio agnus. Me. Volo ex te ego scire:qui sit agnus curio.
Macet. Eu. Qui ossa atq; pellis totus est. ita cura macet.
Pellucet. Q uin exta inspicere in sole etiam uiuo licet.
Laterna punica. Ita is pellucet quasi laterna punica.
Me. Cedundum illum ego conduxi. Eu. tum tu idem optumū est
Loca efferundum. nam iam credo mortuus est.
Me. Potare si uis ego tecum hodie euclio uolo.
Eu. Non potem ego quidem hercle. Me. at tibi ego iussero
Cadum unum uini ueteris a me afferrier.
Eu. Nolo hercle:nam mihi bibere decretum aquam est.
Me. Ego te hodie reddam madidum si uiuo probe.
Tibi an decretum est bibere aquam? Eu. scio quam rem agat:
Vt me deponat uino. eam affectat uiam.
Post hoc quod habeo ut cōmutet coloniam.
Ego id cauebo:nam alicubi abstrudam foris.
Perdere operam. Ego faxo & operam & uinum perdiderit simul.
Me. Ego nisi quid uis eo lauatum ut sacruficem.
Eu. Edepol næ tu aula multos inimicos habes.
Atq; istuc aurum quod tibi concreditum est.
Nunc hoc mihi factum optumum est:ut te auferam
Aula hinc in fidei phanum:ibi te abstrudam probe:
Fides nouisti me:& ego te:caue sis tibi
Ne tu in me mutassis nomen:si hoc concreduo.
Ibo ad te fretus tua fides fiducia.

Strophilus.

Str. HOc est serui facinus frugi facere:quod ego persequor:
Ne moræ molestiæq; imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia seruire seruus postulat:
In herum matura:in se sera concedet capessere. vii
Sin dormitet:ita dormitet seruum sese ut cogitet. Dormitet.
Nam qui amanti hero seruitutem seruit:quasi ego seruio:
Si herum uidet superare amorem:hoc serui officium reor:
Retinere ad salutem.non eum quo incumbat:eo impellere.
Quasi qui pueri nare discunt scirpea inducitur ratis: Scirpea ratis.
Qui laborent minus:facilius ut nent:& moueant manus.
Eodem modo seruum ratem esse amanti hero suo
Aequum censeo.ut toleret:ne pessum abeat tamq; imperium
Herile edi scat:ut quod non os uelit:oculi sciant.
Quod iubeat citis quadrigis citius ꝑperet persequi. Censione.
Qui ea curabit:abstinebit censione bubula.
Nec sua opera unq̃ reddet in splendorem compedes.
Nunc herus amat filiam huius euclionis pauperis: Nuptum dari.
Eam hero nunc renunciatum est nuptum huic megadoro dari.
Is speculatum huc misit me:ut quæ fierent:fieret particeps.
Nunc sine omni suspitione in ara hic assidam sacra. Assidam.
Hinc ego huc & illuc potero quid agant arbitrarier. Arbitrarier

Euclio senex.Strophilus seruus.

TV modo caue cuiq̃ indicassis aurũ meũ esse istic fides.
Non metuo ne quisq̃ inueniat.ita ꝑbe in latebris situ ẽ.
Aedepol ne illic pulchram prædam agat siquis inuenerit vii
Aulam onustam auri.uerũ id te quæso ut ꝓhibessis fides.
Nunc lauabo:ut rem diuinam faciam ne affinem morer. Affinis.
Quin ubi accersat me:meam extemplo filiam ducat domum.
Vide fides etiam atq; etiam nunc:saluã ut aulam abs te auferã.
Tuæ fidei credidi aurum:in tuo luco & fano est situm.
Str. Di imortales quod ego hunc hominem facinus audio loqui.
Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano:fides
Caue tu illi fidelis:quæso:potius fueris:q̃ mihi.
Atq; hic pater est ut ego opinor huius puellæ herus quã amat.
Ibo intro:perscrutabor fanum si inueniam uspiam
Aurum:dum hic est occupatus.sed si repperero o fides
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. Fideliã cõgialem.
Id adeo tibi faciam:uerum ego mihi bibam:ubi id fecero.

Euclio.

NOn temere ẽ qđ coruos cãtat mihi nũc ab leua manu.
Simul radebat pedibus terram:& uoce crocibat sua. Crocibat.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram: vii Ludicram:
Atq; in pectus emicare:sed ego cesso currere:

Euclio. Strophilus.

Lúbricus.

Eu. Foras lumbrice qui sub terra erepsisti modo
Qui modo nusq̃ cõparebas:nunc quũ compares peris.
Ego pol te præstigiator miseris iam accipiam modis.
Str. Q uæ te mala crux agitat? quid tibi mecum est cõmerci senex?
Q uid me afflictas? qd me raptas? qua me causa uerberas? vii

Trifur:uerberabilissimus.

Eu. Verberabilissime etiam rogitas:non fur:sed trifur? (tas?
Str. Q uid tibi subripui? Eu.redde huc sis.Str.qd uis reddã? Eu.rogi
Str. Nihil equidem tibi abstuli.Eu.at quod tibi abstuleras cedo.

Cauillam. Nugas agere.

Str. Eequid agis? Eu.quid agam? auferre non potes.Str.qd uis tibi?
Eu. Pone hoc sis.aufer cauillam:non ego nunc nugas ago.
Str. Q uid ego ponam? quin tu eloquere quicquid est suo nomine?
Nõ hercle equidẽ qcq̃ sumpsi nec tetigi.Eu.ostẽde huc manus.
Str. Hem tibi ostendi.eccas.Eu.uideo.age ostende etiam tertiam.

Laruæ íntemperiæ. Insaniæ.

Str. Laruæ hũc atq; intemperiæ insaniæq; agitant senem.
Facis iniuriam ne mihi an nõ? Eu.quia non perdo maximam.
Atq; id quoq; iam fiet:nisi fatere. Str.quid fatear tibi?
Eu. Q uid abstulisti hinc? Str.dí me perdant si ego quicq̃ abstuli:
Ni ue abstulisse adeo uellem.Eu.agedum excute dum pallium.
Str. Arbitratu tuo.Eu.ne inter tunicas habeas.Str. tenta qua lubet.
Eu. Vah scelestus q̃ benigne:ut ne abstulisse intelligam.
Noui sicophantias.age rursum ostende huc manum
Dextrã.Str.hem.Eu.nũc leuã ostẽde.Str.quin eqdẽ ãbas pfero.
Eu. Iam scrutari mitto:redde huc.Str.qd reddã? Eu. ah nugas agis.
Certe habes.Str.habeo ego.qd hẽo? Eu.nõ dico. audire expetis.
Id meum quicquid habes redde.Str.insanis: perscrutatus es

Tuo arbitratu.

Arbitratu tuo:neq; tui me quicq̃ inuenisti penes.
Eu. Mane:mane:quis ille intus alter erat tecum simul?
Perii hercle:ille intus nunc turbat:hunc si amitto:hic abierit:

Perscrutaui

Postremo iam hũc perscrutaui.hic nihil habet:abi quo lubet.
Iuppiter te diq; oẽs perdant.Str.haud male agit gratias.

Socieno interstringam.

Eu. Ibo intro:atq; illi tuo socieno iam interstringam gulam.
Fugin hinc ab oculis? abin an nõ? Str.habeo.Eu.caue te uideã.

Strophilus.

Emortuum me mauelim letho malo: vi
Q uã nõ ego illi dem insidias hodie seni.
Nam is hic iam non audebit aurum abstrudere.
Credo referret iam secum:& mutabit locum.

Foris.

Atat crepuit foris:eccum senex aurum effert foras.
Tantisper hic ego ad ianuam concessero.

Euclio. Strophilus.

Penussume. subleuit os

Fidei censebam maximam multo fidem vi
Esse:ea subleuit os mihi penussume:

Nisi subuenisset coruus periissem miser.
Nimis hercle ego illum coruum ad me ueniat uelim
Qui indicium fecit:ut ego aliquid illi boni
Dicam.nam quod edim tam diu: q̃ perdiust.
Nunc hoc ubi abstrudam:cogito solum locum.
Syluani lucus extra murum est auius
Crebro salicto oppletus:ibi sumam locum:
Certum est syluano potius credam q̃ fidei.
Fuge:fuge:dii me saluom & seruatum uolunt.
Str. Iam ego illuc p̃curram:atq; inscendam aliquam in arborem.
Indeq; obseruabo hoc aur; ubi abstrudat senex.
Gliscit. crescit. At te etiam suum sodalem. uerba sunt ægionis ad tyndarum. & scribendum est: at te etiam. non at etiam te: metri necessitate. Dii magni. exclamatio est & quasi admirantis: & est hypermeter uersus. cui abundat una syllaba: ad sequentem uersum reflexa in scandendo. **Alcmæon.** Alcmæon atq; orestes: & lycurgus postea. Ita scribendum opinamur uersum. & non Alcinous: atq; orestes. ut legunt interpretes prædicti: & fere habent codices: Siquidem Tyndarus ueluti despuens: atq; detestans Aristophontem: quem paulo ante morbo desputabili laborare dixit: Similes illius adducere nititur: quorum uidelicet sodalicium non minus recusandum sit: q̄ Aristophontis. Scimus antẽ autore Seruio lib. xii. sexto. Alcmæonem filium fuisse Amphiarai auguris argiui: atq; eriphyles illius uxoris: quæ latentem bello thebano maritum Amphiaraum polynici prodidit monili accepto: qd' a Vulcano elaboratum & hermionæ p̄ pugnæ Cadmi uxori datum: ad Argiam adrasti filiam & polynicis ipsius uxorẽ peruenerat. Qui Amphiarius ductus ad p̄lium: hiatu terræ periit: Cuius filius Alcmæon postea matrẽ necauit: & est ut orestes furore correptus. Nam si alcinous legatur: qui fuit rex phæacum ditissimus: & cuius filia Nausicaa **Alcinous.** ulyxem naufragum suscepit: & duxit ad regiam patris: quiq; Alcinous hortos illos nominatos habuit perpetuis fructibus uirentes: in quibus pirum piro: & malum malo succedebat: & ficus fico: ita ut totum annum haberi possent: de quibus in. vii. odyssea Homerus late meminit: Nihil ad propositum fuerit: neq; ullam cum oreste & lycurgo: atq; Aristophonte rectam & consonam collegens sententiam. proinde Alcmæon scribendum curauimus: & non Alcinous. Super quo doctissimorum iudicium requirimus. **Orestes.** Orestes autem Agamẽnonis: & Clytæmnestræ filius fuit: qui Aegisthum patris sui occisorem: una cum Clytæmnestra matre: in patris sui ultionem interfecit: ut Homerus late differit: & i odysseæ principio: & alibi. quo in matrem scelere perpetrato: in furiam deuenisse fertur: quum sibi uideretur: occisæ matris imaginem ante oculos imminere facibus & serpentibus armatam exitium minitantem: de quo Virgil. Armatam facibus matrem & serpentibus atris quum fugit: ultricesq; sedent in limine diræ &c. Quo furore se purgaturus: in Colchos cum Pylade profectus ad aram dictymæ dianæ confugit. Ibiq; demum resipuit: & ab infestatione maternæ umbræ liberatus est. **Lycurgus** Lycurgus uero: non is lacedæmoniorum princeps & uir clarissimus: ut Sarracenus putauit: qui leges sanctissimas lacedæmoniis condidit. de quo Plutarchus in eius uita late dissent. Neq; alter Nemeæ regionis rex: hypsipylen Thoantis regis filiam pro filio nutricem habuit. de quo Statius libro quinto. theb. Loquente hypsipyle adrasto argiuorum regi. Claro generata thoante seruitium hypsipyle uestri fero capta lycurgi. Sed alius thracum rex: uel ut alii uolunt macedonum: qui bacchum deum esse negabat: quũq; illum audacter contemneret: ut Seruius ait: in eam deuenit insaniam: ut uites baccho ipsi dicatas amputare se existimaret: & sua sibi crura succiderit. Tres igitur isti Alcmæon: Orestes: & lycurgus rectissime a Tyndaro dicuntur eadem opera: hoc est eadem ratione: & eodem modo sibi sodales fuisse: qua & Aristophontes: utpote insani: & non minus furoribus agitati: q̄ ille: ut dictum est. **Phanos:** Phanon. manifestum. clarum. græcum est nomen φανος. & φαινω: ac φαινομαι uerba significant appareo. uel luceo.

Qui non est esse. delendum fuit uerbum esse: uti superfluens: metri ratione. Tu repertus enim. non tu enim repertus. eadem metri ratione. **Veriuerbium.** Veriuerbio. Veriuerbium posuit: pro uero uerbo: & uero sermone. nam a uero & uerbum compositum est. quẽadmodum a deorsum & uerbum Deuerbium quoq; dicitur: hoc est extremitas & desinentia uerbi: quasi deorsum tendens ṽbũ. **Deuerbiũ.** Ausonius. Ad noua uix memorẽ deuerbia coge senectã.

Tu ne huic credis. uerba sunt Aristophontis ad ægionem. Plus quidem q̄ tibi aut mihi. ægionis uerba sunt: & ita scribi debet: & metri necessitate. quia aliter uersus non consisteret: & sententiæ ac sermonis latini cultiori ordine. Reconciliasse. idest reconciliauero: & recuperauero. Tun te gnatum esse huic memoras liberum. addendæ fuerunt duæ illæ dictiones: esse huic: metri necessitate: & sententiæ concinnitate.

Quid est ut scelestus. uerba sunt ab irato:ac dolore accenso Aristòphònte prolata:qualia furore pciti consue uerunt truncata & mutila proferre. Nunc is te ludos facit. ita scribendum est:& non iste ludos facit. ut sit sensus. nunc is:hoc est iste tyndarus facit te ludos: idest ludit te.& fallit. Est miserorum. Sententia catholica: ut qui in miseriam deuenerint. fere melioribus & felicioribus inuideant. Iam profecto aliquid.non:profecto iā aliquid:quia pes unus uersui deficeret. Quod redimere ait se. Ita scribi uersus integritas requirit. non: redimere se ait. Neutiquā. idest nullo modo. ita enim scribi debet. ex codicibus antiquis:& politiori latinitate. nō Neutiq̄ue unquam. Dicimus etiam neutiq̄. fere in eadem significatiōe. Terentius. Nam de re ducenda:id uero neutiq̄ honestum esse arbitror.

Miseri felicibus inuidere solēt.

Neutiq̄.

Neutiq̄.

Nam ille quidem quē tu memoras esse hodie hinc abiit aulidē.
Ad patrē huius. A. quē patrem:qui seruus est? T. & tu quidem
Seruus & liber fuisti. & ego me confido fore
Si huius huc reconciliasso in libertatem filium.
A. Quid ais furcifer? tun te gnatum esse huic memoras liberum?
T. Non equidem me liberū:sed philocratem esse aio. A. quid est?
Vt scelestus. ægio nunc is te ludos facit. nam is est
Seruus ipse:neq̄ præter eum quisq̄ ei seruus fuit.
T. Quia tute ipse eges in patria:nec tibi qui uiuas domist:
Omnis inuenire similes tibi uis. non mirū facis.
Est miserorū:ut male uolentes sint:atq̄ inuideant bonis.
A. Videsis ægio:ne quid tu huic temere insistas credere.
Atq̄ ut perspicio iam profecto aliquid pugnæ edidit.
Filium tuum quod redimere ait se:id neutiq̄ mihi placet.
T. Scio te id nolle fieri:efficiam tamen ego id:si di adiuuant:
Illum restituam huic. hic autem in aulidem me meo patri.
Propterea ad patrem hinc amisi tyndarū. A. quin tute is es:
Neq̄ præter te in aulide ullus seruus istoc nominest.
T. Pergin seruum me exprobrare esse:id quod ui hostili obtigit?
A. Enim iam nequeo contineri. T. heus tu quid agis? quin fugis?
Iam illhic nos insectabit lapidibus:nisi illhunc iubes
Compræhendi. A. crucior. T. ardent oculi. fune opus ægio.
Viden illi maculari corpus totum maculis luridis?
Atra bilis agitat hominē. A. at pol te si hic sapiat senex.
Atra pix agitet apud carnificē:& tuo capiti inluceat.
T. Iam deliramenta loquit̄. laruæ stimulant uirum.
Eg. Hercle:quid si hunc cōpræhendi iusserim? T. sapias magis.
A. Crucior lapidē me non habere ut illi mastigiæ
Cerebrum excutiam:qui me insanum uerbis concinnat suis.
T. Audin lapidem quæritare? A. solus te solū uolo.
Aegio. Eg. isthinc loquere siquid uis:procul tamen audiam.

Enim iam nequeo contineri. Ita scribi cogit metri ratio. non enim uero: quia abundaret uersus. Iam illhic nos insectabit. pro insectabitur. hoc enim ūbum in actiua positione usurpauit: quum deponens sit. & scribēdum censuimus illhic: unica dictione. non illic hic: ut legunt Pius & Sarracenus interpretes. Viden illi. non: uiden tu illi. tu enim abundat uersui. Luridis. pallidis. luridus ut Festus ait: dicitur supra modum pallidus. quidam quasi lotidum dictum existimāt luridum: a loro: quasi loro percussum & liuidum factum.

Luridus

Atra bilis. nigra cholera. Melancholia a græcis dicta. μελασ enim nigrum significat. & χολη cholera: siue bilis. Bilim choleram dicimus. unde biliosi cholerici appellantur: quanq̄ aphri: ut Festus inquit: Bilim uocent semen humanum humi profusum. Qui & Atrambilem ab atro animi uitio dici ait. & atrū appellari nigrum: idest a candore remotum:

Melancholia.

Bilis.

Atrum.

Et tuo capiti inluceat. Ita scribi cogit uersus ratio. non autem: tuoq̄ capiti: quia abundaret pes unus. Crucior lapidem me non habere. Ita quoq̄ scribendum est: & non: lapidem non habere me: quia pes unus uersui deficeret. Si adites propius. idest si eas propius. ex ad & ito. as. compositum est adito: & simplici d scribendum est: quum sit breuis prima syllaba. neq̄ scribendum est: adbites: ut corrigit insanus pius: hoc est accedas. nam si a uerbo betere componere uelit: qd' tamen uerbum sic compositum uix ut puto reperit: non adbites: sed adbetas faceret in futu

Aditò. as.

Denasare rō optatiui: ut appetas: oppetas: legas. Denasabit. naso priuabit: uerbum nouum a poeta oppido q̄ licenter fi-
Mordicib9 ctum a de: & naso. Mordicibus. a mordendo fit mordicus: & mordicibus: quo utroq; utuntur poetæ aduer-
Mordicus. bialiter: pro morsu: & morsibus. Plautus in menæchmis. Iamdudum oportuit nasum ademptum mordicus. Idem in aulularia. Asini me mordicibus scindant. boues incursent cornibus. Ita Nonius marcellus. testatur. & ita hoc loco positum uidetur. pro morsibus. nam mordicus nequaq̄ scribendum est: ut legunt Pius & Sarracenus inter-
Abnutare. pretes: metri ratione refragante. Iube uinciri. non iube, me uinciri. abundat enim me: metri ratione. Abnutas. Abnutare: ut Festus ait: ē sæpe abnuere. abnuebat enim tyndarus Aristophonti a longe: sene non perspiciente: illi utiq; innuens: ne ulterius pgrederetur in propalando ægioni: ipsum non esse philocratem sed nescius Aristophōtes doli eorum: persistebat in sententia.

Quod neq; pes unquā neq; caput compareat. ordo & sensus est. Garriet: id scilicet. quod idest propter qđ neq; pes neq; caput unq̄ compareat. hoc est ambages & nugas dabit: quibus neq; pricipium: neq; finis satis inueniatur. Armenta adsunt. Rursum Aristophontem insanum esse: & furiosum ait: ex aiacis compa-
Aiax telamonis. ratione. Scimus autem Aiacem illum telamonis filium: do-

T. Nāq; ædepol si adites propius: os denasabit tibi
Mordicibus. A. neq; pol me insanum ægio esse creduis:
Neq; fuisse unq̄: neq; esse morbum quē isthic autumat.
Verum siquid metuis a me: iube uinciri uolo.
Dū isthic itidem uinciatur. T. imo enīuero ægio
Istic qui uolt uinciatur. A. tace modo ego philocrates
False faciam ut uerus hodie reperiare tyndarus.
Eg. Lōgius quid mihi abnutas? T. tibi ego abnuto? qd agat si absis?
Quid ais? quid si adeā hunc insanū? T. nugas ludificabitur.
Garriet: quod neq; pes unq̄: neq; caput cōpareat.
Eg. Armenta absunt: aiacem hūc quū uides ipsum uides.
Nihil facio: tamen adibo. T. nunc ego omnino occidi.
Eg. Nunc ego inter sacrū saxūq; sto: nec quid faciam scio.
A. Do tibi operam aristophontes: siquid ē quod me uelis.
Ex me audibis uera: quæ nunc falsa opinare ægio.
Sed hoc primum expurgare tibi uolo: me insaniam
Neq; tenere: neque mi esse ullū morbū: nisi quod seruio.
At ita me rex deum atque hominū faxit patriæ compotē:
Vt isthic philocrates non magis ē q̄ ego aut tu. E. cho dic mihi.

lore armorum achillis: ulyssi adiudicatorum a græcis ducibus in furorem deuenisse: ita ut per exercitum armenta passim cederet: duosq; tauros: quos domi alligatos tenebat flagellis percuteret: existimans se per armenta duces græcorum cedere: per hos autem tauros Agamēnonem: & Vlyssem: unde a Sophocle poeta græco Tragœdia facta est de illo: cui aiax mastigophoros: hoc est flagellifer est nomen: de quo meminit Iuuena. dicens: Hic boue percusso mugire agamēnona credit. Inquit ergo Plautus. Armenta hic non sunt: quæ cedat Aristophontes. uerum in cæteris aiacem ipsum hunc existimare potes. ita furore & insania uexatur. Fuit & alter Aiax:
Aiax oilei. Oilei filius in currendo pernix: sed minor telamonio & membris & uiribus: ut Homerus testatur libro scdo iliados. quanq̄ peritia uibrandæ utendæq; lanceæ inter omnes græcos facile princeps: cuius ob noxam & furias: hoc est ob amorem nimium in Cassandram priami filiam: cum qua in templo palladis concubuerat: pallas exu-
Prouerbiū inter sacrū saxūq; sto. rere classem argiuum atq; ipsos potuit sūmergere ponto: ut inquit Virgil. primo æneidos. Nunc ego inter sacrum saxumq; sto. scribendum est ego metri necessitate. non ergo: ut legunt Pius & Sarracenus: contra metri legem. idest: nunc ego sum ad ultimam miseriam redactus: & in periculo euidentissimo constitutus: non aliter q̄ fera: quam in percutiēdis fœderibus ferire & occidere saxo mos fuit: prouerbium enim uidetur: Inter sacrum saxumq; sto. tractum a consuetudine illa feriendorum fœderum: de qua meminit Virgil. libro. ix. æneidos. Et cæsa iungebant fœdera porca. Nam pater patratus ueste sacerdotali amictus: porcum templo & sacris iam paratis admotum silice feriebat in hæc uerba prorumpens: Iuppiter ita feriat: uter fuerit ille: ab hoc fœdere desciscentem: sicuti ego hunc porcum ferio: quibus effatis: silice inter sacra porcum feriebat. qui anteq̄ saxo percuteretur: meri-
Prouerbiū Redactus ad anchorā sacrā. Anchora sacra. to in uitæ discrimine stare dicebatur. Simile ferme est. Redactus ad Anchoram sacram: quo & Lucianus: & Thucydides utuntur: id autem hac causa dici putatur: q̄ Nautæ fluctuoso: atq; importuno mari agitati naufragium extimentes: Anchoram neptuno dicabant: eaq; sacra Anchora appellabatur. hinc prouerbium natum. ut quum ad extremum periculum quis redactus sit: dicatur ad Anchoram sacram compactus. Expurgare. ex animo & mente tua tollere: & emaculare. Rex deum. deum pro deorum scribēdum est per syncopam. quia deorum non patitur lex metrica: Superflueret enim pes unus uersui quod nostri interpretes non uiderunt deorum legentes. Quā ego aut tu. non q̄ aut ego: aut tu. nam aut primo loco superfluit: metri ratione. neq; in anti-

quis codicibus est. Quem dixi a principio tibi. non: quem dudum dixi.nam dictio illa dudum uacat: neq; eam uersus lex patitur. Hoc secus si reperies.non:hoc si secus reperies:eadem metri ratione scribendum est.

Deliquio.diminutioni.datiui casus est. Deliquium enim: ut Festus ait:proprie dicitur defectus:a delinquendo:unde deliquium solis inquit dictum:q delinquat in cursu suo.& delinquere est pretermittere qd' non oportet praeteriri.hinc deliquia & delicta. Deliquum autem minus significare asserit apud Plautum.ut in casina.Sine amet.sine qd' libet id faciat:quando tibi nil domi deliquum est. Deliquiū. Delinqre. Deliquum

Enim non fuit. non:enim uero. quia uero

Quis illic igitur est? A.quem dixi a principio tibi.
Hoc secus si reperies:nullam causam dico:quin mihi
Et parentū & libertatis apud te deliquio fiet.
Eg. Quid tu ais? T.me tuū eē seruū:& te meū heq;. E. haud istuc rogo.
Fuistin liber? T.fui.A.enim nō fuit nugas agit.
T. Qui tu scis? an fortasse fuisti meae matri obstetrix?
Qui id tam audacter dicere audes? A.puer; te uidi puer.
T. At ego te uideo maior maiorē.hem rursum tibi
Rem meā non cures si recte facias.num ego curo tuam?
Eg. Fuit ne huic pater thesauro chrysonicochrysides?
A. Non fuit.neq; ego istuc nomen unq̄ audiui ante hunc diem.
Philocrati theodoromedes fuit pater.T.pereo probe.
Quin tu quiescis directū cor meū:ac suspende te:
Tu sussultas:ego miser uix asto prae formidine.
Eg. Satin istec mihi exquisitum est:fuisse hunc seruum in aulide:
Neq; esse hunc philocratē? A.tā satis q̄ nunq̄ inuenies secus.
Sed ubi is nunc est? Eg.ubi ego minime:atq; ipsus se uolt maxie.
Tum igitur ego erūnatus deartuatus sum miser.
Huius scelesti technis:qui ut lubitum est:ductauit dolis.
Sed uidesis.A.quin exploratum dico:& prouisum hoc tibi.
Eg. Certon? A.quin nihil unq̄ inuenies magis hoc certo certius.
Philocrates iā inde usq; amicus fuit mihi a puero puer.
Eg. Sed qua facie est sodalis tuus philocrates? A.dicam tibi.

abundat uersus mensurae. Rem meam nō cures:Ita scribi cogit uersus ratio,nō autem.Meā rem non cures.qa abundaret pes unus. Nū ego curo tuā . continuata sunt tyndari uerba. ut patet ex sensu ipso apto & concinno. non autem Aristophontis ut somniat Pius. Quin tu quiescis.tu addendum fuit:metri ratione.quia pes unus uersui defuisset. Directum.cruciatū.Directi dicuntur crucifixi: ut Nonius ait : quasi in diem erecti.Varro. apage in directum a domo nostra istam in sanitatem.Festus autem Directum iquit dicebāt per antiphrasin uolentes significare malum diem.Iccirco indirectum a Varrone dictum:in malū diem.uel in malā crucem significare uidetur. Directum Ac suspende te.idest placidum & trāquillum psta. Suspensus dicitur placidus & silens ut Nonius tradit .Teren.Haec ubi ego audiui: ad fores suspenso gradu placide ire perrexi.Et alte ligatus.Virg.v.aen. Quo tendat ferq; malo suspēdit ab alto.Et sollicitus idem suspensi Eurypylū scitatū oricula phoebi mittimus Plautus. Vix compos mentis sum.ita mihi suspendit animū.Et significat suspendo interdū pendendo strangulo.Unde suspendium.Gellius Suspendio uitam finiuit. Suspensus. Suspendo.

Sussultas.sursum saltas.Illud significat.Cor sibi pectus tundere:ut cōsueuit his:qui aliqua anxietate:& cura maxima agitantur. Satin istuc. uerba sunt aegionis ad aristophontem. Et est modus loquendi cum interrogatione prolatus.ac si dicat.Est ne ita tandem certo:ac uero: & sine ulla dubitatione? Tam satis q̄.per aposiopesin:quasi dicat:q̄ q me uides. Nunq̄ inuenies secus. ita scribēdum est. absq; dictione hoc:quae abundabat.& propterea delendā censuimus.metri ratione. Sed ubi is nunc est.continuata sunt aristophontis uerba.Interim.n.Tyndarus sibi praetimēs illhinc discesserat. Erumnatus.laboribus & calamitatibus oppletus.quid sit erūna dictum est in amphytrioñ. Deartuatus.uiribus effractus:quasi per artus concisus.Deartuare inquit Noñ.est quasi per artus concidere:hunc locum citans:& alium in sequentibus:Dilacerauisti.deartuistiq; opes.confecisti omnes res atq; rationes meas.Dupliciter hoc loco peccasse Pius interpres uidetur.primū quidem legens dearmatus:hoc est philocrate spoliatus:ut inquit:pro deartuatus:Deinde quum alibi derūcinatus legi asserens:Runcinā telum rusticanum asserit ad uepreta extirpanda.Si enim legisset Ply.nō telum rusticanum ad uepreta extirpanda runcinam dixisset:sed fabrile instrumentum:quo ligna leuigātur:& poliuntur:ut in asinaria latius diximus. Deartuare. Technis.dolis:artibus:astutiis.τεχνη graece dicitur. Technae. Qui ut lubitū est.nō:qui me ut lubitum est: quia dictio me superabundat uersus rationi:licet subaudiatur. Sed uide sis.admonitio quasi est aegionis ad aristoph.ut uideat:ne perperam & falso eum uerbis suis fallat. Exploratum.clarum:certum: & manifestum. Sed qua facie est sodalis tuus.nō.est tuus sodalis:quia abundaret uersus.

Macilento ore:naso acuto:corpore albo:& oculis nigris:
Subruffus aliquantum:crispus:cincinnatus.Eg.conuenit.
T. Vt quidē hercle in mediū ego hodie pessume processerim.
Ve illis uirgis miseris:quæ hodie in tergo morientur meo.
Eg. Verba mihi data esse uideo.T.quid cessatis compedes
Currere ad me:meaq; amplecti crura:ut uos custodiā?
Eg. Satin me illi hodie scelesti capti cæperunt dolo?
Illic seruum se assimulabat:hic sese autem liberꝝ.
Nucleū amisi:reliquit pignori putamina.
Ita mihi stolido suis os subliuere offuciis.
Hic quidē me nunq̄ irridebit.colaphe.cordalio.corax.
Ite istinc:efferte lora.Co.nū lignatū mittimur?

Aegio.Lorarius.Tyndarus.Arist.

Eg. INiicite huic actutū manicas mastigiæ.
T. Quid hoc est negocii? quid ego deliqui? Eg.rogas?
Sator:sartorq; scelerꝝ:& messor maxume?
T. Non occatorem dicere debebas prius?

Vt quidem hercle.uerba sunt Tyndari intra se loquentis:& respondentis ad uerbum illud cōuenit:qđ ipse in aliam significationem transfert:ac si dicat:decet:& conueniens est. Vt uos custodiā.simile hoc & illi:qđ in
Nucleus. asinaria dixit custos carceris. Capti.captiui. Nucleum amisi.Nucleus a nuce deductus: illud significat qđ
Enucleate. in nuce tenerum includitur Plautus in curculione.Qui nucleos e nuce esse uult frangit nucem.Inde fit uerbum
Putamina. enucleo:qđ proprie est aperio:& nucleū extraho.& per metaphorā accipitur pro declaro & explano.a quo enucleate aduerbium:hoc est aperte & manifeste. Putamina.hoc est rem uilem:& nullius p̄tii:qualis est hic tyndarus mihi pro philocrate relictus. putamina inquit Non.nō solum arborum:uerum omniū rerum purgamēta. Nam quicquid ex quacūq; re proiicitur:putamen appellatur:& adducit hūc locum. Ita mihi stoli
Sbliuere os do suis os subliuere offuciis.Versus hic ita scribendus est: metri necessitate:& sentētiæ concinnitate: nō sursum uersus os subliue re of.ut fere habēt codices:& interp̄tes nostri insubidi legunt cōtra uersus rationem:& clarissimum sensū: qui est:ut dicat: philocratem & tyndarꝝ sub liuisse ipsi ægioni os suis offuciis.hoc ē decæpisse: & ueluti pigmentis os sibi illiuisse tractum de consuetudine puerorum: qui dormientibus os illinere:& pingere consueuerant:ita ut excitati postea picto ore inambularent nescientes eō se
Offuciæ. pigmento & fraude illitos. Offuciis. fallaciis:a fuco:qui color fictus dicitur.& metaphorice pro fraude accipitur. Hic quidem me nunq̄ irridebit.Iratus senex in tyndarum ultionem parat:uocatq; carnifices seruos:qui illum uinciant:& in pistrinū trudant. Efferte lora.delenda fuit dictio atq;:metri ratione illam non tolerante.
Colaphus. quæ is antescripta erat. Colaphe.chordalio.corax.nomina sunt fere ab officiis indita.quia colaphos incuteret
Chordalio primus.alter chordis & neruis uinciret tertius raperet:uel inclamaret:ut coruus.
Corax.



Niicite huic actutū manicas mastigiæ.Versus est trimeter acatalecticus:sex pedibus constans:exacerbatio continetur in hac scena ægionis scenis in tyndarum:uerbis Aristophontis dep̄hensum:nō esse philocratem:ut se mentitus erat.& quædam in illum cum repræhensione interrogationes:eiusdēq;
Actutum. responsiones:& defensiones:Et tandem in lapicidinas abductio. Actutum.illico: q̄primum.hanc dictionem addi coegit metri ratio:nam pedes duo uersui defecissent:& solis quattuor ambularet. Est aūt actutū
Sator. ab actu deriuatū: idest a celeritate: ut ait Priscianus. Sator sartorq; scelerū.Versus ita scribi debet:ex recto &
Sartor:& consequenti sensu.Sator a serendo dictus est:hoc est seminator:unde satus pro seminato & genito dicitur.Sartor
sarritor. autem:qđ & Sarritor scribitur:a sarriendo fit.Sarrire autem ueteres purgare dicebant.unde sarculum instrumen
Sarrire. tum rusticum:quo terra purgatur.Hora. Patrios findere sarculo agros:qđ & Festus ait. Occare autem:& occa-
Sarculum. tor:ut idem Festus ait:ab occidendo dictum: q̄ grandes terre cedant globos:ut diximus in amphitryone etiam
Occare. ex Marcelli snia.Columella libro scdo.capite.xiii. Tritici inquit modii quattuor uel quinq;:bubulcorum operas
Occator. occupant quattuor.occatoris unam.Sarritoris duas primum:& unam quum iterum sarriuntur:Runcatoris unā
Runcare. Messoris unam & dimidiam.Runcare autem est eruere & euellere:a quo runcatio euulsio inutilium herbarum
Runcina. & ueprium. Et runcina dea:quæ runcationi præerat:& instrumētum leuigatorium:de quo in asinaria diximus.
Sarctor. Sarctor autem per c & t a sarcio uenit:qđ est integrum facio:ut ait Festus & significat eū:qui uestes sarcit: & suit.
Sarcio. Non occatorem.Addi opportuit Non ex Marcello uersum hunc citante:& metri necessitate. nam pes unus uersui deficeret.& legendum est interrogatiue.Tyndarus enim:qui se satorem:& sartorem scelerum : ac messorem appellari audiuerat:uolens rem in iocum ueluti adducere:ut sic ægionis iracundiam deleniret: non occatorem inquit dicere debebas prius:q̄ sartorem:quū semper occent prius q̄ sarriant rustici?Eo uidelicet ordine colendi : quem & Columella:ut supra sequitur.

Decet innócentem sic seruóm. Sic addendum fuit:& metri necessitate & sentētiæ cōcinnitate. Sed quid negocii. subaudi est. Deartuauisti. demembrasti. dilacerasti. & scribendū est: deartuauisti:& non deartuasti: ut legit:& cōmentatur Pius:cōtra metri rationem. nam quinq; tantum pedibus uersus ambularet:cui sex debentur. Confecisti. occidisti:necasti. Et meis fallaciis. addenda fuit dictio meis:metri ratione ita postulante:& sensus cōgruitate. Parui id estumo. paruifacio inquit quicquid in me seruire potes:etiam si mortem mihi incuteres:dum modo nō peream ob scelus:& malefacta. addendum fuit id. necessitate metri. quia aliter uersus claudicasset. At erit mihi hoc factū. Ingenue & non seruiliter loquentem Tyndarum poeta īducit:in quo utiq; decorum seruauit.

Nam semper occant prius:q̄ sarriunt rustici.
Eg. At ut confidenter mihi contra astitit.
T. Decet innocentem sic seruom:atq; innoxium.
Confidentem esse suum apud herum potissimum.
Eg. Astringite isti sulcis uehementer manus.
T. Tuus sum. tu has quidem uel præcidi iube.
Sed quid negocii:quaóbrem succenses mihi?
Eg. Quia me meamq; rem:quod in te uno fuit:
Tuis scelestis falsidicis fallaciis
Dilacerauisti: deartuauistiq; opes:
Confecisti omnes res:atq; rationes meas.
Ita mihi emisisti philocratem fallaciis.
Illum esse seruom credidi:te liberum.
Ita uosmet aiebatis:itaq; nomina
Inter uos permutastis. T. fateor omnia:
Facta esse ita ut dicis:& meis fallaciis.
Abisse eum abs te mea opera atq; astutia.
An obsecro hercle te id nunc succenses mihi?
Eg. At cum cruciatu maximo id factū st tuo.
T. Dum ne ob malefacta peream parui id æstumo.
Si ego hic peribo: ast ille ut dixit:non redit:
At erit mihi hoc factū mortuo memorabile:
Meum herum captum me ex seruitute atq; hostibus
Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem:
Meūq; potius me caput periculo
Præoptauisse:q̄ is periret:ponere.
Eg. Facito ergo hoc ut acheronti ducas gloriam.
T. Qui per uirtutem peritat:is nō interit.
Eg. Quando ego te exemplis pessimis excruciauero
Atq; ob sutelas tuas te morti misero:
Vel te interiisse:uel periisse prædicent.
Dum pereas:nihil interdico:dicant uiuere.

Optare.

Præoptauisse. præelegisse. optare. n. est eligere. Virg. Pars optare locum tecto. Terentius. Quæ sese optauit parare hic diuitias potiusq̄ in patria pauper uiuere. Et optare est Cupere: Virg. Egressi optata potiūtur troes arena. Scribendum est autē præoptauisse:tam ex antiqs codicibus:q̄ metri necessitate: & sententie cōgruitate. nō autem promptauisse. ut legunt interpretes nostri Pius & Sarracenus. Facito ergo hoc ut acheronti. hoc addere coegit uersus necessitas: cui pes unus defuisset. Acheronti. hoc est apud acherontem. & quando mortuus fueris.

Perire.
Interire.

Peritat: is non interit. Is addendum fuit metri ratione ita postulante. Et scriben bendum quoq; peritat: & non perit: ut scribit Sarracenus cōtra metri legem. Nonius differentiam facit inter perire & interire: q perire leuior res est: & habet inuentionis spem. & nō omnium rerum finē: ut interire: quam differentiam hic optime seruauit Plautus: ab illo etiam hoc loco citatus in testem. Illud aūt aduertendum: Nesciós hós Plauti interp̄tes Pium & Sarracenum: legere Nónii codicē corruptum. scribunt. n. speciem pro spem: ignorantes prorsus quid legant aut dicant.

Sutelæ.

Sutelas. dolos: astutias: & fabricas: a suendo dictas: atq; a suentium similitudine: ut Festus ait. Fulgentius autem Sutelam astuciam dici ait: quasi subtilem telam: adducens Plautum in casina: dicentem. possis ne: nec ne clam sutelis tuis præripere casinam uxorem.

Afforet. Afforet.pro aderit positũ uidetur.quãq̃ forem.es.et.p̃teriti iperfecti habeat significationem:nisi affore potius legamus:ut sit sensus:& sicut confido affore:hoc est affuturũ esse:subaudi ita aderit. Proh dii imortales. Aristophontes rem omnem iam intelligens intra se hæc dicit:ductus quoq; pœnitẽtia:q̃ suis uerbis Tyndaro male factum sit. Sed male ne id factum tu arbitrare.tu addendũ fuit:metri necessitate:quia pes unus uersui defuisset. **Nuperus.** Nuperum.& nouicium.Nuperum quanq̃ a nuper aduerbio factum sit:nomen tamen est: & declinatur Nuperus.a.um.hoc est recens:& qui a proximo tempore & pauloante exacto factus est. Sic & Nonius exponit hunc locum citans.

T. Pol si istuc faxis haud sine pœna feceris:
Si ille huc redibit:& sicut confido afforet.
A. Proh dii imortales:nunc ego teneo:nunc scio
Quid sit hoc negoci.meus sodalis philocrates
In libertate est ad patrem in patria.bene est:
Nec quisq̃ est mihi nunc æque melius cui uelim.
Sed hoc mihi ægre ē me huic dedisse operam malam.
Qui nunc propter me meaq; uerba uinctus est.
Eg. Vetuin te quicq̃ mihi hodie falsum proloqui?
T. Vetuisti.Eg.cur es ausus mentiri mihi?
T. Quia uera obessent illi cui operam dabam
Nunc falsa prosunt.Eg.at tibi oberunt.T.optumũst
At herum seruaui:quem seruatum gaudeo:
Cui me custodem addiderat herus maior meus.
Sed male ne id factũ tu arbitrare?Eg.pessume.
T. At ego aio recte.qui abs te seorsum sentio
Nam cogitato:siquis hoc gnato tuo
Tuus seruus faxit:qualem haberes gratiam
Emitteres ne?necne cum seruum manu:
Esset ne apud te is seruus acceptissimus?
Responde.Eg.opinor.T.cur ergo iratus mihi es?
E. Quia illi fuisti q̃ mihi fidelior.
T. Quid tu una nocte postulauisti & dic
Recens captum hominẽ & nuperum & nouiciũ
Te perdocere:ut melius consulerem tibi
Quã illi:qui cũ una puero ætatem exegeram?
Eg. Ergo ab eo petito gratiam istam.ducite

Et Priscianus Nuper inqt nupertime. Nomen.n.in.us.finit nuperius teste capro: cuius accusatiuum protulit Plautus in captiuis:Recens captũ hominem: nuperum: & nouicium: ut enim a super superus: sic a nuper nuperus debet esse.Li.in odyssea.Inferus an superus tibi fert deus funera ulyxes. **Nouicius.** Nouicius.autem a nouo factũ est: & habet secũdam longam: ut a subrepto subrepticius:a subdito subditicius:& similiu:de quibus in epopeia nostra præcepimus.& in aulularia diximus super uerbo emissicius. Qui cum una puero.idest cum quo puero: uel scribendum:a puero: hoc est ab usq; puerili ætate. Ergo ab eo petito gratiã istã. non istam gratiam. nam pes unus uersui deficeret. **Lathomiæ** Latomias lapidarias. latomiæ græce lapicidinæ dicuntur: hoc est loca ubi lapides cæduntur.sed ad maiorem expressionem addidit lapidarias.Et tomæ latomiæ pro **Tullianũ.** loco carceris habitæ sunt: prope tullianũ:ut meminit Varro. qui & Tullianum dictum ait: quia a Tullio rege additum carceri.hoc loco: si quis Pium insolentem: atq; audacissimum nugatorem legat:non minus temerarium & insunum deprehendat: q̃ alibi quoq; sæpius: quum græcam sibi eruditionem usurpat. Tot enim: tantaq; infercit in suas huiusmodi futilesq; nugas: ut tanq̃ pullus tricis implicitus se extricare nequaq̃ possit.Garrit enim primum de nomine Lithomias: quo syracusanos appellare carceres asserit: id quod prorsus falsum est. neq; id nomen in tota græcorum lingua deprehenderit. Quod autem de plutarcho adducit in Nicia: qui dicat: ex malehabitis uictisq; athemensibus ad asinaram fluuium: quosdam in lithomias compactos obiisse: plane mentitur: Nam lathomias nusq̃ in tota Niciæ uita: neque alibi: ut diximus:auditum est nomen: lapicidinas autem: non lithomias: Guarinus uitæ illius interpres scriptum reliquit: ut omnibus legere uolentibus patebit. Verum quod tertio loco deliriũ superaddit: dicens: Parum deluxata demutataq; uoce lithomia græcis lapicidina nos latomiã dicimus:nullo ueratro purgandũ existimamus:quũ latomia nõ a nobis:sed a græcis dicatur:nos aũt **Lapicidina** lapicidinam appellamus a lapide:& cædendo:Nõ lapidicinã:ut legit Sarracenus homo & ipse paucarũ litterarũ.

Facessat ergo larua hæc litterarũ. Pius & quũ græcas offenderit dictiones: ne hiscat: ne ue temere in alienam messem falcem iniciat. Quod si ex nobis discere dignatur: sciat: nõ lithomiã scribi debere: sed lithomiam. a λιθοσ: quo noĩe lapis significatur: & τομοσ incisio. τεμνω enim incido: & scindo significat. unde τομοσ incisio. a quo & Tomus urbs in põto dicta est: quia fertur in illa: membra soror fratris dissecuisse sui: ut inquit Ouidius in Tristibus. huius igitur noĩs: hoc est lithotomiæ secũda cũ. th. tertia aũt cũ. t. exili scribenda est: quia λιθοσ. p. θ. τομοσ aũt per. τ. scribitur. Sed ut græcum & rectũ est nomen λιθοτομια: hoc est lithotomia: nõ lithomia: ut ille ait: ita & λατομια. idest Latomia a græcis: alio noĩe Pio illi ignoratissimo dicitur: absq̃ ulla aspiratione. λασ enim: cuius gtĩs est λα. p syncopam flexum nomẽ a λαασ λααοσ. ut in magno etymologico legitur: lapidem significat: & τομοσ ĩcisio: atq̃ inde λατομια compositũ nomen: nõ aliter q̃ λιθοτομια lapicidinã significat. & λατομοσ lapicida. nõ aliter: q̃ λιθοτομοσ. hæc est uera ac recta latomiæ deriuatio: ad quam discendam altero salis modo Pio illi opus fuerat: anteq̃ de huiusmodi præciperet. Lithotomia. Tomus.

Vbi ponderosas crassas capiat compedes.
Inde ibis porro in latomias lapidarias.
Ibi quum alii lapides octonos effodiunt:
Nisi quottidianum sesquiopus confeceris:
Sexcentoplago nomen indetur tibi.
A. Per deos atq̃ homines ego te obtestor ægio
Ne tu istunc hominem perduis. Eg. curabitur.
Nam noctu neruo uinctus custodibitur
Interdiu sub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo. non uno absoluam die.
A. Certum ne est tibi istuc? Eg. non moriri certius.
Abducite istum actutum ad hippolytũ fabrum.
Iubete huic crassas compedes impingier

Quod uero demum addendum censet: scribendum uidelicet esse lithomia: quæ ob modulatiorem hiatum deducta sit ex lithotomia: quum nullo autore proferat: insaniam est insaniæ superaddere: eoq̃ adiecto corolario: q̃ in Sidoni codice: lathumiis nusq̃ auditam uocem inserit & barbaram: quũ latomiis ibi scribendum sit. Quottidianum sesquiopus. quottidianum legi debere nos censemus: ut sit adiectiuum illius nominis opus. non quottidianus: ut corrigit Pius: exponens tu quottidianus &c. absq̃ ullo recto sensu. Sesquiopus. per. s. & non per. x. scribendum opinamur sesqui: nulla enim ratio est: quæ litteram. x. exigat. hac autem dictione Sesqui indeclinabili utuntur arithmetici in proportionibus numerorum significandis: unde dicunt: proportionem sesquialteram: sesquitertiam: sesquiquartam: & numerũ sesquialterum: sesquitertiũ: & sesquiquartum: & sic deinceps: De quibus Boetius in arithmetica sua mentionem facit: capite. xxiiii. de superparticulari eiusq̃ speciebus tractans: in hæc uerba: Superparticularis uero est numerus ad alterum comparatus: quotiens habet in se totum minorem: & partem eius aliquam: Qui si minoris habet medietatem: uocatur Sesquialter. Si uero tertiam partem uocatur Sesquitertius. Si uero quartã Sesquiquartus &c. Ex quibus uidetur Dictionem Sesqui adiectiuis nominibus numerum denotantibus iunctam: ita a philosophis & arithmeticis usurpari: tanq̃ compositam: ex secundo: & atq̃. Et ita illos ea abuti: quasi numerus ille primus & maior secundo ac minori comparatus: illum atque alteram: hoc est secundam & dimidiam ipsius partem: uel tertiam: aut quartam continere dici possit. Quando autem dictio Sequi: uel cum substantiuis nominibus: uel numerum non denotantibus iungitur: uidetur composita esse: a Semis: & q̃: & significare totum: ac dimidium: id quod græci ἡμιολιον dicunt: hoc est dimidium cum toto. ut Sesquipes: idest pes integer: ac dimidius: a quo Sesquipedalis adiectiuum fit. Persius. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Martia. Mentula cui nundum sesquipedalis erat. Iuuenal. Proiicit ampullas: & sesquipedalia uerba. Sic apud Varronem. Sesquimodum: & Sesquimensem legimus pro modio integro cum dimidio: & mense itidem cum dimidio. & Columella libro secundo: Sesquioperam dicit: pro opera una integra & dimidia. & Sesquiculeus apud eundem est: proculeo mensura cum dimidio. & Sesquiculearibus doliis inquit Picis duræ pondo uicena quinesatis. Et Sesquiplagam Cornel. tacitus pro plaga integra cum dimidia posuit. Sic Plautus hoc loco Sesquiopus: pro opere integro cum dimidio dixit: id significans: uelle se: ut Tyndarus duodecim lapides quottidie effoderet: quum aliis octo effodi consuetum esset. Sexcentoplago. datiui casus est: ut mihi nomen Menæhmo. compositum nomen est a sexcentis plagis: Sexcentoplagus a. um. cuius penultima longa est: ut hoc loco. Ego te obtestor. non: te ego obtestor. quia pes unus uersui deficeret. Loquitur hic Aristophontes: dolore affectus: quia tyndarum hunc esse detexerit. Perduis. pro perdas. Noctu. pro nocte. Interdiu. idest die. de quibus satis superius dictum est. Diu ego nunc cruciabo. ita scribi requirit metri integritas: non: diu hunc ego: quia pes unus abundaret.

Se

Sesquialter

Sesquitertius.

Hemioliõ

Sexcẽtoplagus.

Cordalio. Cordalium.ita scribi nomen hoc debet.ex codicibus antiquis:& nō cordalum:& eundē existimamus : quem
superius dixit Cordalio.quod nomen & absq aspiratione scribi posse existimamus:utpote a Corde:latino noīe:
& λεια græco:prædā significāte:quia hominibus corda auferret:eorūq ueluti prædator esset. Deductus.ab-
ductus:& deductus scribendū:ex codicibus antiquis:& recto sensu.nō diductus. Atq ita me uelle dicite hunc
curarier.ita scribi uersus ratio postulat.nam si:atq hūc ita me uelle scribatur:pes unus uersui deficiat. Periclū
uitæ meæ stat tuo periculo.uersus quoq hic ita scribendus est:eadē ratione metri.nam si:periculū uitæ meæ tuo
stat legas:pes unus ṽ
sui abūdat. Tamē
breue spacium. Gene
ralis ac uera sentētia
est: humanis cunctis
uitam breuem esse.iu
xta illud ouidii. Cito
pede labitur ætas. Et
illud: labitur occulte
fallitq uolatilis ætas:
& nihil est annis uelo
cius. Te pp̄ter. nō:
pp̄ter te.q̄a pes unus
uersui deficeret.. Si
Redito. huc reditet philocra-
tes.i.redeat a redito
uerbo cōposito ex re:
& ito.as.Et ita habēt
antiqui codices:& nō
rebitet:ut legunt Pius
& Sarracenus:qđ uer
bum:ut superius dixi
mus in scena:quæ res
bñ uertat nullibi com
ptū putamus:nisi re-
betet scribatur : ut sit
futuri temporis indi-
catiui:a uerbo Beto:
quo & ifra poeta usus
est in Curculione:in-
quiens:Fortunatus si
illa ad me betet. Bete
re.n. ut ibi diximus:
nonio est ire:nō bite-
re. Nisi iam hūc. &
nō:nisi hunc iam. nā
uersus uno mancus
pede fieret. In phy
lacam.in carcerem.in
custodiarium:in erga
stulū:ubi serui custo-
diūtur.græcum ē no-
men. φυλακη enim
Phylaca. carcerem & custodiā
significat.& φυλασσω uerbū significat custodio. Quod absq hoc esset.subaudiendum fi:ut Græculus esu-
riens in cælum iusseris ibit:idest:si iusseris.Sensus est:q si absq hoc esset:hoc est:q nisi hic fuisset: qui mihi hoc
fecit palam:& Aristophontem intelligit:isti captiui mei ductarent me offerre natum cōtinue suis dolis.idest se-
ducerent:& circūuenirent me hoc modo sæpius: ac traherent ad id:ut natum meum philopolemum:quē omnī
nixu recuperare:ac redimere studeo:offerrem atq obiicerem suis eorum dolis. Offerre interdum est reueren-
Offerre. ter tribuere : unde offerre diis frugum primitias dicimus. Interdum bonum aliquod aut malum repente ocu-
lis ante ponere. Virgil. Strictamq aciem uenientibus offert. aliquando polliceri. Iustinus. Quum ei auxilium
obtulisset. quandoq inferre. Terentius. Nam uitium est oblatum uirgini olim. pro illatum. nonnunq fer-
re & præstare. Lucillius. Vt nunc hac re mihi opem atq auxilium offeras. Et aliquando sponte dare : &
exhibere atque obiicere. Idem. homines ipsi hanc sibi molestiam ultro atque erumnam offerunt. ducunt uxo-
res. Et ut hoc loco.

Inde extra portam ad meum libertum cordalium
In lapicidinas facite deductus fiet:
Atq ita me uelle dicite hunc curarier
Ne quid deterius huic sit q̄ cui pessime ē.
T. Cur ego te inuito me esse saluum postulem?
Periclum uitæ meæ stat tuo periculo
Post mortem:in morte nihil ē quod metuam mali:
Etsi peruiuo usq ad summam ætatem:tamen
Breue spacium ē perferundi quæ minitas mihi.
Vale atq salue:& si aliter ut dicam meres.
Tu aristophontes de me ut meruisti ita uale.
Nam mihi te propter hoc obtigit.Eg.abducite.
T. At unum hoc te quæso si huc reditet philocrates:
Vt mihi eius facias conueniundi copiam.
Eg. Peristis:nisi iam hunc e conspectu abducitis.
T. Vis hæc quidem hercle ē:& trahi & trudi simul.
Eg. Illic ē abductus recta in phylacam: ut dignus ē.
Ego illis captiuis aliis documentum dabo.
Ne tale quisq̄ facinus incipere audeat.
Quod absq hoc esset:qui mihi hoc fecit palam:
Vsq offerre natum suis me ductarent dolis:
Nunc certum ē nulli post hæc quicq̄ credere.
Satis sum semel deceptus.speraui miser
Ex seruitute me exemisse filium.
Ea spes elapsa ē.perdidi unum filium
Puerum quadrimum:quem mihi seruus surripuit.
Neq eum seruum unq̄ repperi:nec filium.
Maior potitus hostium est:quod hoc est scelus?

Orbus.

In orbitatem. Orbus proprie dicitur qui orbem: idest circulum & lumen oculorum amisit: quasi orbibus amissis. hinc per metaphoram orbi dicti quicunq; aliqua re cara priuati sunt: ut parentes liberis: quasi oculis priuati. Inde orbo. as. uerbum quod est priuo. & orbitas siue orbitudo qualitas illa patrū post amissos liberos: ut hic. Interdum tamen orbus e contrario pro eo qui parentes amiserit accipitur: quem græci ορφανον. orphanum dicunt. Teren. Orbo qui proximi sunt: uxorem ducant. hinc orbitas pro orphanitas sumitur: quā græci ορφανιαν nominant. Cicero. Deplorauit enim causam: atq; orbitatem senatus.

Orbitas.

Q uasi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac: reducam te ubi fuisti. neminis
Misereri certum est. quia mei miseret neminem.
Exauspicaui ex uinculis. nunc intelligo
Redauspicandum esse in catenas denuo.

Ergasilus. Parasitus. vii

Er. I Vppiter supreme seruas me: measq; auges opes.
Maximas optimitates: atq; opiparas offers mihi.

Sequere hac. facta hac lamentatione: Aegio uocat Aristophontem: iubens illum se sequi: ut reducat in carcerē: unde eductus fuerat. Neminis. nullius. Sic Lucillius. Neminis ingenio quenquā confidere oportet. Sic cato: Sunt multi corde: quos non miseret neminis. & nemo nō de hominibus tantū dicitur: sed & de diuis. Virgil. Turne qđ optanti diuum pmittere nemo. Quia mei miseret neminē. Neminem ex codicibus antiquis scribendum est: & ex recta romanæ linguæ locutione: non nemo: ut legunt interpretes nostri.

Neminis.

Exauspicaui. præponenda est hic persona. Aristophontis: Neq; enim sunt uerba continuata ægionis: qui dicat: Cœpi ego illum e catenis eximere: nunc quoq; uolo: ut rursus in catenas redeat: ut putauit Sarracenus parum falsus. Neq; sunt Tyndari uerba: aut persona eius est hic præponenda: ut fecit Pius: alter delirus interpres. Nam tyndarus iam abactus fuerat & abductus illhinc: recta in philacam: ut supra uisum est. Itaq; ut diximus: Aristophontis hæc uerba sunt: qui quum audisset senem dicentem. Sequere hac. reducam te ubi fuisti &c. inquit. Malo huc auspicio processi: utiq; qui a uinculis in quibus eram initium uiæ cœpi: propterea redauspicare: hoc est: regredi in catenas: quasi ad iterum auspicandum & feliciorem uiam inceptandam mihi necesse uideo. Sumpta est Metaphora ab Imperatoribus romanis: qui nisi auspicato: non egrediebantur. Et si capto auspicio male portendi rem intelligerent: dilato negocio: uel sacrificio facto: redauspicabant: hoc est iterum auspicia captabant: feliciora prioribus expectantes. Auspicare autem. & Auspicari. nam utroq; modo dicitur: est non solum Auspicium capere. sed etiam incipere. nec in bonam tantum partem: quod frequentissimum est: sed etiam in malam. Plyni. libro. vii. natura. histo. capi. primo. de homine loquens: atq; infeliciter natum iacet manibus pedibusq; deuinctis flens animal cæteris imperaturum: & a suppliciis uitam auspicatur. hinc factum: ut Auspicia dicamus ductum: atq; principium: ut tuis auspiciis hoc negocium sequar: hoc est tuo ductu: tuaq; adhortatione: iussu: aut principio. Auspicium ab augurio differre dixit Nonū. quia Auspicium sit auium conspectio: & quod ex uolatu auium significetur: & uocibus: Augurium autem quod rerum omnium coniecturas prudenter & diligenter complectitur: & tamen Augurium quoq; ab auibus: ac gerendo dicitur: quasi auigeriū: siue ab auium garritu: ut Festus ait.

Auspicaret

Auspiciū.

Augurium

I Vppiter supreme seruas me. Tetrameter brachicatalecticus est huius scenæ uersus: septem pedibus instructus: quam & unam tantum existimamus Scenam: usq; ad illam: quæ incipit: Illhic hinc abit. & nullam fieri debere diuisionem hic: post tertiūdecimū uersum: ut fere in codicibus facta est: quū: & idem sit carminis genus: & sententia continuata duarum personarum. Introducitur itaq; primo Ergasilus parasitus: quem scimus ad portum iuisse iamdudum: ubi adhuc superare sibi unam spem cœnaticā dixerat. Qui quum ibi Conspisset in naui quadam aduentantem philocratem ex aulide: secūq; habentem Philopolemum ægionis filium ad quem redimendum perrexerat: nec non & Stalagmum seruum fugitiuum: qui alius alterum scenis filium quadrimum abduxerat: Præ gaudio exclamat: sibi opū augmenta bonaq; omnia oblata esse: quorum maxime cupiens esset: & parat se: ut cursu citatissimo ad Senem hunc optatissimum nūcium primus ferat: quo ab illo æternum adipiscatur cibum. huic autem Mœrore affectus Senex: propter amissum philocratem pro tyndaro: ut supra: obuius fit. Qui tandem ab illo audiens de aduentu filii: & in lætitiam conuersus: ad uisendum: ad portum propere se accingit. Maximas optimitates. idest utilitates & bonitates. Et ita scribendū est prorsus. & non optimitas: ut legūt Pius & Sarracenus: ut diximus in Asinaria: super hoc eodem quasi uersu ibidem quoq; ascripto in hæc uerba: Maximas optimitates: & gaudio effertissimas: ad quem locum legentes relegamus. Nam quæ hic garrit Sarracenus dicens. optumitas pro optimas &c. nō sunt naucifacienda. quēadmodum neq; quæ illhic a Pio sunt deblaterata. Atq; opiparas. ita scribi oportet: metri necessitate. nō opiparasq;: quia pes unus uersui deficeret. Opiparum dicimus quasi magnarum opum apparatum. unde opiparum conuiuium pro lauto & abundanti. & opipare aduerbium pro laute & abūdanter ponuntur.

Optimitates.

Opiparū.

Lucrum: ludum. Delendam censuimus dictionem laudem: quæ his præpósita erat: uti superfluentem: eam enim interlinearem glosam: hoc est expositionem fuisse subiectæ illius dictionis pompam existimauimus. Potationes penum. non penum potationes: quia uersus abundaret. Nec homini cuiq̃. non: nec cuiq̃ homini: quia pes unus uersui defecisset. Supplicare nunc. dictiouem me his interpositam tollendam censuimus: uti abundautem: & inconcinnam huic litteræ. Nam prodesse amico. tollendam quoq; uel coniunctionem: hic ascriptam post nam: censuimus: metri ratione eam non tolerante. Nam hic me amœnitate amœna amœnus

Lucrum: ludum: iocum: festiuitatem: ferias:
Pompam. potationes. penum: saturitatem: gaudium.
Nec homini cuiq̃ supplicare nunc certum est mihi.
Nam prodesse amico possum: uel inimicum perdere.
Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerat dies.
Sine sacris hæreditatem sum adeptus offertissimam.
Nunc cursum ad senem capessam: hunc ægionem: cui boni
Tantum offero: quantũ ipse a diis optat: atq; etiam amplius.
Nunc res certa: eodem pacto: ut comici serui solent:
Coniiciam in collum pallium: primo ex me hanc rem ut audiat:
Speroq; me ob nuntiũ hunc æternum adepturum cibum.
Eg. Quanto in pectore hanc rem meo magis uoluto tanto mihi
Aegritudo auctior est in animo ad illum modũ sublitũ os fuisse
Hodie mihi: neq; id perspicere quiui. quod quum scibitur
Per urbem irridebor: quũq; extemplo ad forum aduenero
Omnes de me loquentur: hic ille est ductus senex:
Quoi uerba data sunt. sed ergasilus ẽ ne hic quẽ uideo procul?
Collecto pallio quidẽ ẽ. quidnam hic acturus ẽ?
Er. Moue abs te morã: atq; ergasile age hanc rem. iam quãtũ potes:
Eminor: interminorq;: ne quis mihi obstiterit obuiam.
Nisi quis sat diu uixisse sese homo arbitrabitur.

onerat dies. hunc totum uersum metri necessitas ita scribere coegit. & onerat p onerauit legendũ. non autem onerauit: qa abũdaret pes unus. Offertissimam. abundãtissimam. pinguissimam. ab offercio uerbo composito ex ob & farcio qđ est saturo: impleo: ut in asinaria diximus. cuius supinum est offertum. & inde offertus: & superlatiuum offertissimus. Nũc cursum ad senem capessam. nõ nunc ad senẽ cursum capessam. qa pes unus uersui abundaret. Nũc res certa: eodem pacto. ita scribi cogit metri ratio. non aũt: nunc certa res est. quia abundaret uersus. & subaudiendum uerbũ est: nõ ascribendum: eadem ratione. Coniiciã in collum pallium. ut expeditior esset. Sic Geta in Terẽtii phormione. Sed mihi nũc cesso: qui non humerum hunc exonero pallio: atq; hominem propero inuenire. Ob nuncium hunc. nõn: ob hunc nuncium: quia pes unus uersui deficeret. Quod autem Pius scribit: Donatum in Terentiano prologio recensere: parasitos induci expapillato brachio: & pallio altrinsecus in collum iactato: Nequaq̃ uerum est. sed ille: ut solet meras nugas agit: & quæ in rem suam faciant: uel effingere ac pro ueris proferre non erubescit. Donatus enim ibi hæc tantum ait. Parasiti cum intortis palliis ueniunt. læto uestitus candidus. erumnoso obsoletus. purpureus diuiti. pauperi phœniceus datur. Voluto. cogitatione perquiro. Sublitum os fuisse. ita scribi metri & sententiæ integritas concinnior requirit & non esse: ut fere habent codices. & uersus hypermeter est: cui abundat una syllaba: ad sequentem qui a uocali incipit reflexa. Quũq; extemplo ad forum aduenero. & hic addenda fuit q; coniunctio: ita metri exigente necessitate. Omnes de me loquentur. addenda fuerunt duo illa uerba de me: & metri necessitate: & sensus concinnitate. Hic ille est ductus senex. non: senex ductus quia iambum in ultimo esse magis conuenit q̃ spondeum. Quem uideo procul. non: procul quem uideo: quia abundaret uersus. Collecto pallio quidem est. quidnam hic acturus est? uersum hũc ita scribi cogit metri necessitas. nõ: collecto quidem est pallio. quidnam acturus est. quia pedes duo ei deficerẽt: quos uersuum defectus nõ uiderunt Pius & Sarracenus interpretes nostri. Collecto pallio. hoc est quod Donatus ait: parasitos cum intortis palliis uenire. Moue abs te. Ergasili uerba sunt ad seipsum prolata: ut ad celeritatẽ se magis hortetur. Age hanc rem iam quantum potes. Supplendum censuimus hunc uersum: & addẽda uerba illa: iam quantum potes: metri necessitate ita exigente: & sensus cõcinnitate. nam quattuor tantũ pedibus & altero trunco inambulasset: id quod scriptorum negligentia factum existimauimus. Eminor. Interminorq;. uerũq; a uerbo minor compositum est. sed p̃positiones additæ magis augent. alii eminor a longe significare uolunt. Interminor autem de prope. Sat diu. scribendum sat pro satis: metri necessitate.

Offertissimá.

Eminor.
Interminor

Ore sistet·idest ore terram calcabit:quẽadmodũ pedibus sistere cæteri solent·ac si diceret:eũ interimã:& faciã ut ore terræ infixus uideatur. Pugillatum·a pugil nomine fit pugillatus:hoc est pugilum ludus.pugil autem a pugno.πυγμαχοσ· græce dicitur pugil.& πυξ aduerbium significat cum pugnis. Vnde Mar. Pyxagathos fuerat:nunc erit hippodamus:ubi nõ una dictio est pyxagathos:ut multi putant: sed duæ·αγαθοσ enim bonũ significat.ac si dixisset:pugnis bonus fuerat.idest in pugnorũ concertatione plurimum ualebat. Proinde omnes itinera insistant sua. Ita scribi sensus integritas requirit:absq; ut:quæ dictio hic post proinde ascripta perperam erat. Sensus est: ppterea oẽs a suis tẽperent negociis:eaq; ueluti sistant:& morentur. Dicimus insisto huic rei.hanc rem: & in hãc rem. Lucanus libro·iii.Illis & uolucres metuunt insistere ramus. Quintil. Ne uulgarem uiã ingressus alienis demũ uestigiis isisterem. Virg. Nulli fas casto sceleratũ insistere limen. Plautus in milite. Insistite hoc negociũ sapiẽter.& similiter hoc loco. Idem in milite. age nunc iam insiste in dolos. Nec quis.

Pugillatus.

Pyxagathos.

Insisto.

Nam qui obstiterit:ore sistet.Eg.hic homo pugillatum incipit.
Er. Facere certum ẽ.proinde omnes itinera insistant sua.
Nec quis in hac platea negocii conferat quicq̃ sui.
Nam meus est balista pugnus:cubitus catapultast mihi.
Humerus aries:tum genu ad quẽq; iecero:ad terram dabo.
Dentiloquos omnes mortales faciam:quẽq; offendero.
Eg. Quæ illæc eminatio ẽ?nam nequeo mirari satis.
Er. Faciam huius diei:lociq;:meiq; semper meminerit:
Qui mihi in cursu obstiterit:faxo uitæ is obstiterit suæ.
Eg. Quid hic homo tantũ incipessit facere cum tantis minis?
Er. Prius edico:ne quis propter culpam capiatur suam.
Continete uos domi:prohibete a uobis uim meam.

idest:nec quisq̃ : eadem fere snia est: duobus modis prolata:uel expositio est pcedẽtis. Nam meus est balista pugnus·Balista Nonio est instrumentũ:quo maiora & grauiora saxa iaciũtur.Idem uidetur a Victruuio his uerbis.sed tamen nulla balista perficitur:nisi ad propositam magnitudinem ponderis saxi. Ouidius quoq; in tristibus·Quam graue balistæ mœnia pulsat onus.&·xi·meta· Nec leuius pulsata sonat:q̃ ferreus olim Qum laceras aries balistaq; concutit arces. At uegetius pro instrumẽto quodam fune intento uel neruo:quo spicula iaciantur longiusq; mittantur accæpisse uidetur. Pariq; significatione lucanus:quum ait. Neq; enim solis excussa lacertis lancea sed tenso balistæ turbine rapta haud unum contenta latus transire quiescit. quia autem nomen hoc a Βαλλω græco uerbo:quod est iacio descendit:ideo duplici.ll.scribi deberet: quãq̃ pene in consuetudinem uenerit ut unico tantũ scribatur:nec minus tum syllaba longa sit. Cubitus catapulta est mihi.Mihi addendum fuit:metri necessitate:cui pes unus defecisset:& ex Nonio:hunc uersum citante in dictione catapulta. Catapultam autem inquit:iaculum esse celere:uel sagittam.Plautus in curculione:atq; ita te neruo torquebo : ut catapultæ solent. Idem in eadem·Catapulta hoc ictum est mihi apud Sicyonem. Apud uictruuiũ autem est inuenire: Catapultam genus esse instrumenti:ad quã sententiã:& Suidas græcus autor in dictione καταπελτησ.ita·n· græce dicitur Catapulta:speciem inquit esse Supplicii.πελτη autem genus machinæ siue instrumẽti: quo sagittæ:& alia iaciuntur. Humerus aries·Aries animal notum est:ouium uidelicet maritus:qui tantum a ueruece distat:quantum gallus a capo:equus a canterio·uerres a maiali:ad cuius similitudinem Aries pro machina bellica accipitur:qua muri oppidorum deiiciuntur.Id autem:ut uegetius ait:ita fit.De materia ac tabulis testudo contexitur:quæ ne exuratur incendio coriis uel ciliciis centonibusq; uestitur:hæc intrinsecus accipit trabem:quæ adunco præfigitur ferro:quod falx uocatur: ab eo q incurua est:ut de muro extrahat lapides.aut certe caput ipsius uestitur ferro:& appellatur aries:uel q habet durissimam frontem : quæ subruat muros :uel q more arietum retrocedat:ut cum impetu uehementius feriat. Ad quenq; iecero. idest ad quemcunq; iecero genu. posset etiam scribi:ut quenq; icero: hoc est: ut quẽq; percussero : sed codices omnes habent : ad quenq; iecero.

Balista.

Catapulta

Aries.

Dentiloquos· dentes loquentes: hoc est ex ore emittentes:uerborum loco:quia illis adeo dentes concutiam: ut suis sedibus eiectos expuant: Aliqui codices habent : dentilegos: hoc est dentes legentes : ut Sacrilegos sacra legentes : sed magis placet dentiloquos . non tamen eo sensu quo Sarracenus interpres putat : ut alludere uoluerit poeta ad dentilocos populos macedonicos : tanq̃ significare uolens omnes sibi obuios macedonicos futuros : hoc est occidendos & mactandos : ut sit iste iocus maximus : qui magis uernaculo sermone : q̃ latine explicari possit : ut ipse ait . Delirium nanq; hic sensus : immo hæc inscitissima interpretatio : & perq̃ rudíter excogitata manifeste sapit : & præse fert. Faciam huius diei . delenda fuit dictio ut : quæ post uerbum faciam ascripta erat: contra metri rationem : cui pes unus abundaret. Faxo uitæ is obstiterit suæ· tollenda quoq; fuit dictio extemplo:quæ his interposita perperam erat:præter metri exigentiam. Quid hic homo tantũ incipessit. legendum est incipessit: & non incipisset:ut legunt interpretes nostri. ratione quã supra diximus super uerbo incipesse.quia uidelicet sicut a facio facesso:ab expeto expetesso:quæ eiusdem sunt inclinationis: sic ab incipio incipesso : & non incipisso fit.

Incipesso.

Mira sunt ædepol.nō mira ædepol sunt:quia uersus abundaret. Ni hic in uentrem.nisi hic bene se alicubi
pauit:ac saturū fecit:& propterea tam confidenter & arroganter loquitur:quia nunc cibo nō eget:dictio autem
Cōfidētia. hic:breuis est hoc loco:ut in illo uirgilii.Solus hic inflexit mentem. Confidentiā.Confidentia ut Nonius ait:
fiduciam significat.Virg.Et afflictis melius cōfidere rebus.Duriciā seu patientiā.Plautus in asinaria. Scapularū
confidentia:uirtute ulmorū freti.Temeritatē siue audaciam.Pacuuius.Grandem atq; atrocem coherce confidē
tiam.Virg.iiii.geor.Nam quis te iuuenum cōfidentissime nostras iussit adire domos:Constantiā.Cicero de re-
pub.lib.iii. Duas sibi
res quo minus in uul
gus exiret:& in foro
diceret:confidentiam
& uocē defuisse.Plau
tus in Amphitryone.
Quæ nō deliquit:de-
cet audacē esse:& cō-
fidēter pro se ac pro-
terue loqui.Donatus
quoq; p cōstanti Cō-
fidētem poni asserit:
ut in illo Terētii. Ne-
scio quis senex modo
uenit:ellum confidēs
Impensus. Catus. Impensior.
auctior:grauior.ab i-
pendo fit Impēsus no
men:& impense atq;
impendio aduerbia:
Impensus aūt signifi-
cat auctus:& affluēs:
quasi in quem multa

Eg. Mira sunt ædepol ni hic in uentrem sumpsit confidentiam.
Ve misero illi cuius cibo iste factust impensior.
Er. Tum pistores:scrophipasci:qui furfure sues alunt.
Q uarū odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoius q̄ scropham in publico conspexero:
Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
Eg. Basilicas edictiones atq; imperiosas habet.
Satur homost:habet profecto in uentre confidentiam.
Er. Tum piscatores.qui præbent populo pisces fetidos.
Q ui aduehuntur quadrupedanti:crucianti canterio:
Q uorū odos sub basilicanos omnes abigit in forum:
Eis ora ego uerberabo surpiculis piscariis:
Vt sciant alieno naso quam exhibeant molestiam.

Impense. pensa sunt:& aggregata.Impense uero pro ualde capitur.Gellius lib.xviii.cap.vii.Iulius paulus poeta uir bonus:
& rerum litterarūq; ueterum impēse doctus.Impendio aūt pro nimio apud eundē sæpius capi uidetur.Sic enim
Inpendio. ait lib.vii.cap.p̄mo.Sed & eū impendio magis & rebus gestis:q̄ ex illo ostento unū esse uirtutis diuinæ creditū
Scrofa. est.& lib.x.cap.xviii.Eius igitur leges q̄m uidebantur impēdio acerbiores.Et lib.xix.cap.p̄mo.Quod uero dixi ui
Scrofula. deri quædam esse īpendio molliora. Scrophipasci.pascentes scrofas:hoc est porcas.Scrofam enim porcam di-
Porca. cunt quæ sæpius peperit.porcam aūt:quæ semel tantū.a Scrofa Scrofulā dicunt morbū:quem strumam appella-
mus:glandulæ sunt quædā ex pure & sanguine cōcretæ sub maxillis circa gulam:qbus scrofæ afflictari solent: &
Struma. inde nomen trahūt.Strumosi dicuntur eum morbū patiētes:& Strumosa pars corporis eo læsa.Et eæ glandulæ:
Stumosi. in hoie:tonsillæ quoq; appellantur:ut dicemus infra in dictione Glandia. Qui furfure sues alunt.nō qui alūt
Furfur. furfure sues:quia pes unus uersui deficeret.Est furfur purgamētū farinæ:& quod fere ad illius similitudinem ex
cute animaliū:pectēdo uel fricando excutitur.& est masculini generis:nō etiā neutri:ut quidā putarūt.Ply.Folia
in aceto decocta furfures cutis emendant.hic Plautus utrāq; significationē expssit.nam hoc loco furfure pro fa-
rinæ purgamento dixit.& paulo infra furfures pro cutis purgamētis & spurcicus posuit:quū inquit : ex ipsis dn̄is
Exculcare. meis pugnis exculcabo furfures. Exculcabo.calcando & percutiendo excutiam:a calco.as.cōpositū uerbū est
Basilicus. exculco. Basilicas edictiones.regia edicta.nomen est græcū basilicus.Βασιλικοσ enim dicunt græci.a uerbo
βασιλεύω qđ significat rego si dtō fungatur.Si aūt actō:significat regem facio: ut Suidas inquit.Inde trahitur
Basiliscus. Basiliscus serpentis genus:cui crista in capite est:quia paruū regem imitetur corona illa:est enim diminutiua for
Edictio. ma Βασιλισκοσ.a nomine Βασιλευσ:qui græcis rex appellatur.Edictionē aūt:& edictum nos a uerbo edico
Edictum. dicimus:qđ significat iubeo:& statuo.ut paulo supra.prius edico:ne qs pp̄ter culpam capiatur suam. Tum pi
Edico. scatores.nō habet hoc nomen unde regatur:quēadmodū neq; pistores:de qbus supra.neq; lanii:de qbus infra
Canterius. differit:sed subaudiendū est uerbū:aduertant:uel caueant. Crucianti canterio. Canterii ut Varro ait lib. scdo
de re rustica:appellantur equi dēptis testiculis:sic dicti:q; semine carent.Festus aūt:Canterius:inqt:hoc distat ab
equo q; maialis a uerre:Capus a gallo:ueruex ab ariete.Est enim canterius:cui testiculi amputantur. Quod aūt
ait Pius super hoc noīe in Aulularia:dicens canterios dictos:ueluti canterios per unius litteræ imutationem:q̄m
cauteriati:hoc est candescente ferro detestabātur &c.quū cōtra Varronis interp̄tationem sit:& nullo teste pbatū:
tanq̄ futile & uanum cēsendum est.Crucianti aūt inquit Sarracenus.nā equi quū quadrupedāt saltitāt:& sesso-
rem agitant & perturbāt.Nos aūt crucianti Canterio dictū existimamus:nō respectu sessoris:qui qdē nullus esse
debet:si piscibus oneratus sit equus:sed uel crucianti pisces ipsos quos fert:q̄m illos simul terit:& frangit:uel cru-
cianti agasonem:qui pedibus iter faciens:non nisi cruciatu & labore illum celeri gradu ingredientem assequi po
Subbasili- test. Subbasilicanos.qui libenter & frequenter sub basilica spaciantur.Ita Priscianus appellari docet.In basilica
cani. nāq; negociationes:& publicæ conciliationes tractabantur.Et iudicia quoq; in basilicis fiebāt: ut Quintilianus
& Cecilius docent.Seneca libro de ira secūdo:Fremitu iudiciorum basilicæ resonant. Eis ora ego uerberabo.nō&
Surpiculus eis ego ora:quia uersus abundaret. Surpiculis.uimineis canistris:& cistellulis:quæ e syrpis fieri solebant. Pro-

pertius surpiculis medio puluere ferre rosam. Colu. libro. xi. Et uos agrestes duro qui pollice mollis Demetitis flo
res: Cano iam uimine textum Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. Alii autem legunt Sytpulis pro ui- Sytpulus.
minibus: uel iunceis uinculis: quibus piscatores: ad inuncandos pisces utuntur. Qui concinnant liberis orbas
oues locus hic salebrosus ac difficilis intellectu uidetur: si litteram inspicias. Nam sensus satis planus est. nec a
Pio tamen interprete deprachensus: qui duplam agninam danunt: exponit: Dant duplicatam carnem agnæ. hoc
est agninam carnem mentientes ouem prægnantem uendunt: quæ duplex iocose dicetur: quum agnum abor-
tiuum adhuc habeat in utero. Quibus somniis: & uaniloquiis nihil stultius deprahendatur. Non enim poeta duplam agninam inquit: quia uendant ouem prægnantem. quia id neque fit: neque a laniis fieri posset: carnē ipsam frustulatim secantibus: nisi per summá abominationem

Tum lanii autem qui concinnant liberis orbas oues:
Qui locant cædundos agnos: & duplam agninam danunt.
Qui petroni nomen indunt ueruecí sectario.
Eum ego si in uia petronem publica conspexero.
Et petronem & dominum reddam mortales miserrimos.

ementium. præterea: quis agnum abortiuum unquam uocauit: quem adhuc habeat in utero mater? Nemo profecto:
nisi insanus. Nam Abortiuum dicimus imaturum fœtum: & ante legitimum tempus editum. Trāquillus in au
gusto. Illos senatores quos uulgus abortiuos uocabat ad modum pristinum & splēdorem redegit. Ply. libro. xiii. Abortiuus
Aegyptus & ecbolinā habet abortiuos facientem. Abortum quoque granidæ mulieris dici ait Festus: quod non sit tem Abortus.
pestiue ortum. Ply. libro. vii. Vno abortu duo puerperia egesta. Est ergo uerior sensus: Qui concinnāt liberis or-
bas oues. idest: qui sub nomine agninæ carnis: ouillam quoque uendunt: & ita duplam: hoc est duplicatam & duo
rum generum agninam præbent. mentientes totam agninam esse. Orbas oues. idest a quibus agni iam abla-
ti sunt: & ad occidendum dati carnificinam facientibus: quorum officium fuisse uidetur: cædendi animalia tan
tum: quæ postea laniis dissecanda: & uendenda tradebant. ii autem: ut plus carnium uenderent: & bonum nō-
men retinerent: agnos tantum cædundos locabant: ipsi uero domi oues quoque iugulabant: & earum carnes cum
agninis miscentes uenditabant: concinnantes atque adaptantes eas liberis. i. filiis: hoc est agnis iam occisis: ne in- Liberi.
ternosci possent ab iis: qui emere agninam uolebāt. liberis ergo hoc loco pro filiis ouium accipiendum uidetur:
qua appellatione hominum tantum filiis uocari solere existimamus. utpote a libertate: quæ hominum tantum
propria sit quum cætera fere subiecta sint sub pedibus eius: ut psalmographus dixit. unde paulus iurisconsultus
eos qui contra formam humani generis conuerso more procreantur liberorum appellatione non putat contine
ri: ut si mulier monstrosum quid aut prodigiosum enixa fuerit. Vtimur autem hoc nomine liberi pro filiis: nume
ro ferme plurali tantum. Et callistratus nepotes quoque & pronepotes: cæterosque qui ex iis descendunt liberorum
appellatione contineri existimauit. Qui petroni nomen indunt ueruecí sectario. Neque hoc loco Pius ille nu-
gax: & temerarius interpres minus insanire uidetur: quam superius: dicens: hic sensus est. lanii mendaci loqui & fal-
siloqui: & logodædali ueruecem: seu arietem inscitulæ & illiberalis carnis habentes nomen agni huic imponunt.
Indūt nomen petroni ueruecí sectario: hoc est ueruecinam carnem chordi agni mentiuntur. Sectarius agnus ap
pellatur chordus & altior: quem iam primulum ferocientem sectentur armēta. petronem uero uocitat ueruecem
durum: insuauem inscitum: & illiberalem. hæc ille. quibus nihil insulsius: nihil uanius: nihil mendacius. Siquidē
ueruecem confundit cum ariete: quasi idem sint: quum ut supra diximus ex Festi sententia: tantum distet ueruex
ab ariete: quantum capus a gallo: & maialis a uerre: canteriusque ab equo. Dicitur nanque ueruex ab inuersis testi- Veruex.
culis: ut Varro ait. Et est mas inter oues: cui inuersi: siue adempti sunt testiculi. Isque non est adeo illiberalis carnis
& inscitulæ: ut fabulatur Pius: Immo gratissimæ: & suo tempore exquisitissimæ. Qui autem ad generandam sobo
lem integer tenetur: is aries appellatur: ab ara: ut quidam putant: quod aris imponi sacrificia soleret. uel ut alii: a græ
co αρρηρ. ερος. quod marē significat. aut ab αρης. ηος. uel εος. quo mars belli deus notatur: quia magno impe Aries.
tu fronte & cornibus: non modo se inuicem: sed quicquid obieceris percutiant inde. Inde arietatio pro percus-
sione. & arieto uerbum pro percutio accipiuntur. Et ab huius similitudine postea Aries belli machina dicitur: de
qua supra egimus Is igitur aries dux gregis: alio nomine petro appellatur: a petris scilicet: quia inter petras uerse
tur hinc petrones rustici a festo dicuntur a petrarum asperitate & duricia. horum caro illiberalissima est: tum ob
duriciem: tum uero ob ingratum odorem: Id quod non est in ueruecibus ut diximus. porro ueruex Sectarius appel
latur: non autem agnus chordus & altior: ut garrit Pius. neque sectarius dicitur: ut nos putamus: quia illum secten Sectarius.
tur armenta: sed quia secti & adempti ab eo sint testes: ut diximus. ordo & sensus est. Qui indunt nomen petroni:
ueruecí sectario: hoc est qui petronem uocat ueruecem carnemque arietinam: ueruecea. idest ueruecis. secti: & ca-
strati: eo modo loquēdi quo utitur poeta inquiēs: mihi est nomē menæhmo: & illi indidit nomen Sosiæ. Aedi-
licias. Nam ædiles præerant rebus uēdendis. Eorumque cura erat: ne quis flagellaret. accenderet ue annonam. aut Aediles.
fraudem ullam merce noxia & putrida inferret. hos græci αγοραρομους uocant. ab αγορα quod forum uena- Agorano-
le significat. & νομος lex. quia foro legem imponerent. Erat quoque ædilibus prodigiorum cura quod Mar. Indi- mus.
cat epigrāmate illo. Audiat ædilis: ne te uideatque caueto. portentum est quotiens cœpit imago loqui.

Hic habet quidem. Ita scribendum est. non: hic quidem habet: quia pes unus uersui deficeret. Cibus uidetur genitiui casus esse hoc loco. ut sit ordo. tantus cómeatus cibus: pro tantus apparatus cibi. Scimus autem commeatum duo significare. uel facultatem ad tempus a militia alio ue ministerio recedendi: quam præbet militi imperator eundi quo uelit ad præscriptum diem reuersuro. & in hac significatione numero tantum singulari se re utimur. Vel cibaria & alimoniam publicam uel priuatam. Cicero pro lege manilia. Iam comeatu & priuato & publico prohibebamur. Salustius. Cómeatus abunde. municipia atq; coloniæ patebunt. Hoc loco latiori significatione abusus poeta uidetur: & pro appatu ut diximus: posuisse.

Cómeatus

Eg. Euge edictiones ædilicias hic habet quidem.
Mirúq; adeost nisi hunc fecerunt sibi aetoli agoranomũ.
Er. Non ego nunc parasitus sum: sed regum rex regalior.
Tantus uentri cómeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc ægionem onerare lætitia senẽ?
Quoi hominum adæq; nemo uiuit fortunacior.
Eg. Q uæ illhæc est lætitia quam illhic lætus largitur mihi.
Er. Heus heus ubi estis? ecquis hoc mihi aperit ostium?
Eg. Hic homo ad cœnam recipit se ad me. Er. apite hasce ãbas fores.
Priusq̃ pultando foribus assulatim exitium adfero.
Eg. Perlubet hunc hominẽ colloqui. ergasile. Er. ergasilũ qui uocat?
Eg. Respice. Er. fortuna quod tibi nec facit: nec faciet: hoc
Me iubes. sed tu qs es? Eg. respice ad me. ægio sũ. Er. o q̃tũ ẽ mihi
Hominũ optumoq; ut optume mihi in tẽpore aduenis.
Eg. Nescio quẽ ad portũ ubi cœnes: nactus eo fastidis? Er. cedo

Quoi hoium adæque. Super hoc nihil Pius inquit: quia ingenii quippiam exposcebat. Sarracenus autẽ. Et sic nihilominus Pius: Qui homine legit. sed Sarracenus: qui p quo exponit. Vterque dignus bubulis exuuiis. Nã nullo modo uersus constat: si qui homine legas nec littera satis cócinne adaptari poterit: ut sensus ullus integer eruatur. Proinde cum antiqs codicibus hominum legendum est. Et pro qui: quoi: more antiquo scribendum: qui sit datiuus casus aduerbio illi adæque iũctus: ut sit: Adæque cui hoc ẽ in cuius cóparatione: uel respectu cuius: nemo hominum uiuit fortunatior. Heus heus: ubi estis? ecquis hoc mihi aperit ostium? Ita scribendus: supplendusq; fuit hic uersus: ut suis pedibus constaret. nam nisi duplicetur dictio heus. & addatur mihi: claudicaret: duobus pedibus mancus factus: quod non aduerterunt præfati duo interpretes.

Adæque.

Assulatim. Assulæ. Asseres. Assides.

Foribus assulatim. Ita scribendum est. & non assulatim foribus. ne uersus abundet. Assulatim autem pro minutatim exponit Nonius: hunc locum citans: & alterum in menæchmis. Nisi dedolabo assulatim uiscera. Sunt Assulæ putamina: & recisamenta: quæ per dolabram e ligno excutiuntur: quasi parui assides: uel asseres; utroq; enim modo flectimus: hoc est assis idis. & asser asseris. pro tabula. ab assidendoq; dicuntur: quia parieti & trabibus assideant: ut Festus ait. Plautus in aulularia. Ligna hic apud nos nulla sunt. Sunt asseres? Sunt pol. Sunt igitur ligna: ne quæras foris. Asser quoq; lignum oblongum significat. ut in lectica: quibus lecticarii humeros supponunt: Suetonius in caligula. Ad primum tumultum lecticarii cum asseribus accurrerunt. Mar. Vt canusi natus nostro syrus assere sudet. Cato simpliciter pro ligno longo: seu pertica posuit: in re rustica: his uerbis. Duobus asserculis appositis: quibus gallinæ in nidum possint irrepere. Similiter cæsar libro. scdo de bello ciuili. Asseres enim pedum duodecim cuspidibus præfixi. Quintus Cur. hoc puppium interuallum antẽnis: asseribusq; ualidis deligatis: superq; eos pontibus stratis qui militem sustinerent impleuerant. Idem. Nanq; ad implicanda nauigia quæ muros subibant: ualidis asseribus coruos & ferreas manus cum uncis ac falcibus illigauerant: ut cum tormento asseres promouissent: subito laxatis funibus inicerent. Respice. idest retro aspice. id enim simpliciter significat respicio: utpote compositum ex retro: & specio antiquo uerbo: quod est aspicio. Fortuna qď tibi. respondet Ergasilus: cum arrogantia summa: capiens uerbum respice non simpliciter: ut fecerat ægio: qui id tantum dicere uoluit uerte faciem & oculos tuos huc: ut me uideas: qui sim: sed in ea significatione: qua charinus apud Terentium dixit pamphilo. age: me secundis in rebus tuis respice. Et inquit. Tu iubes me id facere: qď fortuna: nec facit: nec faciet tibi. hoc est iubes: ut ego tibi faustus fauensq; sim: qď a fortuna impetrare non potuisti: quæ te: ob filiorum amissionem ægrum & tristem nundum consolari uoluit. id qď a me accipere nunc uis. nam quæ nugantur Sarracenus legens ne pro non: interrogatiue: uel pro certe sine interrogatione: umbræ sunt & somnia. Sed tu quis es. quis es. ex codicibus antiquis scribendum est: & non quid est. ut legunt interpretes nostri. & tu addendum fuit: metri necessitate. quia pes unus uersui defecisset. Vt optume mihi in tempore aduenis. similiter & hunc ita scribi uersum metri ratio cogit: additis duabus dictionibus: ut: & mihi. Vbi coenes nactus. subaudiendum es. & ita scribendum: metri ratione. non nactus es ubi coenes.

Respicio.

Pol mœrores anteuortunt gaudiis·tollenda fuit dictio mihi abundanter his interiecta: contra metri rationẽ· anteuortunt autem pro præcedunt positum est.uel superant. Exigam.expellã.excludam.Exigere:ut Nonius asserit.est cui extorquere·Cicero de diuinatione.Et quum esset tritici modius sestertiis duobus:pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse.Inquirere:uel inuestigare.Virg.Quærere constituit: sociusque exacta referre.excludere.Plautus in Aulularia.Itaque omnis exegit foras.Teren.in andria.Spectandæ an exigendæ sint uobis prius.Debitum repetere.Cicero ad cassium.Sed non urgeo,longiores enim expectabo: uel potius exigam.

Anteuortunt.

Exigere.

Manũ.Eg.manũ?Er.manũ inquã cedo tuam actutũ.Eg.tene.
Er. Gaude.Eg.quid ego gaudeam?Er.quia ego ipo. age gaude mõ.
Eg. Pol mœrores anteuortunt gaudiis.Er.noli irascier.
Iam ego ex corpore exigam omnis maculas mœrorum tibi.
Gaude audacter.Eg.gaudeo:etsi nihil sciam quod gaudeam.
Er. Bene facis.sed iube.Eg.quid iubeam?Er.ignem ingentẽ fieri.
Eg. gnem ingentẽ?Er.ita dico magnus ut sit.Eg.qd uolt uri?tuan
Me causa incensum ædis censes?Er.noli irascier.
Iuben an non iubes aulas astitui patinas elui?
Laridum:atque epulas foueri foculis feruescentibus?
Alium pisces præstinatum abire?Eg.hic uigilans somniat.
Er. Alium: porcinam:atque agninam:& pullos gallinaceos.
Eg. Scis tu bene esse si sit unde.Er.pernã atque ophthalmiã.

Facere:seu cogere.Virgilius scdo æn.Quos improba uentris exegit cæcos rabies.Age-re.Plautus in captiuis Salue tyndare.Et tu cuius causa hanc erũnam exigo.Virgilius.Omnes ut tecum meritis pro talibus ãnos exigat.Definire cõstituere.Virgil.Decreuit quam mori. tempus secũ ipsa modumque exigit.Exactum uero.transcursum & præteritum significat.Virgi.tertio geor. At tubis exactis ubi quarta accesserit ætas.Idem in eodem.exactis grauidæ quũ mensibus errant. Et primo geor.Exactum ad mensem pluuie ue-tisque carebunt.Eleganter etiam exactum dicimus exhaustum:& superatum.Seneca:Vt tot pcellis tempestatibusque exactis aliquando in portum ueniamus. Sed iube. dictio sed: addenda fuit: metri necessitate. nam mutilus mancusque incessisset. Quid uolt uri.uerba sunt ægionis hæc intra se:uel summissiore uoce prolata.nam quum Ergasilus iussisset ignem ingentem magnumque fieri.ait ægio:uoce ut diximus summissa:quid uult uri iste? Deinde altioribus uerbis inquit. Tu an me causa &c. Me causa incensurum ædis.Ita scribi uersum hunc concinnior compositio exigit.Dictio autem tuan finis est præcedentis uersus. Aulas astitui.non astitui aulas: quia uersus claudicaret. Astitui.parari.constitui. Aulas.hic pro fictilibus uasis accipit.& latinum nomen est: ollaque appellatum:ut in aulularia diximus:quum aũt atrium significat:græcum est.αυλη enim a græcis dicitur.

Exactum.

Aula.

Elui.lauari.a uerbo luo. Laridum.laridum:ut Macrobius ait:est caro salita:sic dictum:quasi large aridũ. Dicimus etiam lardum absque i Martia. Et pallens faba cum rubente lardo: quo uersu clare patet: lardum esse salitam carnem:non autem pingue illud suillum:qđ uulgo lardum dicunt.hác salitam carnem Succidiã quoque nominant. Cicero de senectute. Iam ortum ipsi agricolæ Succidiam alteram appellant Varro scdo de re rustica Et qui non audierit patres nostros dicere:ignauum & sumptuosum esse:qui succidiam in carnario suspenderit. Succidium quoque neutro genere appellatur. Foculis feruescentibus.ita scribi cogit metri necessitas. nam si feruentibus legas:pes unus uersui deficiat.idest locis:ubi ignis fit:multo igne calentibus. Prestinatum. emptum.prestinare enim:ut Festus inquit significat emere apud Plautum:hoc est emendo tenere. hæc ille. uidetur autem uerbum:non a per & sto:ut quidam asserit:sed a pretio uel a præ & teneo compositum esse. & prestinare. non perstinare scribi debere. Scis tu bene esse.tu addendum fuit:metri ratione.nam pes unus uersui deficeret. Esse.ab edo uerbo infinitus est.hoc est comesse. Pernam.pernæ.a pedibus.dicuntur: ut Varro sentit: & dicuntur in sue tam priores q̃ posteriores coxæ:Ply.libro octauo cap.gnquagessimo.Castrãtur sues quoque uti cameli post bidui inediam:suspensæ pernis prioribus.Et ab harum pernarum similitudine:piscis quoque genus est: perna appellatus:ex concharum genere Ply.libro.xxii.naturalis hist. cap.vii. Sunt & pernæ concharum generis circa pontias insulas frequentissimæ.Stant uelut suillo crure longo in arena defixæ:hiantesque qua limpitudo est: pedali non minus spacio cibum uenantur.Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos.Intus pro spondylo grandis caro est.Et quoniam ueteres pernas pedes uocabant qđ nomen hodie quoque seruant hispani. hinc pernio appellatur morbus pedum ex nimio frigore proueniens:& calcaneum præcipue infestans.Ply.libro xx.cap.iii.est & rapo uis medica.perniones feruens impositum sanat. Ophthalmiam. oculatam piscem : qui ab oculorum magnitudine sic appellãtur.οφθαλμοσ enim oculus græcis est.Vnde μονοφθαλμοσ.monoculus:qui & Cocles:& defioculus quoque appellatur.In alia autem significatione. Ophthalmia morbum oculorum significat:quem celsus:& alii lippitudinem appellant:sicut xerophthalmiam: quæ fit arida lippitudo.quum nec tument:nec fluunt oculi:sed grauescunt.quanq̃ Iulius pollux negat:proprium aliquod esse oculorum uitiũ:

Laridum.

Succidia.

Prestinare.

Perna.

Pernio.

Ophthalmia.

Oculata.

Defioculus

Cocles.

sed in eo uerbo significari tradit cauitatem oculorum ex corporis ægritudine: ut Hermolaus barbarus rettulit in
Horæum glossematis Plynianarum castigationum. Horæum. Salsamentum inquit Athenæus: referente hermolao: in
castigationibus Ply. cap. vii. libri. xxxii. aut horæum est: aut thunnium. in horæo macra pinguibus: in thunnio
Scombrus. macris pinguia præferimus. Scombrum. Scombrus piscis genus est non rari: neq; prætiosi: & propterea salsu
ræ is quoq; præberi consuetus. Ply. libro. ix. cap. xv. Scombris inquit in aquis sulphureus est color: extra qui cæte
ris. dicitur & Scomber in casu nominãdi: ut gongrus: & gonger. Strabo. Herculis insula obiacet carthagini scom
braria uocata: q; ibi capiantur scombri: ex quibus optimum garum conficitur.
Trygon. Trygonum. Errorem omnino esse in hoc uersu crediderim: neque scribi debere horæũ: neq; trygonum: quãq̃ ita in codicibus fere legatur: & ita ab Hermolao barbaro citetur. In castigatiõibus: capitis. vii. libri. xxxii. plynii. Nam trygonũ nusq̃ lectum est: sed trygona in casu accusandi: utpote a nominatiuo trygon: & non trygonus. Cor. celsus libro sexto. Et plani piscis: quã pastinacam nostri: trygona græci uocãt: aculeus torref. deinde conteritur: resinaq; excipitur: quæ denti circundata hũc

Horæum: scombrum: & trygonũ: & cetũ: & mollem caseum.
Eg. Nominandi istoꝝ tibi erit magis q̃ edundi copia
Hic apud me ergasile. Er. mean me causa hoc censes dicere?
Eg. Nec nihil hodie: nec mulro plus tu hic edes: ne frustra sis.
Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas.
Er. Quin ita faciã ut recupias facere sumptũ etsi ego uetem.
Eg. Ego ne? Er. tu ne? Eg. tũ tu mi igit̃ herus es? Er. imo bene uolẽs.
Vin te faciam fortunatũ? Eg. malim q̃ miseꝝ quidem.
Er. Cedo manũ. Eg. hem manũ. Er. di te oẽs adiuuãt. Eg. nihil sentio.
Er. Non enim es in senticeto: eo non sentis. sed iube.
Vasa apparari tibi pura ad rem diuinam cito:
Atq; agnum afferri propriũ pinguẽ. Eg. cur? Er. ut sacrufices.
Eg. Cui deoꝝ? Er. mihi hercle: nã ego nũc tibi sum sũmus iuppiter:
Idem ego sum salus. fortuna. lux. lætitia. gaudium.

soluit. uidetur autem Trygon piscis esse: quem turturem aliqui appellant. pastinacam latini: ut supra. De quo Ply
nius libro. ix. cap. xlviii. inter uenenata marina loquẽs sic ait. Sed nullum usquã execrabilius: q̃ radius super cau
dam eminens trygonis: quã nostri pastinacam appellant. quin conchylii magnitudine arbores infixus radici ne
cat arma ut telum perforat &c. Ausonius quoq; de eo inquit referũtur ab unda corrhoco: lethalisq; trygon. Quid
Trigla. si hoc loco: pro trygonum. triglam legas. quem piscem nonnulli mullum: uulgus barbonem nuncupat: græcis
quidem: ut Suidas inquit: τριγλισ est piscis genus: & in epigrãmatis: ut iquit: legitur. τριγλαρ σπαγορακινσ
και φυκιδασοι αλιευητιρ. Cætum. Dicimus hic cetus: Et pluraliter hæc cæte. significat autem pisces ma
Cetarii. iores maris. Vnde Cetarii: ut Marcellus inquit: genus est piscatorum qđ maiores pisces capit: dictum ab eo: q;
Cete. Cete in mari maiora sunt piscium genera. Virgil. Immania cete. Varro. Non animum aduertis Cetarios quum
uidere uolunt in mari thynnos ascendere in malum alte. ut penitus per aquam perspiciant pisces. Nominan
di istorum. idest nomina recensendi. alioquin: nominãdi ista uidetur rectius dici. uerba sunt ægionis per iocum
ad ergasilum prolata magis inquit poteris hæc nominare: q̃ comesse hic apud me. Nec nihil. ac si dicat: inter
parum & nihil. Ne frustra sis. idest: ne tempus teras in nominandis huiusmodi cibariis: uel ne amittas melio
rem conditionem: si fortassis alicubi tibi oblata est. Victi. pro uictus. genitiui casus est: more antiquo. Quo
tidiani. autem: pro consueti: & modesti: non largioris & opipari. Recupias. idest ualde & maxime cupias.

Nihil sentio. deos. s. omnes me adiuuare. Et hic est finis uersus præcedentis. alter autem incipit. Non enim es
in sen. Ita metri ratione & necessitate exigente. In senticeto. in loco spinis pleno. Sentis enim dicitur spina: ex
eo dicta: q; sentiatur. inde senticetum: & senticosus spinosus: asper. est autem festiua responsio ergasili: alludẽs ad
id: qđ dixerat ægio nihil sentio. Vasa apparari tibi pura. Ita scribendus est uersus: ut suis constet pedibus. nam
Proprium. si legas uasa tibi pura apparari: ut legunt interpretes nostri: claudus fiat. & uno pede mutilus. Proprium. aptũ:
& ad rem sacrificalem accõmodum: uel proprium idest qui uere agnus sit: & non peruenerit ad grandiorẽ æta
tem: aut certe proprium: idest ex tuis: & non alienis. Nam ut Nonius inquit: proprium est suũ uniuscuiusq;. Virg.
septimo æñ. Hunc mihi da proprium uirgo sata nocte laborem. Varro in caprino prælio. Nam uirtutem propriã
mortalibus fecit. cætera promiscue uoluit cõmunia haberi: & significat diuturnum. Sisenna. hist. libro. iii. Tum
subito tacuit. atqui metu & suspicione propria capere non poterat quietem. Et perpetuum. Virgil. vi. æñ. Propria
hæc si dona fuissent. Teren. in andria. Ego deorum uitam propterea sempiternam arbitror: q; uoluptates eorum
proprie sunt. Quod autem addit Pius interpres: Quid si non proprium: sed propẽsum scribis: hoc est adipatum:
habitiorem: & succulentum? prorsus negligendum est: uti futile & uanum: quum sequatur in contextu: pinguẽ:

sed qđ pluris multò est:quia uersus eam dictionem non tolerat:utpote quæ abundantem & superfluentem ipm faceret. Mihi equidem esurio. Ergasili uerba sunt:iocantis in uerba ægionis: qui dixerat:esurire mihi uidere: nam quia dictio mihi non tantum ad uerbum uidere pro uideris positum referri potest:id qđ fecit senex:sed etiā ad uerbum esurire:ut sit uideris esurire mihi:Idcirco inquit parasitus:Esurio mihi:non autem esurio tibi. Tuo arbitratu ægionis persona his anteponenda est:qui audiens parasiti subtilem illam ac leuem nimium interpretationem factam in dictione mihi:inquit:Tuo arbitratu facile patior:ut scilicet tibi esurias.

Proin tu deum hunc saturitate facias tranquillū tibi.
Eg. Esurire mihi uidere.Er.mihi equidem esurio:non tibi.
Eg. Tuo arbitratu facile patior.Er.consuetus puer.
Eg. Iuppiter te diq; perdant.Er.te hercle:mihi æquū est gratias
Agere ob nuncium.tantum ego nunc porto a portu tibi boni.
Eg. Nunc tu mihi places.Er.abi stultus:sero post tempus uenis.
Eg. Igitur si olim aduenissem?Er.magis tu tū istuc diceres.
Nunc hanc lætitiam accipe a me quā fero:nam filiū tuum
Modo in portu philopolemū uiuū:saluū:& sospitē:
Vidi in publica celoce:ibidēq; illū adolescentulū.
Alium una:& tuū stalagmū seruū:qui aufugit domo.
Qui tibi subripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
Eg. Abi in rē malam.ludis me.Er.ita me amabit sancta saturitas
Aegio:itaq; suo me semper condecoret cognomine:
Vt uidi.Eg.meum gnatum?Er.tuū gnatū & geniū meū.

Ergasilus autem obscœne uertēs illa uerba ægionis: respōdet: Consuetus puer. hoc est:facile pati consueuisti abusq; pueritia. Vnde ægio respōdet. Iuppiter te diq; pdát. Ita enim reconcinandæ sunt personæ suis locis: ut sensus integer resultet.& delenda dictio credo supfluo pposita ūbis illis ergasili:cōsuetus puer: quæ omnia a Pio & Sarraceno interptibus nostris non minus corrupte:q̄ ignoráter ad rudiater lecta sunt. Te hercle. parasiti uerba respondentis ad ea q̄ ægio dixerat:iuppiter te diq; perdant. Porto a portu.ludit in similitudine uocabulorum de more suo poeta. Nūc tu mihi places. præponenda . his est persona ægionis. qui suspicans parasitum ea uerba protulisse:ut sibi placeret magis:& ob id ei cœnam strueret: inquit: ueluti per contemptum:nunc tu mihi places.hoc est:nunc te mihi placere existimas ob hæc inaniloqua uerba. quasi diceret:non propterea places. Abi stultus.uerba eiusdem ægionis sunt continuata: quibus uti solemus: quum a nobis aliquem reiicimus.abi inquit cum tuis his nugis.nimium distulisti aduentum tuum. Sero post tempus uenis.uel ut diximus more loquendi consueto uel referens ad cœnam:quam ei pollicitus fuerat dare. Igitur si olim aduenisse magis legendum est:si olim:non olim si.quia uersui pes unus abundaret.responsio est parasiti ad ægionis uerba.Igitur inquit:etiam si tempestiuius uenissem:tu etiam hoc dicturus eras:me scilicet sero post tempus uenire:ne cœnam mihi dares. Tu tamen.ita scribēdum uidetur:nō tu tū: sensus cōcinnitate.idest tu nihilominus.Posset & alius sensus elici:sed obscœnior.hoc modo:ut quum ægio dixisset. Nunc tu mihi places: parasitum digito uel manu tangere uoluisset:ut faciunt qui rem turpem affectant:propter qđ respondeat parasitus:Abi stultus:quasi dicat:discede a me.neq; me tangas:quia sero post tempus uenis. idest quia ætas tua : ac mea iam non poscunt hæc.Et deinde subiiciat senex.Igitur si olim aduenissem? quasi per interrogationem ac si dicat:me non reiecisses:Et iis respondeat parasitus.Magis tu tum istuc diceres.& tum non tamē legatur: ut habent codices.idest magis tunc dixisses.Nunc tu mihi places.Et hic sensus hoc modo:per personarum interiectiones electus:fortassis melior & concinnior Plautinis iocis sit. Nam filium tuum. dictio tuum finis est huius uersus non principium sequentis:ut fere in codicibus legitur.ita metri necessitate postulante. Celoce. nauigium breue est Celox a celeritudine dictum:ut in asinaria diximus. Stalagmum. nomen est serui illius: qui olim aufugit ab ægione:& abduxit eius filium quadrimum.uidetur autem fictum nomē:atq; usurpatum a Stalagmiis:quæ ornamenta sunt aurium ut inquit Festus.de quo uocabulo dicemus in menæhmis:super illo uersu: Da mihi in auris facienda pondo duū nūmum stalagmia:ubi & Pii:& Merulæ:& cæterorum delirium ostendemus:legentium spathalia. Abi in rem malam.ita scribendum est.non:in malam rem: quia abundaret ūsus.

Celox. Stalagmus

Cognomine.ut semper scilicet appellari possim satur.Cognomen ut in uocabulario nostro diximus:est qđ nomini adiungitur:uel qđ sequitur ad nomen:quacunq; id causa fiat:siue magistratus:uitium: discretio:uirtus: euentus: siue ars:siue id cognatio reddit.Quod enim pene inueterauit apud quosdam ut cognomen a cognatione & genere tantum imponatur:Agnomen autem ab euentu: penitus falsum est: quum appellatione cognominis:ea omnia propriis nominibus addita nuncupentur.Et nomen ipsum agnomen uix unq̄ repertū sit apud

Cognomē.

Et captiuũ illũ aulidensem. Eg. ma ton apollo. Er. & seruolũ.
Eg. Stalagmũ: meũ qui gnatũ subripuit? Er. μη την κοραμ.
Eg. Iã diu? Er. μη την πραιμεςην? Eg. uenit? Er. μη την σιγμιαμ.
Eg. Certon? Er. μη την φρουσιμωμα? Eg. uidesis. Er. μη το αλατριομ.
Eg. Q uid tu barbaricas urbes iuras? Er. quia enim item asperæ.
Sunt: ut uictum autumabas tuũ esse. Eg. uæ ætati tuæ.
Er. Quippe quando mihi nihil credis: quod ego dico sædulo.
Sed stalagmus quoius erat tunc nationis quũ hinc abiit?
Eg. Cuius & nunc. Er. si cuius nunc est: boius boiam terit:
Liberorũ quærundorũ causa ei credo uxor data est.
Eg. Dic bonan fide tu mihi istæc uerba dixisti? Er. bona.
Eg. Di imortales iterum gnatus: uideor: si uera autumas.

Cognomines. Idoneos autores in ea significatione: quanq̃ a grammaticis nonnullis celebratum. Dicimus & Cognomines eos qui eodem nomine appellantur. Vt uidi. non: ut ego uidi: quia pes unus abundaret. μα τομ απολλω. Non est interrogatio hæc ab ægione facta: sed assertio negatiua. Non enim significant hæc uerba per apollinem tantum: ut uaniloqui: & græcissantes: picarum more: Pius & Sarracenus interpretes garriunt. Sed significant: nõ per apollinem. Siquidem. μη. & μα. ut in mostellaria latius dicemus particulæ sunt apud græcos iuratiuæ: sed significatione contrarie. nam μη. affirmationem. μα. autem negationem in se continet: ut si dicamus. μη. Την κοραμ: ut paulo infra: significemus ita per coram. Si autẽ. μα Τομ απολλω: nõ p apollinem. Quid quod & Pius in dictione hac apollo ostendere uoluit: se græcum: quũ inquit. απολλω και απολλωμα in accusatiuo casu græci dicunt. Sed quo modo απολλω. actũs sit si interrogetur: puto: ut mutus fiet: & quid respondeat ignorabit. Scribẽda sunt autem hæc græce. μα Τομ απολλω. νη Την κοραν. μη Την πραιμεςημ. μη Την σιγμιαμ. μη Την φρουσιμωμα. μη Το αλατριομ. Et seruolum. Scribendum est &: non ut: ut legit Sarracenus. Stalagmum. delenda est dictio meum. quæ hic præposita erat perperam: contra metri rationẽ. μη Την κοραμ. Ita scribi debet. & non μαι: ut aiunt Pius & Sarracenus interpretes parum docti. μαι. enim affirmantis tantum est aduerbium. non iurantis de qua in Amphitry. diximus: & scribit per diphthongum. ai. Cora autem præneste: signia: phrusino: & alatrium: sunt latinorum urbes: a latinaq; uia non distãtes: de quibus Strabo libro quinto sic meminit. Postmodum deinceps in ipsa latina insignes sunt ædes: urbesq; ferentinum: & phrusino: iuxta quã cosas labitur flumen. Et infra. utroq; autem ex latinæ latere dextrorsũ inter illam & Appiam: Setia: & Signia sunt: uini feraces: altera quidem prætiosissimi. alterius uinum est: qd' alnum sistit: qd' Signinum uocitant. Ante hanc: Priuernum est: & Cora: & Syes: & pusilla quædam præfectura: uelitræq; & Alatrium. De signigno quoq; uino Mar. inquit. Potabis liquidum Signina morantia uentrem. Ne nimium sitias. sit tibi parca sitis. Quid tu barbaricas urbes iuras? Italicæ urbes sũt omnes prædictæ. sed ut græcus loquitur: ad illum græce loquentem: qui omnem aliam nationem præter græcam: barbaram appellant. Quia enim item asperæ. quia inquit sunt tam asperæ hæ urbes: q̃ tu dicebas mihi pauloante: asperum esse uictum tuum.

μη.
μα.
μαι.
Cora.
Præneste.
Signia.
Phrusino.
Alatrium.
Signinum uinum.

Vt uictum autumabas tuum esse. non ut tuum uictum: quia pes unus uersui abundaret. Cuius nationis. idest: cuius ætatis. quẽadmodum & natu grandis: aut maior natu dicere solemus utentes ea dictione natu: p ætate. Sed ægio accipiens nationem in propria significatione: pro gente: uel populo: a quo duceret originem inquit. Cuius & nunc. hoc est eius gentis & originis erat: cuius est etiam nunc: quippe quum nationem & originem suam nemo unq̃ mutet. licet patriam & larem diuersum colat interdum. Boius boiam terit. iocus est

Boii. Festiuissimus: de Plauti consuetudine a parasito prolatus. Boii sunt citerioris galliæ populi: qui primi Annibalis aduentum sentientes a populo romano defecerunt: ut Liuius autor est: hos boios rhetis propinquos uindelicis: & heluetiis Strabo inquit montanam partem tenuisse: quos pauloante e transalpina gallia in italiam transgressos dixerat libro quarto. & est etiam græce ciuitas: post quam Maleã est: ut meminit. Idem Strabo libro octauo.

Boia. Boia quoq; ut in Asinaria diximus genus est uinculi tam ferrei q̃ lignei: quo uinciebantur noxii: Quia ergo Stalagmus seruus uinctus: & boiis astrictus ducebatur a philocrate & philopolemo: & ergasilus illum sic uinctum fuerat intuitus: ludit erga ægionem: in nomine boius: Et ait. Si erat nationis cuius est nunc: Boius ergo erat: ad gentem utiq; hoc referens: quia nunc quoq; boius est. & boiam terit: in hoc autem ad boiam uinculum respiciẽs: a qua ipse boius dici mereatur: ut enim a compedibus Compeditum diceremus: a manicis manicatum: sic a boia boium deduxit. Et quia terere uerbum duo significat: subigere: ut in illo Mar. Pene sit ut culo trinor ipsa tuo. alterum autem consumere: & paulatim conterere: quæ scda significatio cõgruens est compeditis: & uinculis astrictis: quoniam attritu uincula consumuntur. Ideo Boiam terere dixit: re uera intelligens: illum Boiam uinculum conterere: pedum collisione: sed ostendens se de altera significatione loqui. Vnde subdit: liberorum quærundorum causa ei credo uxor data est. nam uxores quæ liberorum quærundorum causa dantur uiris: ita illis copulan.

tur:& uinculo maritali anneċtuntur:ut huic Stalagmo boia uinculum annexa erat. Sanċte quum ego iurem tibi.ideſt tanta aſſertione:& tam efficacibus uerbis:quum per tot urbes tibi iurauerim. Viſe. ideſt i ad uidendum:a uerbo inchoatiuo uiſo.uerba enim Inchoatiua in ſo deſinunt:& non in ſco.ut in regula noſtra grãmaticarum inſtitutionum oſtendimus. Cura qđ opuſt.ita ſcribi cogit metri ratio.non qđ opus eſt:quia abundaret uerſus. Niſi tu manticulatus probe hæc fuiſti.Neſciunt prorſus quid loquantur hoc loco Pius:& Sarracenus interpretes ſomniculoſi:quippe qui manticinatus legunt.& exponunt.ideſt diuinaſti:& ex bellenismo innouatum uerbum eẽ uolunt:qđ uerbum nullibi uiſum:neq; auditum unq̃ eſt: ꝓpterea addendum tu: metri neceſſitate:& ſcribendũ manticulatus cenſuimus. Manticulari enim ut Feſtus ait:dicũtur:qui manticulas attreċtant: ut furẽtur: unde poetæ pro dolo ſe qd agendo hoc uerbo utũtur.Senſus itaq; erit:Niſi tu hæc mihi doloſe & falſo nunciaſti:hoc eſt:niſi mẽtitus es. Hæc autẽ ſcribendum eſt.nõ hero:ut legunt idem interpretes.ná non erat ægio Ergaſili herus: neq; ille ſeruus eius. neque ſe herum : ſeruata modeſtia : illius

Inchoatiua ṽba in ſo.

Manticulari.

Er. An tu dubium habebis etiam ſanċte quũ ego iurem tibi?
Poſtremo ægio ſi parua iuriiurandoſt fides:
Viſe ad portũ.Eg.facere certũſt:tu intus cura quod opuſt
Sume:poſce:ꝓme:quiduis:te facio cellarium:
Nam hercle niſi tu manticulatus probe hæc fuiſti:petito.
Aeternum tibi dapinato uiċtum:ſi uera autumas.
Er. Vnde id?Eg.a me meoq; gnato.Er.ſpõden tu iſtud?Eg.ſpõdeo.
Er. At ego tuũ aduenisse tibi filium reſpondeo.
Eg. Cura q̃ optume potes.Er.beneambula & redambula.

Ergaſilus.

Llhic hinc abiit:mihi rẽ ſũmã credidit cibariam.
Di imortales ut ego collos detruncabo tergoribus.
Q uanta pernis peſtis ueniet:quanta labes larido:

dixiſſet.Ceterum hypermeter uerſus eſt:cui ſyllaba una abundat in fine ad ſequentem uerſum a uocali incipientem retorquenda in ſcanſione. Dapinato.Et ita ſcribenda hæc quoq; diċtio eſt:non dapinabo:ut legunt præfati interpretes:contra omnem ſententiæ congruitatem.Senſus eſt.nam profeċto niſi mentitus es quæ mihi dixiſti:petito:& tu ipſe tibi dapinato:hoc eſt large & abundanter miniſtrato æternum uiċtum:Ergaſilus autem: non audiens unde eum æternum uiċtum ſibi petere:& dapinare debeat:utpote:qđ a ſene uix prægaudio ſui compote non fuerat expreſſum:ait. Vnde id.ſcilicet petam.& dapinabo mihi?Et tunc ægio reſpondens declarat:a me:meoq; gnato.Quod autem garrit Pius:alibi codicum:non depinabo:ſed donabo legitur.inſaniam propenſiorem hominis deſignat.Dapinare uerbum a dapibus factum eſt:& ſignificat opipare:& largiter cibum parare.

Dapinare

Sponden tu iſtud? cum interroga. legendum eſt. Tuum aduenisse tibi filium reſpondeo.Ita ſcribendum eſt.metri neceſſitate.& non: tuum tibi aduenisse: quia abundaret pes unus uerſui. Et iocatur in uerbis ſpondeo & reſpondeo.

Llhic hinc abiit.Eodem metri genere tetrametro ſcilicet brachicataleċtico : ſeptem pedibus inſtruċto quo & ſuperior : conſtat hæc ſcena. In qua paraſitus introducitur ſolus reliċtus : profeċto ad portum ægione ſene . qui ut paraſitus : guloſiſſimus : & famelicus : quid ſit faċturus : habita ab ægione poteſtate ſumendi : poſcendi : & promendi quicquid uoluerit : luculenter exprimit.

Abit. preteriti temporis eſt per ſyncopam prolatum uerbum:pro abiit. Collos. dicimus collum : & collus:ut ſupra in hac comœdia:& in Amphitryone diximus. Tergoribus.uidetur accipere tergoribus:pro tergis: hoc eſt dorſis. Nam ut in uocabulario noſtro diximus:Tergus-oris.Corium ſignificat.Virgil. Tergora diripiunt coſtis.Tergum autem dorſum.& ſcutum.ut ibi diximus.ac ſi intelligeret hoc loco:ſe detrũcaturum collos a dorſis animalium: ut gallinarum : caporum:anatum &c. Sumini.Sumen:ut Nonius ait a ſugendo diċtum eſt. Nam & mulieris mámam ſumen ueteres dici uoluerunt.ſignificat autem lac ſuis occiſæ denſatum ſiue ut Hermol.ait Suillam cum laċte ſuo mámam:quá abdomem ueteres uocabant.Ply.libro.xvii.Cæſarem uopiſcũ:quum cauſam apud cenſores ageret:Campos roſiæ dixiſſe:Italiæ ſumẽ eſſe:inquit Martia.Mámas ſuminis imbricemq; porci.Plynius item libro.xi.Proxima eieċticiæ eſt occiſæ uno die poſt partum.huius & ſumen optimum: ſi modo fœtus non hauſerit. Abſumedo.conſumptio.iocus eſt in nominibus.& ueluti quædam annominatio. nam ut ad pernas peſtis:ad laridum labes.ad callum calamitas:ita ad ſumen abſumedo addita eſt.Et ita habent codices utiq; non maculati fere omnes:Quo magis miror:Pium interpretem confidentiſſimum:quin potius temerarium:ſi ex uero loqui fas ſit:locum hunc exponentem Hermolaũ barbaꝗ litteraꝗ: & litteratoꝗ: facile principem & patronum inceſſere:illumq; aſſerere:hunc locum recognoſcentem legere abſumendo:id qđ penitus falſum ẽ. quum de ea diċtione nullum ab Hermolao toto Caſtigationum Plynii libro uerbum factum ſit: præterq̃ ca-

Tergus.
Sumen.
Abſumedo
Callus.
Calleo.
Callidus.

pite.li.libri.viii.ubi de sumine uerba faciens:locum hunc adducit.Et per impressorũ incuriã fortassis:loco e simplicis in dictione absumedo posita est littera e cum apice:sic est quã quidem rem:odiose potius:q̃ uere: hic gloriarum plenissimus interpres in Hermolauum insontem retorquere conatur. Quanta callo calamitas. Callus est caro durata:hoc est densior facta:uel labore:uel alia causa:in pedibus.manibus: aliaue corporis parte.ut in suis rostro.in bouis ceruice:in animalium plantis pedum:a quo fit Calleo uerbum:qđ est callum facio:& occalleo.idest callum obduco.Plautus in asinaria.qui latera côteram tua hæcique occalluere plagis. per metaphoram quoq; Callere p scire accipimus & no scere:quia sicut in corpore:lõgo labore callus fit:ita mens longa experientia habitum facit.Hor.Legitimũq; sonũ digitis callemus & aure. Inde callidus pro astuto. & callide aduerbium & calliditas. Nunc ibo ad meam præfecturam. Ita scribi debet uersus partim ex cod.antiqs: in quibus ad p̃fecturam scriptum est:non ut præfecturam: ut legunt cæci interpretes nostri. ptim metri necessitate.nam deficeret pes unus uersui:nisi meam adiicias. quin etiam sensus concinnitas dictionem meam requirit: quum supra ægio dixerit ipsi parasito:te facio cellarium.Inquit ergo se iturum ad præfecturam suam.tanquã ad magistratũ: & officium sibi collatum exercendum.

Ius. Et ius dicam larido.Ius plura significare ostendimus in uocabulario nostro.nam ut iurisconsultis placet:id significat:qđ rectum: semperq; bonũ: & æquum est: & pro necessitudine ponitur:ut est mihi cum illo ius cognationis uel amicitiæ.Et pro loco in quo ius redditur:appellatione collata ab eo qđ fit in id:in quo fit:ut ambula in ius.Et ius dicitur autoritas siue libertas aut licentia.Cicero.Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poetas. Idem pro meo iure dico: quasi confidenter. Aliquando iure pro merito ponitur.Quintil.Quis eum non id meruisse:quis non iure passum affirmet. Quoniam autem ius proprie est unicuiq; qđ suum est reddere:In cuius obseruatione omnes lites:ac discordiæ ueluti componuntur:& cõdiuntur:hinc per metaphoram quandam ius accipitur etiam pro liquore eorum quæ coquuntur & ad coquinariam pertinet:quia illo similiter condiantur & componantur esculenta:a quo iurulentum dicimus iuris plenum. Ply.Ius decoctæ cum posca pernionibus prodest.Plautus in mostellaria.quasi quum una multa iura confundit coquus. Ius dicam larido. uidetur quidem polliceri se ius & iusticiam larido ministraturum. ac si iniuria affectum esset: sed reuera significat: se decocturum laridum: hoc est salitam carnem in iure: & iurulentum illud facturum. Et quæ pendent indẽnatæ. iocatur similiter in hoc inquiens: se laturum auxilium pernis: quæ indẽnatæ:hoc est nullo iudicis decreto dãnatæ pendent & suspensæ fumo:uel alibi:sic tanquã in patibulo cruciantur.nihil enim absurdius dici solet:q̃ ut quis indẽnatus plectatur: Quum ergo se illis auxilium laturum pollicetur:id significat:uelle eas deponere:& auferre ab eo loco ubi suspensæ sunt: ut coquantur ac deuorentur. Auxilium feram. non auxilium ut feram.abundat enim:ut:etiam ex codicibus antiquis:in quibus non est ascriptum. & sententiæ congruitate.

Quanta sumini absumedo:quanta callo calamitas.
Quanta laniis lassitudo:quanta porcinariis.
Nam si alia memorẽ quæ ad uentris uictũ conducunt:morast.
Nunc ibo ad meam præfecturam: & ius dicam larido.
Et quæ pendent indemnatæ pernis auxilium feram.

Egionis puer.

Diespiter te diq; ergasile perdant:& uentrem tuum.
Parasitosq; omnis: & qui posthac cœnã parasitis dabit.
Clades calamitas.quæ intẽperies modo in nostrã aduenit domũ:
Quasi lupus esuriens:ut metui ne in me faceret impetum.

Diespiter te diq; ergasile perdant. Versus huius scenæ tetrameter est acatalecticus: octo pedibus constans.In hac autem scena introducitur.ægionis puer:cui forte peni cura demandata erat: Conquerens de subuersione totius peni ab Ergasilo parasito facta:modũq; deturbationis carnarii quo usus est exprimens.seq; ad conueniendum senem parans:cui omnia patefaciat: quẽq; ad ornandum sibi aliud penum hortetur.

Diespiter. Diespiter.Iuppiter quasi diei pater. Hor.Sæpe diespiter neglectus incesto addidit integrum.Idem:Nanq; diespiter igni corusco nubila diuidens:plærũq; per purum tonantis egit equos uolucrẽq; currum.

Lucecius. Seruius libro.ix.æñ. Sane lingua osca lucetius est iuppiter dictus a luce quã præstare hominibus dicitur.ipse est enim nostra lingua Diespiter:idest diei pater.

Clades. Clades.ruina:confractio:dissipatio.a græco κλαλαειν:qđ est amputo:frango.unde κλασμα fragmentum & confractio appellatur.Quidam cladem a cadendo dictam uolunt:quasi cadem.quidam a calamis:quasi calamidẽ hoc est calamitatem.

Calamitas. Calamitas.iactura.dãnum.Dicitur proprie calamitas a rusticis grando:q calamũ:hoc est culmũ segetem ue cõminuat.Teren.Sed ecca ipsa egreditur nostri fundi calamitas ponitur tamen pro miseria atq; erumna.Vnde calamitosum dicimus malis & calamitatibus p̃grauatum.Cicero.Et honoris amplissimi puto esse:& accusare improbos:& miseros calamitososq; defendere.

Vt Frendere. Vt metui addenda fuit dictio ut:metri necessitate:& admirantis:uel obstupescentis est: & pro q̃

exponendum·ut sit: q̃ metui:ne in me faceret impetum. Ita frendebat dentibus·frendere est frangere:ut Fe Frendere.
stus ait. Vnde & fabam fressam dicimus mola leuiter fractam. Inter fremere & frendere id differre inquit Noñ. Fressa faba
Quod fremere est magnum sonare. Virgil. Fluctibus & fremitu assurgens benace marino. frendere autem cum Fremere.
gemitu uel iracundia miserum aut minax. Virgil. iii. æne. Luminis effossi fluuidum lauit inde cruorem dentibus
infrendens. Adueniens modo. nisi addatur dictio modo: uersus uno pede mancus esset: ideo addendum cu
rauimus. Carnarium. locum ubi carnes seruantur: sicut armarium: ubi arma: pomarium ubi poma. Carna- Carnariũ.

Nimisq̃ hercle ego illum male formidabã. ita frẽdebat dẽtibus.
Adueniens modo deturbauit totum cum carne carnarium.
Arripuit gladium: prætruncauit tribus tergoribus glandia.
Calices phialasq̃ omnis confregit: nisi quæ modiales erant.

rius etiam martiali dicitur is: qui carnosæ puellæ cupidus ẽ. Carnaritus ĩquit sum pinguiarius non sum.

Glandia. sunt glandia carnes in duriciẽ & figuram glãdis callosæ: quæ ex gutture suis detrahuntur. uel etiã ex ceruice: ut Columella libro. viii. innuit cap. ix. de suibus Glandia.
loquens: amplæ inquit & glandulosæ ceruicis: róstris breuibus: & resupinis. Ply. libro. xxxvi. Extant censoriæ
leges: glandia in cœnis: gliresq̃ & alia dictu minora apponi uetantes. Glandia huiusmodi porcina Glandulæ
quoq̃ uocantur. Martia. Ter poscit apri glandulas: quater lumbum. Apicius item glandulas porcellinas inquit. Glandulæ.
Et Ply. Glaudulas ait in sue esse: quæ in homine sunt tonsillæ. Verum qđ Pius effutit: ac somniat dicens. Inferius
Glandionica suilla uocabit: miram sapit hominis inscitiam & fatuitatem: ut in Menæhmis dicemus. Is enim lo-
cus est: quem nunc memorat. Vbi non glandionica suilla: legendum est: quod quidem nusquã uisum auditum
ue fuit: sed glandulam suillam: ex codicibus antiquis: & metri necessitate: rectoq̃ romanæ linguæ eloquio.

Calices. Mendum omnino duobus hisce uersibus subesse censemus: temporum: aut legentium incuria or-
tum. nam & in hoc: non satis seruatus latinitatis decor apparet: si legas: aulas calicesq̃ omnis confregit: nisi quæ
modiales erant: quum potius qui legendum fuisset: præterq̃: q̃ confusio quoq̃ illa inepta uidetur aularum: quæ
ad coquinariam pertinent cum calicibus: qui ad uinum: Et sequẽs truncus: mutilusq̃ est: uno deficiens pede: se-
ptem enim tantum constat: quum octo requirat: nec dictio seri in eo inserta satis intelligitur: quid sibi uelit: unde
non mirum: si in illis exponendis: & Sarracenus nihil ferme dixit: & Pius noster paulo audacior uana interim de
more suo profudit. Is nanq̃ præterita primi difficultate sicco pede: Sini male se legi: q̃ seri: in secundo dixit: Sinus
enim inquiens uas uinarium est: de quo Maro in bucco. Sinum lactis & hæc tibi liba &c. Tum obiter se emacu- Sinus.
laturum professus epigrãmatici carmen ex libro octauo: hi duo longeuo censentur nestore fundi: Corrige in-
quit sini. Fundos pro pedibus & colũnis uas ipsum fulcientibus interpretatur Domitius perperam: quod rear: si
quidem fundum dicatur in eo significatu: non fundus: & si Plauto fundamentum dicatur fundus: sed non est
in usu. Dicitur tamen & hoc Sinum neutro genere. & significatur uas. Varro. Vbi erat uinum in mensa positum:
aut galeola: aut sinum. Quod si apud Martia. Fundi malles: pro tessellis & quadris argenteis intelligendum est.
hæc ille. Quo uerborum delirio: tam inconstans: tam indoctus: tam insanus apparet: ut a nullo superari posse exi
stimetur. primum enim: cur sini potius legendum putet somniabundus hic interpres? an quia uersum mutilum:
sic integrum restituturus sit? minime quidem. nihilo minus enim pedem unum sit desideraturus. An uero: quia Sinum.
Sinũ uas sit uinariũ grãdius: ut Varro inqt: nec ipse Pius inficiatur: qđ coqui ad ignẽ ponere sint cõsueti: ut refer
uescat? Nec id pfecto. nã uasa uinaria igni admoueri non solent: neq̃ eorum cura ad coquos pertinebat. Itaq̃ &
Pius ipse tacitus præterire Scopulum: & Charybdim hanc melius potuisset: ut Sarracenus itidem: q̃ affanias pro-
ferre. Sed quod de epigrãmatici carmine inaniter profundit: nonne uel pueris iam omnibus notum est? Et ipse
tandem fatetur: mente alienatum se nugari: quum tandem fundi legi posse concedit: qui pauloante dixerat:
Obiter emaculandum est epigrãmatici carmen: & corrige sini? Si fundi legi posse fateris: quid igitur emaculas?
quid corrigis? atq̃ utinam non tu ipse macules: & corrumpas. Quod quidem grauiter facis: Si & Georgium ale-
xandrinum in Domitium super hoc diligenter inspicias: ex sententia Eustachii super Homerum poculum Ne-
storis describentem: Et præceptorem tuum Philippum beroaldum illius uestigia secutum in Neronis uita. Nam
quod Plauto fundamẽtum dicatur fũdus: tam a uero dissentit: q̃ inscite: & amẽter ita exponere conatus es supra-
cum poetæ uersum. Tu quidem haud fundum mihi: ut ibi notauimus. Nunc in cõmunem rem litterariam dice
mus: quo reconcinnari possint modo duo hi Plautini uersus ut & suis constent pedibus: & sententiam contine-
ant non aspernabilem: doctorum tam iudicio: nostram hanc reconcinnationem subiicientes. Dicimus itaq̃: pri-
mum uersum: sic iudicio nostro corrigendum. Calices phialasq̃ omni: confregit. pro aulas utiq̃ phialas sup
ponentes: quum similitudine litterarum fere parum differant hæ duæ dictiones: & facili lapsu temporum incu-
ria: scriptorumq̃ negligentia: is error emanare potuerit: earumq̃ dictionum fieri transpositio. Et sensus erit: Erga
silum confregisse Calices: phialesq̃ omnis: nisi quæ modiales: idest uentriosæ & capacissimæ essent: modiumq̃
continerent: per hyperbolen utiq̃ dictum ab hoc puero: parasitum admodum infensum habente. Est autem

Calix. Calix uas pôtorium rôtunda specie: ut apud græcos legitur in magno etymologico: κυλιξ enim ab illis dicitur: quasi κυκλιξ. quia sit: ut diximus: specie rotunda. uel a uerbo χυω: qd' est fundo Macrobius quoq; calicem a uocabulo græco κυλιξ per mutationem unius litteræ ductum putat. Varro tamen a calido uocatum calicem **Scyphus.** scribit q' calida eo haurire solebant. Idem sentit & Festus. Scyphusq; idem fere esse uidetur (quanq̃ Macrobius Scyphum poculum herculis esse dicat: ita: ut liberi patris Cantarus ut diximus in asinaria. Nam quod Suetonius in Nerone ait: illum nunciata exercituum defectione: duos Scyphos gratissimi usus: quos Homericos: a celatuta carminum Homeri uocabat solo illisisse: Ply. ultimo nahi. Nero inquit amissarum rerum nuncio accepto: duos calices crystallinos. in suprema ira fregit illisos. hæc fuit ratio seculum suum punientis: ne quis alius ex iis bi**Phiala.**beret. Phiala autem: ut inquit Iulius pollux in libro quem de uocabulis rerum scripsit ad cômodum cæs. uasa quæq; designat: uini aut aquæ capacia: quibus in mensa utimur. Et ut in magno legitur etymologico: α πιω uerbo quod est bibo: fit per mutationem. π. in. φ. quasi πιαλη τισ ουσα: quia potum multum exhibeat: ex quo capacem esse apparet: & per i scribi debere. non per y: quia ab υαλοσ. deducatur: quod uitrum significat: & uitreum uas designet: ut quidam putarunt. nam id falsum est: ut uel illo Iuuenalis uersu apparet: uitro tenet phialas. tibi non committitur aurum: quo patet: aureas phialas fuisse.

Coquum percontabatur: possent ne seri aulæ referuescere.
Cellas refregit omnis intus: reclusitq; armarium.
Adseruate istunc sultis serui. ego ibo ut conueniam senẽ.
Dicam ut sibi penum aliud ornet: siquidem sese uti uolet.
Nam in hoc hic qdẽ ut adornat: aut iã nihil est: aut iã nihil erit.

Sequentem uero ita uersum redintegrasse uidemur: si scribatur. Coquum percontabatur: possent ne seri aulæ referuescere. addita uidelicet dictione aulæ. ut sit sensus. Rogabat coquum iste impurus & uorax parasitus: an aulæ seri: idest ollæ: in quibus serum: hoc est aqua lactis seruabatur: possent iterum feruescere & calefieri. quo sero: ut opinamur mulsum faciebant: uel pro mulso utebantur. Id certissimum: aquam illam lactis ad multa utilissimam. Virgil. in georgicis. Acremq; molossum pasce sero pingui: quod a poeta diligenter dictum uideri potest: ut Edacem: & ueluti molossicum parasitum: cibum molossorum proprium affectasse declaret: quia cætera sibi non uiderentur satisfactura: nisi uentrem prorsus ut Canes molossi: sero pingui adimpleuisset. Aut certe non seri: sed seui legatur. ut sit sensus. rogabat coquum: an aulæ in quibus seuum: hoc est pinguedo animalium: coctum fuerat: possent iterum feruescere: idest: an in eis tantum pinguedinis relictum esset: ut aliquid in illa coqui & condiri adhuc posset. qui intellectus fortassis non improbior fuerit. De **Penum.** Seuo diximus superius in hac ipsa comœdia. Penum aliud ornet. Diximus quoque: quid sit penus: & uarium nominis inclinationem. hinc exemplum sumi potest eius quod ibi dictum est: declinari scilicet etiam hoc penum peni. Nam in hoc: hic quidem ut adornat. addenda fuerunt duo illa uerba in hoc: metri necessitate. & sententiæ concinnitate. Hic quidem ut adornat. idest queadmodum hic parasitus agere cœpit. Sensus est. nam in hoc peno aut iam: idest in hanc horam: & in hoc temporis momentum nihil est: aut iam. idest paulopost nihil erit: ut quidem hic adornat: idest iuxta acta & opera huius: qui scilicet iam detruncauerat ter**Iam.**goribus glandia: fregerat calices & phialas &c. Iam aduerbium temporis est uariis sensibus accommodum. Capitur enim aliquando pro nunc: hoc est pro præsenti tempore. Virgil. Iam pater æneas & iam troiana iuuentus conueniunt. Idem iamq; dies infanda aderat. Et aliquando pro paulopost. Idem iam mare turbari uentis & turbine cælum aspicies. Interdum pro pauloante hoc est pro præterito tempore. Ouidius. Iamq; deus posita fallacis imagine tauri se confessus erat. Et est tarditatis signum. Terentius in andria. Vt redeat iam in uiam. idest iam tandem. & festinationis. Idem in adelphis. Ego iam prospicio mihi. Et pro modo quod est alternantis signum. Virgil. Iamq; hos cursu: iam præterit illos. Et pro tunc. Quintil. q' si satis prudenter ea uiderint: iam **Iam uero.** prope consumata fuerit præcipientis opera. Et pro præterea. Virgil. Iam maris immensi prolem: & genus omne natantum: Iam uarias pelagi uolucres. Idem significat iamuero. Geminatum autem iamiam pro nunc ponitur. Virgil. Iamiamq; manu tenet. Et pro mox: uel repente. ut iamiam aderit. Et indignantis est. Idem. Iam**Iamiam.** iam nec maxima iuno: Nec saturnius hæc oculis pater aspicit æquis: & exhortantis Quintil. Iamiam commilito quicunq; casus manet: etiam si imperator damnaturus est: habes solatium. satius est: q̃ a patre occidi. Sallustius. Iamiam animo meo carissime frater: quanq̃ tibi immaturo: & unde minime decuit uita erepta est: ta**Iãdudum.**men lætandum magis: q̃ dolendum puto casum tuum. A iam componiturq; iamdudum: quod significat. quãprimum. Virgil. in georgicis. Et iamdudum incumbere rastris. Idem primo æne. Iamdudum erumpere nubem ardebant. Idem scdo æn. Iamdudum sumite pœnas. Et aliquando temporis est præteriti. Idem quarto æne. At regina graui iamdudum saucia cura.



Oui diisq; ago gratias. Tetrametro brachicatalectico metro constat hæc scena: una cum ceteris sequentibus usq; ad finem comoediæ: septem pedibus circũscripto. In hac continetur gaudium & lætitia ægionis: quam cæpit ubi ad portum profectus philopolemum filium compit cum philocrate ex aulide reuectum: qui & Stalagmum seruum fugitiuum secum adduxerant: a quo alter minor senis filius olim fuerat abductus. & successiue continentur in scena hac: uerba inuicem ab ipsis omnibus prolata. Ioui. uerba sunt ægionis ad philopolemum filium primum. deinde ad philocratem: ago inquit gratias Ioui & cæteris diis: qui te reducere fecerunt: mihi patri tuo te reddentes: meque multis miseriis & doloribus eximentes: q. bus dum te carui afflictabar. Ex miseriis. ita scribendum potius est: sententiæ concinitate: & non: & miseriis. & codices antiqui ex habent: non et. Quæ adhuc. ad sensum respexit: non ad uerba. per synthesim. ita quæ: & non quas diceus: ut scelus ille: apud Teren. Quumq; hũc conspicio. Stalagmũ scilicet seruum: per quem sperabat in noticiam aliquam alterius filii abducti ab illo puenire. Quũq; hæc reperta est fides firma nobis. quia philocrates fidem seruauerat: in reducendo philopolemo. Sunt enim hæc uerba ad philocratem directa. Satis iam dolui. Respondet philopolemus filius primũ ad quem & prima senis uerba diriguntur. deinde philocrates. Dolui inquit satis o pater: & cura ac lachrymis satis me maceraui. Hoc. idest propter hoc: & propter miserias & tristicias tuas: quas mihi ad portum iam memorauisti. Nunc autem hoc agamus. i. ad hoc intendamus: & uolebat philopolemus ulterius loqui: & beneficia sibi a philocrate collata commemorare: ut illi munere aliquo congruo gratia redderetur. Sed philocrates ipse: interpellando loqui coepit. prouerbium est: hoc agamus: tractum de more sacrificantiũ: qui populum astantem admonebant: ut hoc ageret: idest huic tantum solemni uacaret. Sic & uictimatores uictimam percussuri dicebant: agon? hoc est: ago ne? unde Ouidius in fastis: Semper agat ne rogat: nec nisi iussus agit. Et Lactantius Statii interpres illos agones nuncupat. Iam satis audiui tuas. ita scribi metri necessitas postulat. non satis iam audiui. quia claudicaret uersus. Quas tu memorauisti mihi. non: mihi quas memorauisti. eadem ratione metri. Quid nunc. philocratis hic præponenda fuit persona: qui ut diximus interpellat: & non sinit philopolemum prosequi quod coeperat. & ita habent antiqui codices. Perinde ut. i. tam: q̃. uel adeo. Et dii potestatem eam dabunt. non eam potestatem: quia abundaret uersus. Muneres. reddas. Dicimus Munero: & Muneror: ut pleraque alia uerba. Illum seruum. tyndarum scilicet. Pro benefactis eius pro meritis eius. Nolim succensere. i. irasci.

Hoc agamus.

Egio. Philocrates. Philopolemus.

Eg. IOui diisq; ago gratias merito magnas: quũ te reducem
Tuo patri reddiderunt. quũq; ex miseriis plurimis
Me exemerunt: quæ adhuc te carens dum hic fui sustentabam.
Quumq; hunc conspicio in potestate nostra. quumq; hæc reperta est fides
Firma nobis. Philop. satis iam dolui ex aio. & cura me satis
Et lachrymis maceraui hoc. iam satis audiui tuas
Erumnas ad portum: quas tu memorauisti mihi.
Hoc agamus. Philoc. quid nũc? quoniam tecũ seruaui fidem:
Tibiq; hũc reducem in libertatem feci? Eg. fecisti ut tibi
Philocrates nunq̃ referre gratiam possim satis:
Perinde ut tu promeritus de me & filio. Philop. imo potes
Pater: & poteris: & ego potero: & di potestatem eam dabunt:
Vt beneficium benemerenti nostro merito muneres:
Sicut tu huic potes pater mi facere merito maxime.
Eg. Q uid opus uerbis? lingua nulla ẽ: qua negẽ quicquid roges.
Philop. Postulo abs te: ut mihi illũ reddas seruom: quẽ hic reliqueram
Pignus ꝓ me: qui mihi melior q̃ sibi semper fuit:
Pro benefactis eius uti pretium possim reddere.
Eg. Q uod benefecisti referẽ gratia. id quod postulas:
Et id & aliud quod me orabis impetrabis. atq; te
Nolim succensere: quod ego iratus ei feci male.

At ego faciam. quia dixerat. credin pudeat quum autumes: respondet ægio. at ego faciam ut te pudeat: etiã si nullum habeas pudorem. nam flagris te totum in ruborem dabo: alludens ad illud: q̃ quos pudet rubor occupare solet: iuxta illud. Erubuit: Salua res est. Autumes. dicas. de quo uerbo: & in amphitryone diximus: & in mostellaria dicemus. Eia credo ego. perstat improbus seruus in contẽnendo quicquid sibi minitari herus possit. Imperito. plagarum & uerberum. s. Quid fers. quid intendis. quid cupis. iuxta illud ouidii. In noua fert animus mutatas dicere formas. alias ferre multa significat ut in nostro uocabulario duobus uersibus comp-

Eg. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te totum dabo.
St. Eia credo ego imperito plagas minitaris mihi:
Tandem ista aufer: dic quid fers: ut feras hinc quod petis.
Eg. Facundus satis: sed fieri dictis cõpendium uolo.
St. Vt uis fiat. Eg. bene morigerus puer. nunc non decet.
Hoc agamus. iam animaduorte. hæc mihi quæ dicam edissere.
Si eris uerax: tuas res feceris meliusculas.
Sta. Nugæ isthæc sunt. nõ me censes scire qui dignus siem?
Eg. At ea subterfugere potis es pauca: si non omnia.
Pauca effugiam scio: nam multa euenient & merito meo:
Sta. Quia & fugi: & tibi subripui filium: & eum uendidi.
Eg. Cui homini? Sta. theodoromedi in aulide polyplusio.
Sex minis. Eg. proh di ĩmortales. is quidem huius est pater
Philocratis. Sta. quin melius noui: q̃ te: & uidi sæpius.
Eg. Serua iuppiter supreme & me & meum gnatum mihi.
Philocrates per tuum genium obsecro exi: te uolo.

Philocrates. Egio. Stalagmus.

Ph. EGio adsum: siquid me uis impera. Eg. hic gnatũ meum
Tuo patri ait uendidisse sex minis in aulide.

hẽdimus. hoc est portare. ostẽtare. dare. cõferere. offerre. dicere. habere. pati. ducere. disturbare. extollere. ut ibi multis autoritatibus comprobauimus: ex Nouii quoq; sententia. Ferre.

Facundus satis. ægionis ad seruum uerba. & ita scribendum est. metri necessitate. non. Satis facundus. quia abundaret uersus. Sed fieri dictis compẽdiũ uolo. delenda fuit dictio iã: quæ post sed: hic perperam: & contra metri rationẽ ascripta erat. Compendiũ autem breuitatem significat. de quo uocabulo in asinaria diximus. Bene morigerus puer. tollenda dictio fuit: hic abundanter iniecta ante dictionem puer. metri ratione: & sententiæ cõcinnitate. id quod Pius iterpres frigidus non uidit: neq; intellexit legens: bene morigerus fuit puer: existimans uidelicet referri ad pægnium puerum senis quadrimum: quẽ seruus ille abduxerat: ac si hunc interrogaret: an pægnium fuerit bene morigerus & obediens ei. sed fallitur multum. Sensus enim hic est a sene in seruum istum nequã prolatus: non sine turpi intellectu: & obscenæ patientiæ nota. ut & supra in Asinaria. Asta igitur: ut consuetus es puer olim: & in hac ipsa comœdia paulo supra Consuetus puer. quia enim dixit hic seruus. ut uis fiat: quæ uerba a cinædis proferri solebant: quũ ut astarent rogarentur: respondet ægio. bene morigerus puer. & supplendum fuisti: non ascribendum. Nunc non decet. Non decet inquit nũc. idest frustra offers qđ neq; te pstare: neq; me accipere nunc per ætatem licet: quum flos ille iuuentutis deciderit. Tuas res feceris meliusculas. ita scribendus est uersus. sensus integritate: & sermonis latini puritate: ut etiam superius. rem tuam facies ex mala meliusculam. & nõ rebus tuis feceris meliusculas: ut legit Pius perq̃ ruditer. Qui dignius siem. i. quo supplicio sim dignus. At ea subterfugere. uult senex ei persuadere: si possit: ut uerum fateatur: quo saltem pauca ex malis sibi euenturis fugiat: si non omnia. Pauca effugiam scio. hic uersus hoc loco scribi debet: qui per incuriam scriptorum semotus ab ordine: & ad tertium subsequentem locum fuerat immissus scribendumq; effugiam. non efficiam. neq; per parenthesim legendus est: ut Sarracenus ait. loquitur Stalagmus: & absq; ulla alia ægionis interrogatione scelus suum perpetratum fatetur: in fugiendo & abducendo puerum: ac illum uendendo: qui quum dixisset: & eum uendidi: ægio statim: absq; alia cogitatione: tanq̃ pater filiorum amans inquit. Cui homini. s. uendidisti? cœpit enim sperare illum adhuc recuperare posse. Proh dii immortales. admiratione plenus: & dubia spe anxius senex hæc inquit. Quin melius. Stalagmi uerba sunt confirmantis illum patrem esse philocratis.

EGio ad sum: siquid me uis impera. Versu non dissimili a superioribus duabus scenis Catastrophe iam totius fabule continetur: nam ægio filium alterum suum: quem compeditum seruabat in lapicidinis agnoscit: fiuntq; omnia tranquilla. Tuo patri ait uendidisse. non se uendidisse. abundat enim se: nisi mnis pro minis scribas. sed absq; ea dictione sensus quoq; quadrat.

Annus.

Hic annus. Annus uarius fuit apud antiquos. Alius enim lunaris dictus est: qui triginta dierum esset: ad cursum lunæ relatus. Alius Solsticialis: siue solaris: qui duodecim contineret menses: a sole uidelicet: qui eo tempore cursum suum peragit: dum ad id signum se denuo uertit ex quo digressus est. Vnde & annus uertēs uocatur: & magnus quoq; comparatione lunaris: qui breuis sit. Alius autem magnus annus dicitur: quem esse uoluerūt: omnibus planetis in eundem recurrentibus locum. Et hoc fit secūdū Ciceronis hortensium: post annorum .xii. milia: nōgentos quinquagintaquattuor solsticiales. Diciturq; annus: q̄ in se redeat: ut annulus: iuxta illud Virgilii: atq; in se sua per uestigia uoluitur annus: quēadmodū & græci illū ἐνιαυτὸν uocant. Atteius capito: ut refert Macrobius: Annum a circuitu temporis putat dictum. quia ueteres. am. pro circum ponere solebant: ut cato in originibus oratorū: am terminum dixit: idest circum terminū: & ambire p circūire. hæc pauca de anno: ex Seruio. Macrobio: & Festo. De quo plura Cornelius uitellius in eo libello: quē ad nos scripsit: de die mēse & anno. es diuersis autoribus collecta notauit. Tuus peculiarem pater. non: tuus pater peculiarem: quia pes unus uersui abundaret. Quod erat nomen ei? similiter & hoc ita scribi uersus ratio postulat: nō: quod erat ei nomen. quia abundaret item pes unus.

Ph. Quādiu id factū est? St. hic annus incipit uicesimus.
Ph. Falsa memorat. St. aut ego: aut tu. nam tibi quadrimulum
Tuus peculiarem pater paruulum puero dedit.
Ph. Quod erat nomen ei? si uera dicis memora dum mihi.
St. Pægnium uocitatus est: post uos indidistis tyndaro.
Ph. Cur ego te non noui? St. quia mos obliuisci hominibus.
Neq; nouisse: cuius nihili sit faciunda gratia.
Ph. Dic mihi. is ne isthic fuit: quem uendidisti meo patri:
Qui mihi peculiaris datus est: huius filius?
Eg. Viuit ne is homo? St. argentum accæpi. nil curaui cæterum.
Eg. Quid tu ais? Ph. quin isthic ipsus tyndarus est tuus filius
Vt quidē hic argumenta loquitur: nam is mecum a puero puer
Bene pudiceq; educatus est: usq; ad adolescentiam.
Eg. Et miser & fortunatus sum: si uera dicitis.
Eo sum miser quia male illi feci si gnatus meust.
Heheu quū ego plus minusq; feci illi q̄ æquom fuit.
Quod malefeci crucior: modo si infectū fieri possiet.
Sed eccū incedit huc ornatus audax suis uiribus.

Pægnium

Obliuiscimur eius facile: cuius gratiā negligimus.

Pægnium. παίγνιον ludum significat apud græcos: & παιγνία festum erat quod proserpinæ celebrabatur. a uerbo παίζειν: quod est ludo: ut Suidas ait. Et quia proprium puerorum est ludus: ideo non indecenter fictum pueri quadrimi nomen hoc a poeta est. Vos indidistis tyndaro. subaudi nomen: ut sit: uos indidistis ei nomen Tyndaro. de poetæ consuetudine: ut mihi est nomen menæhmo. & huic facio nomen ilio. Quia mos obliuisti. subaudiendum est. non ascribendum. quia uersus ratio nō patitur. Sententia est generalis & notanda. q̄ cuius gratiam negligimus: eius facile obliuiscimur. Is ne isthic fuit. ordo est. Is ne isthic fuit huius filius: quem uendidisti meo patri: qui mihi peculiaris datus est? Nil curaui cæterum. nil scribi cogit metri necessitas. non nihil: quia abundaret uersus. Quid tu ais. ægio ad philocratem loquitur. Quin isthic ipsus tyndarus est. nisi ipsus adiicias: quam utiq; dictionem & codices antiqui habent: uersui pes unus deficiat. Et miser: & fortunatus sum: si uera dicitis. ita scribi debet hic uersus: & metri necessitate: & sententiæ concinnitate: quod non uiderunt Pius & Sarracenus interpretes: mutilum interim uersum legentes. Eo sum miser. non: eo miser sum. eadem metri ratione. Aduertendumq; est: quum duo dixerit: hoc est. & miser: & fortunatus sum: rationem miseriæ tantum subiecisse: quare autem fortunatus non dixisse: sed tantum signa doloris ostendisse. quia illum in lapicidinis cruciasset. in quo paternus affectus ostenditur: qui filios nunq̄ male affici libenter patiuntur: etiam si ipsi illi sint: qui illos torqueant. Sub intelligi autem facile potuit: cur fortunatus: quia scilicet natum repperisset. Heheu quum ego plus minusq; feci illi. heheu scribi: & dictionem illi addi: metri necessitas cogit. nam aliter uersus claudicaret. plus aūt mali intellige minusq; boni. Sed eccum incedit. Ducebatur interim Tyndarus ex lapicidinis compeditus: & catenis uinctus. Ideo dicit: audax suis uiribus: per iocum innuens: neq; audacem esse posse: neq; uires ullas ostendere: quum ita ferreis uinculis astrictus esset.

Vidi ego multa. Eodem metri genere: Scena hæc ultima constat. in qua Tyndarus ex lapicidinis tractus loquitur: quæ ibi mala sit perpessus. Quæ sub acheronte fierent cruciamenta. Ita scribendum omnino

censuimus & metri necessitate: & sententiæ integritate. quin & latini sermonis puritate & nón: quæ acheron-
ti fierent: ut legunt indoctissimi interpretes Pius & Sarracenus. Sub acheronte. apud inferos. Acheron enim
fluuius inferorum est dictus ab a priuatiua particula: & χαίρων gaudens: quia sit sine gaudio: ut etiam in
mostellaria dicemus. Seruius scribit Acherontem locum esse non longe a baiis: undiq; montibus septum: Acheron.
adeo ut nec orientem nec occidentem solem possit aspicere: sed tantum meridiem. q autem ignibus plenum
fingunt: ratio est: quia omnia uicina huic loca scatent aquis calidis ac sulphuratis. Sine gaudio: q hydroman-
tiam siue sciomantiam: hoc est diuinationem quæ fit aqua uel umbra: ibi maxime exercere solebant: quod sine hominis nece non poterat fieri: iccirco æneas illic occiso Miseno sacra impleuit: ulysses uero occiso elpenore. Virgili. Quando hic inferni ianua regis dicitur: & tenebrosa palus acheronte refuso.

Tyndarus. Egio. Philocrates. Stalagmus.

Ti. Vidi ego multa sæpe picta quæ sub acheronte fierent
Cruciamēta: uerū enimuero nullus adæq; est acherons:
Atq; ubi ego fui in lapicidinis: illic ibi demūst locus:
Vbi labore lassitudo omnis est exigunda ex corpore.
Nam ubi illo adueni: quasi patriciis pueris monedulæ
Aut anates: aut coturnices dantur: quiscum lusitent:
Itidem hunc mihi aduenięti upupa quæ me delectet datast.
Sed herus eccum ante hostium: & herus alter eccum ex aulide
Redit. Eg. salue exoptate gnate mi. T. hem quid gnate mi?
Atat scio cur te patrem adsimules esse: & me filium.
Qui mihi item ut parentes lucis das tuendæ copiam.
Ph. Salue tyndare. T. & tu quoius causa hanc erumnam exigo.
Ph. At nunc liber in diuitias faxo uenies. nam tibi

Inquit igitur Tyndarus uidisse se pluries picta multa cruciamenta quæ fierent apud inferos: ut puta tityi: cuius iecur uultur dilacerat: Sisyphi qui saxū fertq; refertq;. Ixionis: q rotæ alligatus uersatur &c. uerum nullum acherontē inueniri posse adeo erūnosum: ut ille est: in quo ipse fuit. & lapicidinas designat: in quibus fuerat exercitus
aliquot dies Dicimus Acheron & acherons: ut in amphitryone diximus. Et scribēdū: nullus adæq; est acherons:
nō nulla: ut inepte legunt Pius & Sarracenus interpretes retusi. contra metri rationem. & rectam latinitatē. Nam
acheron masculini est. non fœminini generis: ut in proximo superiore exemplo: acheronte refuso. Lassi-
tudo omnis est. non: est omnis: quia abundaret uersui pes unus. Exigunda. extorquenda: diximus pau-
lo supra: quid sit exigere. Monedulæ. delenda est dictio aut: quæ huic perperam & abundanter præposi- Monedula
ta erat: contra metri rationem. Monedula auis est nigra: ex graculorum genere: immo graculus quoq; dicta. Graculus.
cornici similis: nisi q longe minor est. Graculi nomen est a sono uocis: uel q Gregatim uolet: ut placet Var-
roni siue ut alii putant: a gerendo. q iacta segetum semina gerant uel q ex oliuetis cubitum se recipientes: du-
as pedibus baccas: tertiam ore gerant. Tacculam uulgus ait: per antiphrasim ut putamus: quia minime taceat.
huic soli aui furacitas auri atq; argenti mira est: propterea & Monedulæ nomine appellatur: quasi Monetula:
a furandis monetis: Vnde Cicero. Non plus aurum tibi q̄ monedulæ (inquit) committendum est. Sunt qui Gra Gracilis.
culos a gracilitate dictos putent: propter paruitatem. nam gracilem tenuem dicimus. Hora. Quis multa gra-
cilis te puer in rosa. Aut anates. aues ex aquaticorum genere. de quibus in asinaria diximus. Aut cotur-
nices. aues itidem sunt: perdicibus minores: quas uulgo qualeas dicimus: de quibus itidem in asinaria satis
dictum est. Quiscum. idest cum quibus. Lusitent. ludant. a uerbo lusito. as. Itidem huc mihi adue
nienti. non mihi huc aduenienti: quia abundaret uersus. Vpupa. Auis est admodum pulchra: sed immun- Vpupa.
da: ut quæ sibi nidum ex hominum stercore constituit: ut Aristoteles autor est in libro de historia animalium:
qui & hos Aeschyli poetæ ex Tragœdia de upupis: quæ non extat: uersus scriptos reliquit. Quin & sui spectan-
tem affert Epopem mali: Colore pingens eius speciem multimodo: Saxicolam: atque improbum arma gestan-
tem militem. Adultum infantemq; uaria forma refert: Nam uere candicans ubi diu fuit nouo: Aestate tum
deinde ubi recanduit seges: Alas repente maculis guttatas mouet: uagatur eadem semper fastidiens loca: De-
serta quærens nemora: atque in uias rupes. Quod autem ait arma gestantem militem: militarem cristam signi-
ficat: quam in capite gerit: insignem utiq;: & uisendam: quam contrahit surrigitq; per capitis longitudinem.
Ad huius igitur auis similitudinem: maleum describit: qui sibi in lapicidinas coniecto statim in manibus da- Epops.
tus est. Nam ea auis rostro adunco & retuso: & crista pone insurgente: malei formam imitatur. Epops autem
a græcis dicitur. Sed herus. dum hæc loqueretur secum Tyndarus uidit ægionem ante ostium stantem: &
cum eo philocratem ex aulide reuersum. Hanc erumnam exigo. ago. Ita exponit Non. hunc locum ci-
tans: ut supra diximus.

Surpuit. pro ſurripuit. nam uerſus ita ſcribi exigit. Illhic fecit indicium. non: illhic indicium fecit. qui abundaret uerſus. Quid filium? delenda fuit dictio huius: his interpoſita: uti ſuperfluens: & ſubandiendum uerbum. dicitis: ut ſit: quid filium dicitis me huius? Huius captiuum filium. non filium captiuum: quia uerſus claudicaret. Hic fur tuus. ſ. eſt. nam non aſcribendum: ſed ſubandiendum uerbum eſt: quod uerſus ratio aſcribi non patitur. Grandem ob furtum. non grandem natu. nam dictionem illam natu: uerſus non tolerat. Sed dic oro. uertit Tyndarus ſermonem ſuum ad ægionem. Per nebulam. per ſomniū.

Pater hic eſt. hic ſeruus: qui te huic hinc quadrimum ſurpuit:
Vendidit patri meo te ſex minis: is te mihi
Paruulum peculiarem paruulo puero dedit.
Illhic fecit indicium. nam hunc ex aulide huc reducimus.
T. Quid filium? P. intus eccum fratrem germanum tuum.
T. Quid tu ais? adduxtin illum huius captiuum filium?
Ph. Quin inquā intus hic eſt. T. feciſti ædepol & recte & bene.
Ph. Nunc tibi pater hic eſt. hic fur tuus: qui paruū hinc te abſtulit.
T. At ego nunc grandis grandem ob furtum ad carnificem dabo.
Ph. Meritus ē. T. ergo ædepol meritam mercedem dabo.
Sed dic oro. pater meus tu ne es? Eg. ego ſum gnate mi.
T. Nunc demum in memoriam redeo quum mecum cogito:
Nunc ædepol demum in memoriam regredior audiſſe me.
Quaſi per nebulam: ægionem meum patrem uocarier.
Eg. Ego ſum. T. cōpedibus quæſo ut tibi ſit leuior filius:
Atq; hic grauior ſeruus. Eg. certum ē principiū id præuortier.
Eamus intro: ut arceſſatur faber: qui iſtas compedes
Tibi adimam: huic dem. St. cui peculi nihil ē: recte feceris.

Grex.

SPectatores ad pudicos mores facta hæc fabula ē:
Neq; in hac ſubitæ cogitationes ſunt: nulla amatio.
Nec pueri ſuppoſitio: nec argenti circūductio:
Neq; ubi amans adoleſcens ſcortū liberet clam ſuum patrem.
Huiuſmodi paucas poetæ referunt comœdias.
Vbi boni meliores fiant. nunc uos ſi uobis placet.
Et ſi placuimus: neq; odio fuimus: ſignum hoc mittite.
Qui pudicitiæ eſſe præmium uoltis: plauſum date.

Præuortier. ante omnia fieri familiare eſt poetæ uerbum. ſignificat autem præuertere: aliquid ceteris rebus anteponere: uel magis alicui rei operam dare. de quo in Amphitryone ſatis diximus: & de ceteris eius ſignificationibus. Qui iſtas compedes. ſcribendum eſt qui: pro ut. non ut: quia abundaret uerſui pes unus.

Cui peculii nihil eſt. anteponēda fuit hic Stalagmi perſona. ex codicibus antiquis: & ordine ſententiæ. loquitur enim ſeruus is nequam adhuc quaſi per ludū: quum compedes ſibi deſtinatas audiat. & ait. Recte feceris: dare mihi compedes: quum ſcias nihil mihi peculii eſſe. nam ſerui: ut alias diximus: nullum habebant prorſus peculiū. Vnde ſuperius in aſinaria. Peculium inquit in tergo gerit: ad uerba: quæ ſeruis in tergum ingerūtur reſpiciens.

SPectatores. Eodem metri genere. conſtant octo hi uerſus: quo & ſuperiores. Præponendaq; eis eſt uox. Grex. ut etiam in fine Aſinariæ. Grex enim hiſtrionum perfecta iam fabula Theatrales auditores alloquitur: Comœdiam hanc commendans: ut ſic plauſum ab omnibus impetret. Subitæ cogitationes. ut in Amphitryone. Nulla amatio. ut in Caſina. & delenda fuit dictio neque his præpoſita: uti ſuperfluens. & ſcribendum nulla: & non: ulla: metri ratione. Nec pueri ſuppoſitio. ut in Truculento. Nec argenti circūductio: ut in Aſinaria. Scortum liberet. ut in Curculione. Referunt comœdias. ſcribendum eſt referunt. non reperiunt. quia abundaret uerſus.

Commentarii Pyladæ Buccardi Brixiani in Plauti Captiuos Finis.

Pyladæ Buccardi Brixiani Commentarius in Plauti Curculionem.



Vrculio missus a phædromo it in cariam. Trimetro iambico acatalectico uersu: sex pedibus instructo Curculionis hoc argumentũ constat: de poetæ cõsuetudine. Comœdia ipsa Curculio appellata est: a Curculione parasito primas partes in illa gerente. & Curculio per c litterã utrobiq; scribẽdum est: ut ex apicibus uersuum ipsius argumẽti elicitur: quã rem & in cæteris comœdiis a poeta seruatã uidemus. Argumentum tale est. Phædromus adolescens ciuis epidaurius planesiũ uirginem surreptã & ab lenone cappadoce emptam: i ipsiusq; potestate existentẽ deperibat: Quumq; nõ suppeteret pecunia: quã lenoni pro puella traderet: Curculionem parasitum in cariam mittit: argẽtum ab amico quæsiturũ mutuo. Ibi quũ amici opem frustra postulasset: forte in plata gidorũ terapontigonum militem incidit: A quo quum didicisset: illum in epidauro puellam eandẽ ab eodẽ lenone emisse: & cum lenone cõuenisse: ut quũ a lycone trapezita minas quadraginta reciperet: quas apud illum ea causa deposuerat: puellam cum ueste & auro ipsius ad se mitteret: & cũ lycone itidem egisse: ut qui sibi litteras suo obsignatas annulo afferret: ei puellam a lenone acceptã: numerata illi pecunia traderet: & ad cœnam deinde parasitus a milite uocatus fuisset: nõ inuitus annuit. Quũq; a cœna: Talos miles poposcisset: & parasitum in aleam ꝓuocasset: annulũ suum signatorium deponens: Parasitus cõtra pallium opposuit. quũq; ita aleæ sorte cogente parasitus militi propinasset magnum poculum: & ille ebibisset: somnoq; captus caput deposuisset: Curculio sumpto pallio: & militis ãnulo: se illinc citato pede aufert: & in Epidaurum ad phædromum ꝓfectus: rem omnem uti facta est narrat. Cõfingunt igitur litteras ad lyconem trapezitam sub militis nõe: easq; signant illius annulo. Tum parasitus se summanũ militis seruũ fingit ex caria tum primũ aduentantem: & ad lyconem litteras affert. Ille signo militis cognito: lectisq; litteris: argentum lenoni dat. & leno Curculioni mulierem: quã in cariam ꝓficisci simulans: ad phædromum deducit. Verũ Miles a somno excitatus: ubi se delusum a parasito uidit. in epidaurum uenit: nõ athenas: ut somniat Pius interpres. nam in epidauro factam hanc rem fingit poeta: non athenis. Quũq; se & muliere: & argento spoliato animaduertisset: lites cõtrahit cum lycone trapezita: & cum lenone: Deinde cum phædromo: & parasito: ubi rem cognouit. Tandem uirgo inspecto annulo quem Curcalio militi surripuerat: & illum paternum annulum agnoscit: ex quo miles frater puellæ competitur: ipsaq; ingenua. Quo fit ut in lenonem totum recidat dispendium: qui & pecuniam restituere cogitur: & puellam dimittere: ut quæ libera esset: & uendi non potuerat. Ita phædromo amanti nuptum datur.

Plauti Poetæ Clarissimi in Curculionem argumentum.



Vrculio missus a phædromo it in cariam
Vt petat argumentum: & inibi eludit annulo
Riualem. scribit atq; obsignat litteras.
Cognoscit signum lyco ubi uidit militis.
Vt amicam mittat pretium lenoni dedit.

Curculio missus a phædromo it in cariam. Ita scribendus est uersus: si ueræ latinitati: & metri rectitudini consultum uelimus: non enim dicimus missum substantiue pro nuncio: sed participium est & adiectiuum missus. Phædromus autem mediam habet correptam: nõ longam. Demum Caria prouinciæ nomen ꝓpositionem requirit. neq; auditum est: ut quis sic dixerit: eo cariam: sed in Cariã. Pius ergo: & Sarracenus interpretes plautini locum hunc interpretantes: legentesq;: missus phædromi it cariam: tripliciter peccasse uidentur. Ceterũ Curculionis nomen huic parasito inditum uidetur a poeta: uel deridiculi causa: ut plærunq; fieri assolet. uel a Curculione uermiculo triticario: de quo Virg. in geor. populatq; ingentem farris aceruum curculio: De quo Seruius. Varro inquit: ait hoc nomen per antistichon dictũ: quasi gurgulio: eo ꝙ nihil in eo pene aliud q̃ guttur uidetur. Sic quia hic parasitus nihil aliud q̃ gulæ studebat: ut infra uidebitur: & ut parasitorum mos est: ab illius uermiculi similitudine is quoq; sic uocitatus censeri potest. Est etiam Arteria quædam Τραχεῖα hoc est aspera dicta: quæ a faucibus deorsum proficiscitur: & spiritalis fistula a lactantio appellatur: quæ alio nomine dicitur Curculio: de qua Varro rerum rusticarum libro secũdo sic. Hircus melior is & potissimũ pilo albo: ac ceruice & collo breui: Curculione longiore: a qua & huic parasito: ob gutturis & fistulæ illius adimplendæ imensum desideriũ: potuit id nomen non indecenter imponi. Curculio. Vt petat argentum. subaudi ab amico quodam phædromi. Et inibi eludit annulo. ita scribendum est: metri necessitate. nam pes unus uersui deficeret. Riualem. Terapontigonum militem: qui phædromi riualis erat: quia in eandem puellam: tanq̃ in eundem riuum deriuabant.

Lyco. Trapezitæ nomen est: apte a poeta fictum. λύκος enim lupum significat. Et ii trapezitæ & mensularii: suis usuris tanq̃ lupi rapaces deuorant hominum census: præterq̃ ꝙ: ut infra dicet ipse lyco: ii quoq; ab omnibus poscunt pecuniam apud se deponi: reddunt autem nemini. Lyco. Vt amicam mittat pretium lenoni dedit. ordo est. lyco dedit pretium lenoni: ut leno ipse mittat amicam: hoc est emittat: & liberet: uel certe mittat ad militem: cuius nomine pecunia dinumerabatur.

Ipsus sororem quam peribat repperit. Sensus est. ipsus miles repperit tandem sororem: scilicet suam esse: eam quam peribat: pro deperibat: & cuius amore tenebatur. Oratu cuius. sororis scilicet. Locat. ipse miles locat eam nuptum phædromo adolescenti. Et notandum q non solum dicimus dare nuptui: & nuptum: pro

Locare nuptum. maritare: sed etiam locare nuptum.

Lyconem miles ac lenonem in ius rapit.
Ipsus sororem quam peribat repperit.
Oratu cuius phædromo nuptum locat.

Palinurus seruus. Phædromus adolescens.



Pa. Vo tedhoc noctis dicam proficisci foras.
Cum isthoc ornatu: cũq; hac pompa phædrome?
Ph. Q uo uenus: cupidoq; imperant: suadetq; amor.
Si media nox est: siue est prima uespera:
Si status condictus cum hoste intercedit dies:
Tamen ẽ eundum quo imperant ingratiis.
At tandem tandem. Pa. tandem es odiosus mihi
Istúc quidem nec bellum est: nec memorabile.



Vo tedhoc noctis. Versu eodem trimetro iambico acatalectico: quo & argumentum supra enarratum: prima hæc scena constat. In qua Phædromus adolescens amoris laqueis irretitus inducitur: noctis tempore: ornatu inepto & sibi nõ conuenienti: accenso funali cereo per urbem uagans. ut ad lenonis ianuá pergat: puellam planesium a se amatam uisitaturus si fieri possit. qq secũ deferri uini cadum facit: ut postes ianuæ illo inspergat: & sic anum puellæ custodem odore uini accæpto ianuam aperire cogat. Simulq; Palinurus seruus homo frugi inducitur: qui aberrantem adolescẽtem a uenereis istiusmodi ineptiis nititur reuocare. Dhoc noctis. pro hoc noctis. interposita est littera d euphoniæ causa. Et subaudiendum tempore: ut sit hoc tempore nóctis: ut etiam in amphitry. hoc noctis non placet.

Pompa. Pompa. græca uox est pompa. significatq; apparatum solẽnem: cum ostentatione: & specie quadam triumphi: unde & πομπεύειν græci triumphare dicunt. hinc & funerum: & ludorum apparatus pompæ appellantur. Quintilia. Quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum. Cicero. Sed iam e pompa in ueram aciem descendamus. hoc loco propter funale incensum quod gerebat: pompam dixit.

Venus. Venus. uoluptatis dea. q ad omnia ueniat dicta ut ait Cicero: & nos in Genealogia nostra diximus his uersibus. A uenio deducta uenus: q ad omnia diua: Tullius ut cecinit: prompta uenire solet. Diximus & inibi de cæteris ipsius deæ nominibus: cum eorum causis.

Cupido. Cupido. ueneris & martis filius dictus est: & amoris deus: quem uenus apud Virgilium in primo æneidos intelligit: quum ait: noua pectore uersat consilia: ut faciem mutatus & ora cupido pro dulci Ascanio ueniat: donisq; furentem incendat reginam: atque ossibus implicet ignem. Quid autem inter cupidinem & amorem intersit: ex Marcelli sententia diximus in Amphitryone: Cupidinem uidelicet esse inconsideratæ necessitatis. Amorem uero indicii. & reliqua ibi notata. Cupidoq; imperant. addẽda fuit dictioq. metri necessitate: & ex Marcello locum hunc citante. & etiam ex codicibus antiquis. & scribendum quoq; imperant: non imperat: quum uenus & cupido præcessetint plurale uerbum exigentes: ut etiam paulo infra. Si status condictus. Sensus est: etiam si sta

Stati dies. tus condictusq; esset mihi dies cum peregrino: hoc est cum aduersario. ita ut ad certum decretúq; diem adesse in iudicio mihi opus esset: deserendum esset uadimonium: & amori obsequendum. Stati dies a Macrobio di

Hostis. cuntur: qui iudicii causa cum peregrino instituuntur. & hunc locum citat. hostemq; hoc loco more ueteri pe

Stata sacra regrinum significare asserit. Stata quoq; dicebantur sacra quæ certis decretisq; ac constitutis temporibus & diebus fiebant. Ouidius primo fastorum. Tunc mihi: sensit enim: lux hæc indicitur inquit Musa: quid a fastis non stata sacra petis. Cato. Sacra stata solemnia sancta deseruisti inquit. Et Valerius. Maiores statas: solem

Condictus nesq; cerimonias pontificum scientia contineri. Condictus. idem fere est: quod status. hoc est destinatus: defixus: & statutus: per cõmune dictum. nam condictum: in commune dictum: uel simul dictum dicitur: quasi decretum & constitutum. Quo imperant ingratiis. imperant scribendum hoc quoq; loco est: ut supra: aliter enim neq; uersus constaret: neq; satis latinitati factum esset: ingratiis q scribendum: metri necessitate: non ingratis: ut corrigit Pius: nullus uersus rationem tenens: neq; ingratus scilicet amor: ut ruditer ex

Ingratiis. ponit Sarracenus. Diximus autem supra: & in Asinariæ principio. & in Amphitryone. hac dictione ingratiis sæpe usum hunc poetam: pro eo quod est: contra animi sententiam: præter uoluntatem: refragante genio. Ingratiis igitur hoc loco: pro contra uoluntatem meam exponendum est. At tandem tandem. per aposiopesim: subintelligendum subaudiendumq; me eximam ab his uinculis & cupidineis furoribus.

Bellum. Bellum. a bono diminutiuum est hoc loco. & pro decenti & honesto ponitur.

Tute tibi puer es lautus:luces cereum.

Ph. Egon apicularum opera congestum non feram?
Ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Pa. Nam quo te dicam ego ire: Ph. si tu me roges:
Dicam ut scias. Pa. si rogitem quid respondeas?

Ph. Hoc æsculapii fanum est. Pa. plus iam anno scio.

Ph. Huic proximum illud ostium ẽ oculissimum:
Salue, ualuistin usq; ostium oculissimum?

Pa. Caruit ne febris te heri: uel nudius tertius?
Et heri cœnauisti ne? Ph. derides ne me?

Pa. Quid tu ergo insane rogitas: ualeat ne ostium?

Ph. Bellissimum hercle uidi: & taciturnissimum.
Nunq̃ ullum uerbum mittit: quum aperitur: tacet.
Quũq; illa noctu clanculum ad me exit: tacet.

Pa. Nunquid tu quod te aut genere indignum sit tuo
Facis: aut inceptas facinus facere phedrome?
Num tu pudicæ cuipiam insidias locas:
Aut quam pudicam oportet esse? Ph. nemini.
Nec me ille iuppiter finat. Pa. ego item uolo.

Eum inclamare. & ut ut me erga ẽ meritus tamen incordies.
Sed tranquille ambo: ne quid quod illi doleat dixeris.

Qui me gymnaſiũ macerat. non qui me mea. ut pius legit: ſuperfluit enĩ mea. ex lege carminis: ab eo nõ ꝑpenſa.

Perfidioſus amor

Peculatum facit.

Spiſſum ꝑ tardo.

Morigeræ. ſcribendũ eſt. ex cod. antiqs & nouis. & ex ſniæ cõcinnitate. nã id ſignificat. geſſit morem mihi quæ ſum etiam ei morigera & obediens nõ morigera: ut Pius corrigit inſulſe.

Cõſpicillo.

Gnauiter legendũ eſt. tum ex aptiori ſententiæ expoſitione. tũ uero ex metri ratione quæ grauiter non patitur ullo modo id qd Pius nõ uidit omniũ ut putat oculiſſimus: legens grauiter: ſatis indocte.

Muneribus Donis.

Conceptis uerbis.

Et ut ut ẽ meritus. ita ſcribi debet. & expungi. Erga me. nimi abundantes & ſuperfluentes dictiones. tã ratione ſniæ q̃ metri neceſſitate: qd quidem neq; Pius neq; Sarra. uiderunt.

Inclamare eum.

Incordies.

Accipias clauis.si quid tibi opus erit promptu promitto.
Ego uolo ire.Gy.ut excuisti mihi lachrymas.Si. gymnasiũ mea
Bene uale.Gy.cura te amabo.siccine inmũda obsecro abis?
Si. Inmũdas fortunas meas æquum ẽ squallorem sequi.
Gy. Amiculũ hoc sustolle saltẽ.Si.sine trahi:quũ egomet trahor.
Gy. Quando ita tibi iuuat uale atq; salue.Si.si possim uelim.
Gy. Nunquid me uis mater intro quin eã?ecastor mihi
Visa amare.Le.istoc ergo auris grauiter obtũdo tuas
Ne queq̃uã ames.Gy.nũqd alid me uis?Le.ut ualeas.Gy. uale.

Abis. scribendum est: necessitate metri & non ibis ut Pius & Sarracenus cõmentatores scriptũ reliquere.cõtra rõnẽ metricã.

Amiculũ sustolle.

Iuuat tibi.

Salue

Lena. vi


D mihi magnæ quod parti est uitiũ mulierũ
Quæ nũc quæstũ facimus:q̃ ubi saburratæ sumus.
Largiloquæ extẽplo sumus:plus loquimur q̃ sat est
Nam ego illam olim quæ flens hinc abiit paruolam
Puellam proiectam ex angiportu sustuli.
Adolescens quidam hinc est adprime nobilis
Quin ego nunc quasi sum honesta mea ex sñia:
Quia quum adeo me compleui flore liberi
Magis libera uti lingua conlibitum est mihi.
Tacere nequeo misera quod tacito usus est
Sicyone summo genere ei uiuit pater
Is amore misere hanc deperit mulierculam.
Quæ hinc modo flens abiit.contra amore in eum hæc perdita est
Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi:
Quod sæpe mecum mentionem fecerit
Puerum aut puellam alicũde ut reperirem sibi
Recens natum:eapse quod sibi supponeret.
Vbi mihi potestas primum euenit:ilico
Feci eius ei:quod orauit me copiam
Postq̃ puellam eam a me accæpit: ilico
Eandem puellam peperit:quã a me accæperat:
Sine obstetricis opera:& sine doloribus
Item ut aliæ pariunt quæ malum quærunt sibi.
Nam amatorem aiebat esse peregrinum sibi
Suppositionem eius rei.facere gratia
Id duæ nos solæ scimus.ego quæ illi dedi:
Et illa quæ a me accæpit:præter uos quidem
Hæc sic res gesta ẽ.si quid usus uenerit:
Meminisse ego hanc rem uos uolo.ego abeo domum.

Mulieres loquaces

Saburratæ sumus.

Largiloquus.

Angiporta

Flore liberi

Prologus. Auxilium. vi


Trũq; hæc & multiloqua:& multibiba est anus
Satine?uix reliquit deo quod loqueretur loci
Ita properauit de puellæ proloqui

Suppõne. quod ſi tacuiſſet: tamen
Ego eram dicturus deus qui poteram planius
Nam mihi nomen eſt auxilio: nunc operam date
Vt ego argumentum hoc uobis plane perputem
Fuere ſicyone iamdiu dionyſia.
Mercator uenit huc ad ludos lemnius.
Iſq; hic compreſſit uirginem adoleſcentulus
Vinolentus raptam multa nocte in uia
Is ubi malam rem ſcit ſe meruiſſe: ilico
Pedibus perfugium peperit. in lẽnum aufugit:
Vbi habitabat. tunc illa quam compreſſerat
Decumo poſt menſe exacto hic peperit filiam
Quoniam reum eius facti neſcit qui ſiet
Paternum ſeruum ſui participat conſilii.
Dat eam puellam ei ſeruo exponendam ad necem.
Is eam proiecit. hæc puellam ſuſtulit
Ille clam obſeruauit quo hæc puellam deferat
Vt eãpſe uos audiſtis confiterier:
Dat eam puellam meretrici melænidi:
Eaq; educauit eam ſibi pro filia
Bene: ac pudice: tum illic aũt lemnius
Propinquam uxorem duxit cognatam ſuam.
Ea diem ſuum obiit: facta morigera eſt uiro
Poſtq̃ ille uxori iuſta fecit: ilico
Huc commigrauit: duxit uxorem huc ſibi
Eandem: quam olim uirginem hic compreſſerat:
Et eam cognoſcit eſſe quam compreſſerat
Illa illi dicit. eius ſe ex iniuria
Peperiſſe gnatam. eamq; ſe ſeruo ilico
Dediſſe exponendam: ille extemplo ſeruolum
Iubet illum eundem proſequi ſi qua queat
Reperire quæ ſuſtulerit. ei rei ſuam
Nunc operam ſeruus uſq; dat ſi poſſiet
Meretricem illam inuenire: quam olim tollere:
Quum ipſe exponebat ex inſidiis uiderat
Nunc quod reliquum. reſtat uolo perſoluere
Vt expungatur nomen: ne quid debeam
Adoleſcens hic eſt ſicyone: ei uiuit pater.
Is amore proiecticiam illam deperit.
Quæ dudum flens hinc abiit ad matrem ſuam:
Et illa hunc contra: qui ẽ amor ſuauiſſimus.
Vt ſunt humana: nihil ẽ perpetuum datum
Pater adoleſcenti dare uult uxorem. hoc ubi

Mihi nomen ẽ auxilio.
Perfugiũ.
Participat ſeruũ ſui conſilii.
Iuſta.
Expũgatur nomen.
Perpetuũ nihil datum ẽ humanis.

Mater resciuit:iussit accersi eam domum.
Hæc res gesta sic ē.bene ualete & uincite.
Virtute uera:quod fecistis antidhac.
Seruate uostros socios:ueteres & nouos.
Augete auxilia uestris uictis legionibus
Perdite perduelles.parite laudem:& lauream
Et uobis uicti pœni pœnas sufferant. Sufferant pœnas.

Alcesimarchus Adol.Melenis. Lena. vii

Al. Credo ego amorē p̄mū apd hoīes carnificinā cōmētū. Carnificinam
Hanc de me coniecturā domi facio: ni foris quæram.
Qui omnes homines supero:atq; antideo cruciabilitatibus Cruciabilitatibus. Antideo.
Iactor:crucior:agitor:stimulor:uersor in amoris rota
Examinor:feror:differor:distrahor:deripior:miser ita
Nullā mētē animi hēo.ubi sum:ibi nō sum.ubi nō sū:ibi ē aius. Mētem ai
Ita mihi ingenia sunt:qd' lubet:nō lubet iam id continuo
Ita me amor lapsum animi ludificat:fugat:agit:appetit: Lapsum ai
Raptat:retinet:iactat:largiter quod dat:nō dat.eludit.
Modo quod suasit dissuadet quod dissuasit:id ostentat.
Maritumis moribus mecum experitur:ita meum
Frangit amantē animū.neq; nisi quia miser ne eo pessum Eo pessum
Mihi ulla abest iam perdito pernicies:ita pater
Apud uillam detinuit me hosce sex dies.ruri Ruri.
Continuos.neq; licitum interea est meam amicam uisere
Est ne hoc miserum memoratu?Me.eo facetus:quia tibi
Alia ē sponsa locuples lēnia:habeas. neq; nos tanta.
Factione sumus:neq; opes nostræ tam sunt ualidæ:q̄ tuæ. Factione.
Verū haud metuo ne iurandum nostrum quisq; culpitet
Tu iam si quid dolebit:scies qua doleat gratia. Culpitet.
Al. Di me perdant.Me.quodcūq; optes tibi uelim contingere.
Al. Si illam uxorem duxero mihi unq̄:quā despondit pater.
Me. Et me si unq̄ tibi uxorem filiam dedero meam.
Al. Periurare me patiere?Me.atq; q̄ me:aliquanto facilius:
Meamq; rem perire:& ludificare filiam.
Abi quærere ubi tuo iurando satis sit subsidii
Hic apud nos iam alcesimarche confregisti tesseram. Cōfregisti tesseram.
Al. Face semel periculum.Me.sæpe feci:quod factū queror:
Al. Redde mihi illam.Me.inter nouam rem uerbū usurpabo uetus Verbū uetus.
Quod tibi dedi datū nō uellem.quod reliquū ē:non dabo.
Al. Nō remissura es mihi illam?Me.pro me responsa tibi.
Al. Non remittes?Me.scis iamdudū omnē meam sententiā.
Al. Satin istuc tibi incorde certū ē?Me.quin ego cōmentor quidē. Cōmentor
Nō ædepol isthæc tua dicta in auris recipio.
Al. Nō?hem quid agis.igitur animaduorte.iam ut quod agas scias:

Medioxumi. At ita me di deæq; superi:inferi:& medioxumi
Itaq; me regina iuno:& iouis supremi filia
Itaq; me saturnus patruus eius.Me.ecastor pater.
Al. Itaq; ops opulenta illius auia.Me.quinimo mater quidem?
Al. Iuno filia:& saturnus patruus ē:summus iuppiter.
Tu melenis nunc ꝓpter te hæc pecco.Me.perge dicere.
Al. An ne ut etiam quid consultura sis sciam?Me. perge
Eloqui:non remittam.definitum ē.Al.enimuero ita iuppiter
Itaq; me iuno:& saturnus rex.quid dicam nescio
Iam scio.immo mulier audi:meam ut scias sententiā
Patellarii. Dii me omnes magni:minutiq;:& patellarii
Faxintne ego uiuus dem sauium silenio
Nisi ego te:tuāq; filiam:meq; hodie obtrūcauero
Primo luci Postea autem cum primo luci cras nisi ambos occidero
Et equidem hercle nisi perdam te tertio omnis efflixero
Nisi tu illam remittis ad me dixi:quæ uolui:uale.
Me. Abit intro iratus:quid ego nunc agam?si redierit
Illa ad hunc:ibidem loci res erit:ubi odium occœperit:
Illam extrudet:quum hanc uxorem lēniam ducet domum.
Cauto opust Sed tamen ibo & persequar:amans ne quid faciat cauto opust
Postremo quando æqua lege pauperi cum diuite
Non licet:perdam operam potius:q̄ carebo filia
Sed quis hic est qui recta platea cursum huc contendit suum:
Illud paueo:& hoc formido ita tota sum misera in metu.

Lampadiscus. vi



Num sectatus sum clamore per uias.
Miserrimam habui.ut illæc hodie.quot modis
Sibi moderatrix fuit?atq; immemorabilis:
Quot illi blanditias?quid promisi boni?
Quot admoui fabricas?& quot fallacias
In questione?uix exculpsi ut diceret
Modiolū uini Quia ei promisi modiolum uini dare.

Phanostrata.Melenis.Lampadiscus. vi



Ph. Vdire uocem uisa sum ante ædis modo
Mei lampadisci serui.La. non surda hera es
Recte audiuisti.Ph.quid agis hic?La. quod gaudeas
Ph. Quid id est?La. hinc exhisce ædibus paulo prius.
Vidi exeuntem mulierem.Ph.illam quæ meam
Gnatam sustulerat?La. rem tenes.Ph.quid postea.
Hippodromo. La. Dico ei quo pacto eam ab hippodromo uiderim
Herilem filiam nostram sustollere.
Extimuit tum illa.M.iam horret corpus:cor salit
Nam mihi ab hippodromo memini adferri paruulam

Puellam:eamq; me mihi supponere.
Ph. Age perge quæso.nam animus audire expetit
Vti res gesta sit.M.utinã audire non queas.
La. Pergo illo.subagito blandis & benedicis
Dictis.illæc forti fortuna fortius
Aures obserat.ego lemniam foras uoco.
Nam illæc tibi nutrix est:ne matrem censeas
Ego te reduco:& reuoco ad diuitias ubi
Tu iam locere in luculentam familiam
Vnde tibi talenta magna uiginti pater
Det dotis:non enim hic:ubi ex tusco modo
Tute tibi indigne dotem quæras corpore.
Ph. An amabo meretrix illa est quæ illam sustulit?
La. Immo meretrix fuit.sed ut sit de ea te eloquar.
Iam perducebam illam ad me suadela mea:
Anus ei amplexa est genua plorans:obsecrans
Ne deserat se:eam suam esse filiam:
Seq; eam peperisse sancte adiurabat mihi
Istanc quã quæris inquit.ego amicæ meæ
Dedi:quæ educeret eam pro filiola sua.
Et uiuit inquit.ubi ea est inquam ex templo ego.
Ph. Seruate di me obsecro.Me.at medi perditis.
Ph. Quo illam dedisset exquisisse oportuit.
La. Quæsiui:& dixit meretrici melænidi:
Me. Meum elocutust nomen:interii oppido.
La. Vbi elocuta e:ego continuo anum interrogo
Vbi habitat inquam:duc:ac demonstra mihi
Auecta est inquit peregre hinc habitatum longius.
Me. Obstipat aquulã.La.quo auecta est:eo sequimur.
Siccine agis nugas:?periisti hercle.hæc destiti
Instare usq; adeo donec adiurat se anus
Eam mihi monstrare.Ph.ah non missam oportuit.
La. Seruatur. sed se quãdam aiebat mulierem
Suam bene uolentem conuenire etiam prius:
Cõmune qua cum id esset sibi negocium
Et scio uenturam.M.me indicauit.& suas
Ac meas miserias.alias faciam consciam.
Ph. Quid nunc uis facere me?La.intro abi:atq; animo bono es
Vir si tuus ueniet:iube domi operirier:
Ne quæstioni mihi sit:si quid eum uelim.
Ego ad anum recurro rursum.Ph.lampadio obsecro
Cura.La.perfectum ego hoc dabo negocium.
Ph. Deos:teq; ego spero.La.eosdem ego:uti abeas domum.

Elocutũ est meũ nomen.

Obstipat aquulã.

Me. Adolescens asta:atq; audi.La.men mulier uocas.
Me. Te.La.quid negocii e᷉?nam occupatus sum amplitet.
Me. Q uis istic habitat?La.demipho dominus meus.
Me. Ne᷉pe istic e᷉:qui alcesimarcho filiam
Suam despondit in diuitias maximas?
La. Is ipsus e᷉.Me.eo tu quã igitur filiam
Nunc quæritatis alteram?La.ego dicam tibi.
Non ex uxore gnatam:uxoris filiam.
Me. Q uid istuc e᷉ uerbi?La.ex priore muliere
Nata inq̃ meo hero e᷉ filia.Me.certo modo
Huius quæ locuta e᷉ quærere aiebas filiam.
La. Huius ego quæro.Me.quo modo igitur obsecro
Hæc e᷉ prior quæ nupta nunc e᷉.La.conteris
Tu tua me oratione mulier quisquis es.
Medioxumã quam duxit uxorem ex ea
Nata e᷉ hæc uirgo alcesimarcho quæ datur:
Ea uxor diem obiit:scis?Me.teneo istuc satis
Sed ego illud quæro confragosum:quo modo
Prior posterior sit.posterior sit prior.
La. Prius hanc compressit.quam uxorem duxit domum
Prius grauida facta e᷉.prius peperit filiam.
Ea postq̃ peperit iussit paruam proiici
Ego eam proieci.alia mulier illam sustulit
Ego inspectaui:meus herus hanc duxit post ibi
Eam nunc puellam filiam eius quærimus
Q uid nunc supina sursum in cælum conspicis?
Me. Hei nunc iam istuc quod properabas nihil moror
Nunc intellexi.La.diis hercle habeo gratiam.
Nam ni intellexisses:nunq̃ credo amitteres.
Me. Nunc mihi bonæ necessust esse ingratiis
Q uãq̃ esse nolo:rem palam esse intellego:
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis:q̃ illæc indicet me:ibo domum
Atq; ad parentes suos reducam silenium.

Melænis.Alcesimarchus.Silenium. vii

Me. Em elocuta sum tibi oe᷉m.sequere me mea silenium.
Vt eorum cuiam esse oportet te sis potius:q̃ mea.
Q uanq̃ in uita te carebo.meũ aı̃um ego inducã tame᷉
Vt illud:quod tuam in rem bene conducat consulam.
Nam hic crepũdia insunt:quibus cum te illa olim ad me detulit
Q uæ mihi dedit:parentes te ut cognoscant facilius.
Accipe hanc cistellam halisca:atq; agedum pulta illas fores.
Dic me orare ut aliquis intus prodeat.propera ocius.

Ampliter.

Medioxuma.

Confragosum.

Prius peperit filiã. nõ priusq̃.ut Pius scribit.cõtra s̃niam. & rationem carminis.

Cuiam.& nõ quorũ:ut aliq codices habent:neq; cuiũ p quorũ ut insulse exponit Pius.tũ ex metri rõne:tũ etiã ex antiquis codicibus:& recta grammaticæ lege.

Crepundia.oscitabat Pius ut puto quũ hunc locũ cõmentaretur:dicens Crepũdia puerilia cunabula dici:quum cunabula & cunæ sint i q̃bus pueri locãtur:dicta:ut ipse Pius inq̃t:quia iter motãdũ crepeat. Sed proh iuppiter. Cunæ ergo in cistella una q̃dũ ferretur ab ancilla ei p incuriã uel pauorẽ decidit cõtinebantur?ridiculum pfecto. nã crepũdia ut hic & alibi Plau. meminit: nõ cunæ aut cunabula sunt:sed bullæ ensiculi crepitacula & huiusmodi: q̃ pfecto in una cistella bñ potuerũt cõtineri. ut latius in rudente Plautus ipse ostendit.

Mihi necessum est eẽ bonæ.

Reducam.

Al. Recipe me ad te mors amicũ & beniuolum. Si. mater mea
Perimus miſeræ. Al. utrũ hac me feriam: an ab leua latus?
Me. Quid tibi eſt? Si. alceſimarchum ferrum tenẽtem nõ uides?
Ecquid agis? Al. ne morare. lumen linque. Si. accurrite.
Ne ſe interimat. Al. o ſalute mea ſalus ſalubrior
Tu nunc ſi ego uolo: ſeu nolo: ſola me ut uiuam facis.
Me. Hau uoluiſti iſtuc ſeuerũ facere. Al. nihil mecum tibi.
Mortuus tibi ſum: hanc ut habeo certum ẽ non amittere.
Nam hercle iam ad me adglutinandum totam decretum ẽ dare.
Vbi eſtis occludite ædis peſſulis repagulis — Peſſulis repagulis.
Ibo. hanc ego tetulero: intra limen. Me. abiit abſtulit
Mulierem. ibo perſequar iam illũ intro: ut hæc ex me ſciat
Eadẽ ſi poſſum tranquillum facere ex irato mihi.

Seruus Lampadiſcus. Phanoſtrata Mulier. vii

La. NVllam ego me uidiſſe credo magis anum excruciabilẽ
Q uã illæc ẽ: quæ dudũ faſſa ẽ mihi: q̃ ue inficias eat.
Sed eccã herã uideo. ſed quid hoc ẽ: ꝙ ciſtella hic iacet — Ciſtella.
Cum crepũdiis? nec quẽquam conſpicor alium in uia?
Faciundum ẽ puerile officiũ: cõquiniſcam ad ciſtellam. — Cõquiniſcã.
Ph. Quid agis lãpadio? La. hæc ciſtella nũnã hinc ab nobis domo ẽ?
Nam hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli. Ph. quid nuntias.
Super anu? La. ſcele ſtiorem in terra nullam eſſe alteram.
Omnia inficiatur ea: quæ dudum confeſſa ẽ mihi. — Inficiari.
Nam hercle ego illã anũ irridere me ut ſinã: ſatius mihi ẽ
Q uouis exitio interire. Ph. di obſecro uoſtram fidem.
La. Q uid deos obſecras? Ph. ſeruate nos. La. quid ẽ? Ph. crepũdia
Hæc ſunt: quibuſcũ extuliſti noſtram filiolam ad necem.
La. Sana ne es? Ph. hæc ſũt ꝓfecto. La. pge hic. Ph. hæc ſũt. La. ſi mi-
Alia mulier iſtoc pacto dicat: dicam eſſe ebriam. (hi
Ph. Non ecaſtor caſſa memoro: nam obſecro unde hæc gentium? — Caſſa memoro.
Aut quis deus obiecit hanc ante oſtium noſtrum? quaſi
Dedita opera in tẽpore ipſo ſpes mihi ſancta ſubuenit.

Haliſca Ancilla. Lampadiſcus. Phanoſtrata. vi

Hal. NIſi quid mihi opis dii dant diſperii: neq;
Vnde auxilium mihi aut ꝓſidium expetam habeo.
Itaq; petulantia mea me animi miſeram habet:
Q uæ in tergũ meum ne ueniat formido male:
Si hera mea tam ſocordem eſſe me q̃ ſum ſciat.
Q uam ne in manibus tenui atq; accæpi ciſtulam
Hic ante ædis noſtras: ubi eã ſit, neſcio.
Niſi ut opinor loca hæc circiter excidit mihi.
Mi homines: mi ſpectatores obſecro facite — Mi hoïes.
Indicium ſiquis uidit: ſi quis eam abſtulit:
Q uiſue ſuſtulit: & utrũ hac an illac iter inſtitit. — Inſtituit iter.

Sed non ne ecastor ego sum multo inscitior
Hos quæ rogem aut quæ fatigem.qui semper malo
Muliebri sunt lubentes:nunc uestigia
Hic si qua sunt iam noscitabo:nam nisi
Nemo hac præteriit postq̃ intro abii:cistella hic
Iaceret:quid hic?hic periit opinor ilicet:
Actum est:me infelicem & scelestam:nulla hic ẽ
Atq; neq; ego sum usq̃:perdita me perdidit.
Sed pergam ut cœpi quæritabo ego hic tamen.
Nam & intus paueo:& formido foris:ita metus
Nunc utrobiq; me agitat.ille nunc lætus est
Quisquis ẽ qui illam habet:
Quæ neque illa illi quicq̃ usuist:
Mihi põt esse.sed nunc ego memet moror.
Quin hoc halisca.hoc inquã age:ad terrã aspice.
Et despice:oculis inuestiga astute augura.

Augura.

La. Hera.hem tibi.Ph.qd ẽ?La.hæc ẽ.Ph.qs?La.quoi hæc excidit
Cistella.eccam locum signat ubi ea excidit.
Hal. Sed is hac aut hac.socci uideo uestigium
In puluere.persequat hac.iam hoc loco cũ altero constitit.
Meis hic oculis turba se obiecit modo.
Neq; prorsum iit hac:hic stetit:hinc illuc exiit.
Hic concilium fuit:ad duos hoc attinet
Si quis:atat singulum uideo uestigium.
Sed is hac abiit.contemplabor:is hinc huc iit.
Hinc nusq̃ abiit:actam rem ago.quod periit:periit
Meũq; corium:cum cistella:redeo intro.

Singulum uestigiũ.

Actã rem agis.

Ph. Sunt qui uolunt te conuentã.Ha.quis me reuocat?
Ph. Bona fœmina:& malus masculus hic te uolunt.
Hal. Plus qui uocat scit quod uelit:q̃ ego quæ uocor
Reuertor.ecquem tu uidisti quærere hic
Amabo in hac regione cum crepũdiis
Cistellam quã ego hic amisi misera?nam dudum
Vt ad alcesimarchũ isthuc omnes accurrimus:
Capillo cisso atq; excissatis auribus
Tumultuantem:ne se uita interimeret:
Timore puto excidisse cistellam mihi.
Disperii misera.quid ego heræ dicam meæ
Quæ me opere tanto eam seruare iusserat
Qui suos silenium parentes facilius
Posset noscere:quæ meæ heræ supposita ẽ parua
Quã quædam dedit ei meretrix.La.hæc nostram rem
Fabulatur.hanc scire oportet filia tua ubi sit

Signa ut dicit. Hal. nunc eã uult suaue matri & patri
Quibus nata est ultro reddere. mi homo obsecro
Alias res geris. ego tibi meas mando. La. istuc ago.
Atq; istuc quod tu fabulare mihi cibus est.
Sed inter rem agendã istam herę. huic respõdi qđ rogat.
Nunc ad te redeo: si quid opust dic. impera:
Et tu quid quęritabas? Hal. mi homo: & mea mulier
Ego uos saluto. Ph. & nos te. sed quid quęritas.
Ha. Vestigium hic requiro qua aufugit mihi
Quędam. La. quid id est quidnã est quod quęris? nescio.
Ph. Alienam ne: an familiarem hanc ego memorem?
La. Mala merx hera hęc & callida. Ph. ecastor mihi
Ita uidetur. La. imitatur nequã bestiam
Et dãnificam. Ph. sed quidnã amabo? La. inuoluolũ
Quę in pãpini folio intorta implicat se. itidem hęc
Intortam orationem exorditur sibi:
Quid quęritas? Ha. cistellam adolescens. hic mihi
Euolauit. La. in cauea latam oportuit. Ha. ędepol
Non pręda magna est. La. mirum quin grex uenaliũ
In cistella infuerit una. Ph. fine ut dicat.
La. Si dicat quidem. Ph. age loquere tu quid ibi infuerit.
Ha. Crepundia una. La. ẽ quidam homo: qui illam se ait
Scire ubi sit. Ha. at pol ille ad quandam mulierem
Si eam demõstret ineat magnam gratiam.
La. At pol sibi ille quidam uolt mercedem dari.
Ha. At pol illa quędam quę illam cistellam perdidit
Eam qui dat sibi esse quod ei det negat.
La. At enim ille quidam sibi dari argentum expetit.
Ha. At pol illa quędam mulier in nulla est opera
Gratuita. La. cõmoda loquelã iam tuam
Tibi nos prodimus ac confitemur: cistellam
Habere. Ha. at uos seruassit salus: ubi ea nunc est?
Ph. Saluam eccam: sed ego rem meam magnã tecum
Confabulari uolo. sociam te mihi opto
Ad meam salutem. Ha. quid istuc est negocii?
Aut quis tu nunc es? Ph. ego sum mater illius:
Quę hęc gestitauit. Ha. hic ergo habitas. Ph. hariola es.
Sed quęso ambages mulier mitte: atq; hoc age.
Eloquere unde hęc sunt tibi cito crepũdia.
La. Mea hęc herilis gestitauit non tua.
Ph. Ne obloquere. La. taceo. mulier perge dicere:
Vbi ea est quę gestitauit? Ha. hic in proximo.
Ph. Istic quidem ędepol mei uiri habitat gener.

Nequeam bestiam.
Inuoluolũ.
Gratuita.
Loquelam.
Cõfabulari
Hariola.

La. Ne obloquere rursus.perge porro dicere.
Quot annos nata dicitur?Ha.septem decem.
Ph. Mea est.La.equulã hanc soli si detur:possum ego.
Ita mustulentus estus nares attigit.
Noñ. hunc uersum ad ducit in dictione mustulentũ. Ph. Q d' quæritabam:filiam inueni meam.
Ha. At æquum est per fidem qđ creditum est tibi
Ne bene merenti sit malo benignitas
Nostra:hæc calũnia tua profecto est.filiam
Et reddidura est tibi tuam:& ea gratia
Domo profecta est:cæterũ ex ipsa obsecro
Exquirito te.ego serua sum.Ph.æquum postulas.
Incesso. Illius ego istam incesso malle gratiam.
Ha: Sed istanc cistellam te obsecro ut reddas mihi.
Ph. Quid sit lampadio?La.quod tuũ est.teneas tuum.
Ph. At me huius miseret.La.sic faciundum censeo.
Ph: Da cistellam.La.tu intro hac abi cum istac simul.
Ph. Tibi auscultabo.tene tu cistellam tibi.
Abeamus intro.sed quod nomen est tuæ
Dominæ?Ha.melænis.Ph.i præ:iam te ego sequar.

Demipho Senex. Lampadio Seruus. vii

De. Quid hoc negoci est:quod hoies fabulãtur per uiã
Mihi eẽ filiam inuẽtam.& lampadionẽ me in foro
Quæsiuisse aiũt.La.here unde is?De.ex senatu.La.gaudeo.
Tibi mea opera liberoꝝ esse amplius.De.& enim nõ placet.
Nil moror aliena mihi opera fieri pluris liberos.
Sed quid nã istuc ẽ?La.propera ire intro ad affinem tuum.
Filiam tuam iam cognosces:intus ibidẽ uxor tua est.
Præuorti. Abi cito.De.præuorti hoc certũst rebus aliis omnibus.

Caterua. vii

NE expectetis spectatores:dũ illi huc ad uos exeant
Nemo exibit:oẽs intus conficient negocium.
Vbi id erit factũ:ornamenta ponent.post id calicibus
Qui deliquerit:uapulabit.qui non delinquet:bibet.
Nunc ad uos spectatores quod reliquũ relinquitur.
Postrema i comœdia More maiorũ date plausum postrema in comœdia.

Plauti Poetæ clariss. Epidicus.

Argumentum.



Mit fidicinam filiam credens senex
Persuasu serui:aliã quí conductitiam
Iterum pro amica ei subiecit filii.
Dat herili argentum:eo sororem destinat.
Imprudens iuuenis mox cõpressæ ac militis
Cognoscit opera sibi senex os sublitum
Vt ille amicam:hæc inquirebat filiam.
Sed gnata inuenta seruolum emittit manu.

Epidicus. Tesprio. Serui. duo.

Ep. [H]Eus adolescens. Te. qs ꝑperãtem me prẽhẽdit pallio?
Ep. Familiaris. Te. fateor. nã odio es nimiũ familiariter.
Ep. Respice uero tesprio. Te. o epidicũ ne ego nunc cõspi- (cor?
Ep. Certe oculis uteris. Te. salue. Ep. dii dent quæ uelis.
Venire saluom gaudeo. Te. quid cæterũ? Ep. eẽ qđ assolet.
Cœna tibi dabit. Te. spondeo. Ep. qđ? Te. me accæptuꝝ si dabis.
Ep. Quid tu aũt agis ut uelis? Te. exẽplũ adesse intelligo.
Ep Euge corpulentior uidere atq; agilior. Te. hac gratia.
Ep. Quã quidẽ te iãdiu perdidisse oportuit. Te. minus
Iam furtificus sum q̃ antehac. Ep. qd ita? Te. rapio propalam.
Ep. Di imortales infelicẽ tut tu es gradibus grandibus.
Nam ut apud portũ te conspexi:curriculo occœpi sequi.
Vix adipisdendi potestas mõ fuit. Te. scurra es. Ep. scio.
Te esse quidẽ hominẽ militarẽ. Te. audacter quid uis dicito.
Ep. Quid agis? perpetuon ualuisti? Te. uarie. Ep. qui uarie ualent?
Caprigenũ hominũ nõ placet mihi:neq; pãtherinũ genus.
Te. Quid uis dicam:nisi qđ est? Ep. ut illa rñdeas probe.
Quid herilis noster filius? Te. pugilice:atq; athletice.
Ep. Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuntium.
Sed ubi is est? Te. aduení simul. Ep. ubi ergost. nisi si inuidulo.
Aut si in mellina attulisti. Te. di te perdant. Ep. te uolo.
Percontari:operã da opera reddetur tibi. Te. ius dicis.
Ep. Me decet quidem. Te. iam tu autem nobis præturam geris?
Ep. Quẽ dices digniorem eẽ hoiem hodie athenis alterum?
Te. At unũ a prætura tua epidice abest. Ep. quidnã? Te. scies.
Lictores duo:uiminei fasces uirgarum. Ep. uæ tibi.
Sed quid ais? Te. quid rogas? Ep. ubi arma sunt stratiphocli?
Te. Pol illa ad hostes transfugere. Ep. armane? Te. atq; quidẽ cito.
Ep. Serione dicis tu? Te. serio dico inquã hostes habent.
Ep. Aedepol facinus improbum. Te. at iam ante alii fecerunt idem.
Erit illi illa res honori. Ep. qui? Te. quia ante aliis fuit.

Ioãnes baptista Pius maxima oppletus inscitia: dum materiam huius fabulæ non intelligit. adeo labitur illã cõmentatus: ut hoc ꝓcipue principio somniare uideatur. Nã rationem carminis non habens: quæ illi ducẽ ꝓstitisset: legit secundum hic uersum.

Persuasu serui: atq; conductã. pudor imẽsus & uel ab inteprete nouicio detestandus. dum trimetro iãbico. quattuor tñ pedes tribuit: cui sex oino debeantur ꝓterea æquiuocat de fidicina. nã putat unã eandẽq; fidicinã & emptã ꝑmũ & conductam postea atq; subiectã ꝑ amica filii: quũ duæ fuerint una: quã ut senex emeret epidicus fecit: persuadens filiã esse. altera: quã conduxit epidicus ut caneret fidibus: dum sacrificaret senex: sed hanc emptã a se fuisse illi ꝑsuasit seni: atq; amicam filii esse: ad senẽq; deductam: ut illam aliquo mitteret: ne aduenĩẽs filius eã reperiret. ꝓpterea ṽsus ille sic scribi debet. Persuasu serui aliam qui conductitiam. & ratione metri habita. & sententiæ.

Pallio.
Conspicor.
Furtificus.
Infelicem.
Curriculo.
Scurra.
Pãtherinũ genus.
Pugilice.
Athletice
Voluptabilem.
Vidulo.
Mellina.

Mulcibet credo arma fecit quæ in bello habuit ſtratiphocles.
Tranſuolauerũt ad hoſtes.Ep.tũ ille prognatus tethi.
Nerei.
Sine perdat:alia apportabunt ei nerci filiæ.
Materies.
Id modo uidendum:ut materies ſuppetat ſcutariis:
Scutarii.
Si in ſingulis ſtypendiis ad hoſtis exuuias dabit.
Supſedere.
Te. Superſede his rebus iam.Ep.tu ipſe ubi lubet finem face.
Te. Deſiſte percũctari.Ep.loquere ubi ipſe eſt ſtratiphocles.
Te. Eſt cauſa:qua cauſa mecũ ire ueritust.Ep.quidnã id eſt?

Patrẽ ſe uidere nõ uult.ita ſcribẽdus eſt uerſus.& ex recta ſententia: & ex metri neceſſitate: non ſenẽ: ut legit Pius:& Sarracenus item:legis metricæ uterq; ignarus.

Te. Patrem ſe uidere non uolt etiã nunc.Ep.qua,ppter?Te.ſcies.
Quia forma lepida & liberali captam adoleſcentulam
De p̄da mercatust.Ep.qd ego ex te audio?Te.hoc qđ fabulor.
Animi cauſa.
Ep. Cur eam emit?Te.animi cauſa.Ep.quot illic homo aios habet:
Nam certo priuſq̃ hinc ad legionem abiit domo.ipſe mihi
Mandauit ab lenone ut fidicina quã amabat ſibi
Emeretur id ei ego impetratum reddidi.Te.utcunq;
In alto uentust epidice:ex imo uelũ uortitur.
Ep. Ve miſero mihi.male perdidit me.Te.qd iſtuc? qdnã ẽ?Ep.qd?
Iſtãc quã emit quãti eã emit?Te.uili.Ep.haud ego iſtuc te rogo.
Te. Quid igitur?Ep.quot minis?Te.tot.quadraginta minis.Ep.id
Danista.
Adeo argẽtũ?Te.ab daniſta:apud thebas.Ep.ſũpſti fœnore?
Te. Indies minaſq; argẽti ſingulas nummis.Ep.papæ.
Basilice.
Te. Et is daniſta aduenit una cum eo:qui argentum petit.
Ep Di immortales ut ego interii baſilice.Te.quid iã:aut quid eſt
Epidice?Ep.perdidit me.Te.qs?Ep.ille qui arma perdidit.
Te. Nã quid ita?Ep.quia quottidie ipſe ad me ab legione epiſtolas.
Mittebat.ſed taccam optumum eſt.plus ſcire ſatius eſt
Q uã loqui ſeruum hominẽ ea ſapia eſt.Te.neſcio ædepol
Q uid tu timidus es.trepidas epid ce.ita uoltũ tuum
Videor uidere cõmeruiſſe hic me abſente aliquid mali.
Ep. Potin ut moleſtus ne ſis?Te.abeo.Ep.aſta.abire hic nõ ſinam.
Te. Q uid nunc me retines?Ep.amat ne iſtã:quã emit de p̄da?Te.ro
Deperit.
Degetur.
Deperit.Ep.degeť coriũ de tergo meo.Te.plus te amat (gas:
Q uã unq̃ amauit.Ep.iuppiter te perduit.Te.mitte nunc iam.
Nam ille me uetuit domũ uenire.ad chæribolum iuſſit huc
In proximũ.ibi manere.eo eſt ipſe uẽturus.Ep.quid ita?
Te. Dicam.quia patrem prius conuenire ſe non uolt:neq;
Conſpicari q̃ id argentum quod debet dinumerauerit.
Ep. Tu ædepol re es turbulentus.Te.mitte me ut eam nunc iam.
Ep. Hæccine ubi ſcibit:ſenex iſtæc puppis pereũda eſt probe?
Te. Quid iſtuc quæſo ad me attinet:uel quo tu intereas modo?
Ep. Q uia perire ſolus nolo. te cupio perire ſimul
Beniuolens cũ beniuolente.Te.abi a me in malã rem maximam
Cum iſtac conditione.Ep.i ſane ſi quid feſtinas magis.

Te. Nunq̄.hoiem queq̄ conueni.unde abierim lubentius.
Ep. Illic hinc abiit.solus es nunc epidicæ quomodo
Meexpeditum ex impedito faciam:cōsilium placet.
Ego.primū miseri perpuli meis dolis senem:
Vt censeret suam argento sese emere filiam
Is filio suo fidicinam emit.quā ipse amat:quā abiens
Mandauit mihi.sibi nunc ab legione alteram adduxit
Animi causa:corium perdidi.nam ubi senex senserit — Corium.
Sbi data esse uerba:uirgis dorsum despoliet meum.
At enim p̄caue:nihil est istuc plane hoc corruptūst caput.
Nequā homo es epidice.qui tibi libidost male loqui?
Qui tu te deseris?quid faciam?men tu rogas?tu quidē
Antehac aliis solebas dare consilia mutua.
Quid?aliqua reperiūdum est.sed ego cesso ire obuiam
Adolescenti.ut quid negoci sit sciam atq; ipse illic est.
Tristis est.huc cū chæribolo incedit æquali suo
Huc concedam.orationem unde eorū placide persequar.

Stratiphocles.Chæribolus adolescēs.Epidicus. vii

St. Rem tibi elocutus sū oēm chæribole iā atq; ad modū
Meū mœrorū:atq; amorę:sūmam edictaui tibi.
Ch. Præter ætatē & uirtutē stultus es stratiphocles:
Id ne pudet te?quia captiuā genere prognatam bono — Id te pudet
In præda es mercatus?quis erit.uitio qui id uortat tibi?
St. Qui inuident omnes inimicos mihi illoc facto repperi:
At eius pudicitiæ nunq̄ nec uim nec uitium attuli.
Ch. Iam istoc probior es meo quidē aio cū in amore tēperes.
St. Nihil agit qui diffidentē uerbis solatur suis — Cōsolator qs bonus sit.
Is amicus est qui in re dubia re iuuat.ubi re est opus.
Ch. Quid tibi me uis facere?St.argenti dare quadraginta mnas:
Qd' danistæ detur:unde ego illud sumpsi fœnore.
Ch. Si haberem hercle.St.nam quid igitur te mihi esse rettulit
Beneficum oratione:si ad rem auxilium emortuum est.
Ch. Quin ædepol egomet amore differor.St.malim — Differor amore.
Istiusmodi mihi amicos furno mersos:q̄ foro:
Sed operam epidici nunc me emere p̄tio p̄tioso uelim.
Quē quidē ego hominem irrigatū plagis pistori dabo:
Nisi hodie prius comparassit mihi quadraginta minas
Quā argenti fuero elocutus ei postremā syllabam.
Ep. Salua res est.bene promitte modo.spero seruabit id
Sine meo sumptu.patæ iā sunt scapulis symbolæ. — Symbolæ.
Aggrediar hominē aduenientē herū suū stratiphoclem — Peregre de loco.
Salua impertit salute epidicus seruus.St.ubi is est?Ep.adest.
Saluum gaudeo aduenisse.St.tā tibi credo istuc q̄ mihi.

Ep. Bene ne usq; ualuisti?St.a morbo ualui:ab aio æger fui.

Ep. Q uod ad me attinuit:ego curaui:qđ mandasti mihi
Impetratũ est.emptast ancilla:qđ ad me litteras
Missiculabas.St.perdidisti omnem operam.Ep.nã qui perdidi?

St. Q uia meo neq; cara cordi est:neq; placet. Ep.qd mihi retulit
Tantopere te mandare & mittere ad me epistolas?

St. Illam amabam olim:nunc iam alia cura impendet pectori.

Ep. Hercle miserum est:ingratum esse hominẽ id qđ facias bene:
Ego qđ benefeci malefeci:quia amor mutauit locum.

St. Desipiebã mentis quũ illas scriptas mittebam tibi.

Ep. Mé piacularem oportet fieri ob stulticiam tuam:
Vt meum tergum stulticiæ tuæ subdas succidaneum?

Ch. Q uid uerba facimus?homini huic opus est quadragita mnis
Celeriter calidis danistæ quas resoluat:& cito.

Ep. Dic modo unde auferre me uis:a quo trapezita peto?

St. Vnde libet.nam ni illas ante solis occasum hodie ἐλω.
Meam domũ tu ne imbites:ego te in pistrinum dabo.

Ep: Facile tu istuc sine periculo & cura corde libero
Fabulare ioui tergo nostro:sed dolet quũ ego uapulo.

St. Q uid tu nunc?patieri ut ego me interimã?Ep.ne feceris
Ego istuc accedam.potius periclum atq; audaciam.

St: Nunc places:nunc ego te laudo.Ep.patiar ego istuc qđ lubet.

St. Quid de illa fiet fidicina igitur.Ep. aliqua reperibitur:
Aliqua ope exoluã:extricabor aliqua.St.plenus consilii es.
Noui ego te. Ep.euboicus miles locuples multo auro potens.
Q ui tibi quũ istã emptã esse scibit:atq; hanc adductã alteram.
Continuo te orabit ultro ut illã transmittas sibi:
Sed ubi illa est quã tu adduxisti tecum?St.iã faxo hic erit.

Ch. Q uid hic nunc agimus?St.eamus intro ad te ut hunc hodie diẽ
Luculente habeamus.Ep.ite intro.ego de re argentaria
Iam senatum conuocabo in corde consiliarium
Cui potissimum indicatur bellum:unde argentum auferam
Epidice uide quid agas:ita res subito hæc obiectast tibi
Non enim nunc tibi dormitandum:neq; cũctandi copia est
Tibi audendum est.senem oppugnare certũ est consilium.
Abi intro atq; adolescenti dic nostro herili filio
Ne hinc foras ambulet:neue usq; ueniat obuiam seni.

Apœcides.Periphanes.Senes duo

Ap. PLeriq; homines:quos quũ nihil refert:pudet vi
Vbi pudendũ est:ibi deserit eos pudor:
Quũ magis usus est ut pudeat.is tu adeo es:qui des
Q đ pudendum fiet:genere natã bono pauperem
Domum ducere uxorem:præsertim eam qua ex tibi
Cõmemores hanc quæ domi est prognatam familiam.

Missicula-bas.

Desipiebã mentis.

Piacularẽ

Succida-neum.

Danistæ.

ἐλω.

Imbites.

Luculente.

Pudẽdũ est

Nã ni illas ante solis occasũ hodie ἐλω. ita scribẽdus uersus ẽ: & sniæ congruitate:& metri necessitate. aliẽ mácus & claudus eẽt: qđ utiq; Pius & Sarracenus. interp̃tes lusci nó conspexerunt.

Meá domú tu ne imbites. ego te ĩ pistrinũ dabo.uersus hic p cul dubio sic scribi debet:si metri rõni & sẽtentiæ satisfactũ uolumus.nec scribẽdũ est. tute . sed ego te. nec supplẽdũ est. ibis. sed ascribẽdum dabo.nec imbitas.legẽdũ censemus:sed imbites p inhabites uel introeas. uel imbita:ut codices aliqui habent p inhabita.uel introi: nó aũt ĩbitas.quũ ab ito. as. cõpositum sit imbito. & primæ sit coniugationis.non tertiæ.

Qui tibi quũ istam emptá.&c. istá ex metri necessitate ascribe: & ex codicibus antiquis:& sniæ cõgruitate.aliter uersus claudicaret: qđ quidẽ a Pio luscitio commẽtatore non est ppensum.

Tibi audendũ est. senem oppugnare certum est cõsiliũ. ita legendus est hic uersus: nisi uelimus: sniæ rectæ poetæ derogare. nam si ita legas : snia melius quadrabit : & non adeundum sicut Pius cõmentator legere uidetur:ut in suoꝝ commẽtatoꝝ codice scriptum reliquit.

Per. Reuereor filium.Ap.at pol ego te credidi
Vxorem quā extulisti pudore te exequi.
Cuius:quotiens uides sepulchrum sacrificas
Horco ilico hostias:neq; adeo iniuria.
Quia licitum est eam ubi uiuendo uincere.
Per. Oh hercules ego fui:dum illa mecum fuit.
Neq; sexta ærumna acerbior herculi.q̄ mihi
Illa obiectast.Ap.pulchra ædepol dos pecuniast.
Per. Q uæ quidem ædepol est non marita apoecide.

Quæ quidem ædepol ē nō marita apœcide. ita scribēdus uersus.& Apœcide.addēdum fuit:ad uersus ītegritatem:cui deficiebāt pedes duo.ī fine.& ēt ad sententiæ coherentiam: qđ a Pio non uisum. nec intellectum est.

Epidicus.Seruus.Apocides.Periphanes. vii

Epi. ATat tacete:habete animū bonum liquido exeo
Foras auspicio aui sinistra:acutū cultrū habeo:
Qui seni exēterem marsupiū.sed eccū ipsū ante ædis
Conspicor apoecidæ qualis uolo uetulos duos.
Iam ego me uortā in hirudinē atq; horū exorbebo sanguinē
Senati qui columen cluent. Ap.ut continuo fiat
Maritus.Pe.laudo cōsilium tuū:nā illū ego audiui
Hærere iuniorem apud nescio quā fidicinā.

Qui seni exēterem marsupiū. scribēdum est necessitate metri. & non senis qui.ut Pius legit.

Exenterem marsupiū. Hirudinē. Exorbebo. Marcell. Senati. Cluent.

Id ego excrucior.Ep.di hercle oēs me adiuuant:augēt:amant.
Ipsi hi mihi dant uiā:quo pacto ab se argentū auferam.
Age nunc iā orna te epidice:& palliolū in collū coniice:
Atq; adsimulato quasi per totā urbē hoiem quæsiueris:
Age si quid agis.di imortales utinā conueniam domi
Periphanem:per oēm urbem quē sum defessus quærere.
Per medicinas:tonstrinas:in gymnasio:atq; in foro: Medicina.
Per myropolia:& lanienas:circūq; argentarias
Rogitando sum raucus factus:pene in cursu concidi. Mytopolia
Ap. Epidice.Ep.epidicū quis est qui reuocat?Pe.ego sū periphanes.
Ap. Et ego apœcides sū.Ep.& ego qdē sū epidicus:sed here optūa
Vos uideo ambo aduētare opportunitate.Pe.quid reist? Ambo pro ambos.
Ep. Mane sine respirē quæso.Pe.imo adquiesce.Ep.aio malest.
Recipiā anhelitū.Ap.clementer quiesce.Ep.animū aduortite.
A legione oēs remissi domū sunt thebis.Ap.sic factum?
Ep. Ego ita factum esse dico.Per.scin tu istac certo?Ep scio.
Per. Q ui tu scis?Ep.quia ego ire uidi milites plenis uiis.
Arma referunt.iumenta ducunt.Pe.nimis factum bene.
Ep. Tū captiuorum quid ducunt secum?pueros:uirgines:
Binos ternos:alius quisq;.fit concursus per uias:
Filios suos quisq; uisit.Pe.hercle rem gestam bene:
Ep. Tū meretricū numerus tantus:quantus in urbe omni fuit. Visit.
Obuiam ornatæ occurrebant suis quæq; amatoribus. eos
Captabant:id adeo scio qui maxime animūaduorterim
Pleræq; hæ sub uestimentis secū habeant retia.

Quũ ad portam uenio:atq; ego illã illi uideo præstolarier.
Et cum ea tibicinæ ibant quattuor.Pe.qui cũ epidice?
Ep. Cũ illa quã tuus gnatus annos multos deamat:deperit:
Vbi fidẽq;:remq;:seq;:teq; properat perdere.
Ea præstolabatur illum ad portã.Pe.uiden ueneficam?
Ep. Sed uestita ornamenta:ut lepide:ut concinne:ut noue.
Per. Q uid erat induta:an regillam induculam:an mendiculam.
Ep. Impluuiatam:ut istæc faciunt uestimentis nomina.
Per. Vt impluuium erat induta?Epi.quid istuc mirabile est?
Q uasi non fundis exornatæ multæ incedant per uias.
At tributus quũ imperatus est:negant pendi posse.
His quibus tributus maior penditur pendi potest.
Q uid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua:
Tunicam rallam:tunicam spissam:linteolum cæsicium.
Indusiatam:patagiatam:caltulam:aut crocotulam:
Supparum:aut subminiam:ricam.basilicum:aut exoticum.
C umatile:aut plumatile:aut cerinũ.gerræ maximæ.
Cani quoq; ademptũst nomẽ.Ep.qui?Per.uocant laconium.
Hæc uocabula auctiones subigunt:ut faciant uiri.
Per. Q uin tu ut occœpisti loquere.Ep.occœpere aliæ mulieres
Duæ post me fabulari inter sese:ego abscessi solens
Paulũ ab illis.dissimulabã me harum sermoni operam dare.
Nec sat exaudiebam:nec sermonis fallebar tamen.
Q uẽ loquerentur.Per.id lubido est scire.Ep.ibi illarum altera
Dixit illi:qui cum ipsa ibat.Per.quid?Ep.tace ergo:ut audias.
Postq̃ illã sunt conspicatæ:quã tuus gnatus deperit:
Q uã facile & fortunate illi euenit obsecro mulieri:
Liberare quã uult amator.quisnam is est inquit altera:
Illa ibi nominat stratiphoclẽ periphanæ filium.
Per. Perii hercle qd ego ex te audio?Ep.hoc qd actũ.egomet post ibi
Cœpi rursum uorsum ad illas pauxillatim accedere
Q uasi rẽ truderet hominum me uis inuitũ.Per.intellego.
Ep. Ibi illa interrogat illam:qui scis?qui id dixit tibi?
Quin hodiæ allatæ sunt tabellæ ad eam a stratiphocle:eum
Sumpsisse argentum apud thebas ab danista fœnore
Id paratum.& sese ob eam rem id ferre.Per.cede ego occidi.
Ep. Hæc aiebat sic audiuisse se.abs se.atq; epistola.
Per. Q uid ego nunc faciã?consilium a te expetesso apoecides
Reperiamus aliquid callidi conducibilis consili.
Nã ille qd' aut iã hic aderit credo hercle.aut iã adest.Ep.si æquũ (siet
Me plus sapere q̃ uos.dederim uobis cõsiliũ catũ.
Quod laudetis.ut ego opinor.uterq;.Pe.ergo ubi id est epidice.

Præstolarier illi.
Præstolabatur illum.
Regilla.
Induculã:
Mendiculã
Impluuiatã
Tributus.

At tributus.duæ sũt dictiones.nõ una tantum:ut Pius cõmentatur.

Rallam.
Tunicam
Cæsicium
Linteolum
Indusiatã
Patagiatã
Caltulam
Crocotulã.
Supparum
Ricam.
Basilicum.
Exoticum.
Cumatile.
Plumatile
Cerinum.
Gerræ.
Fallebar sermonis.

Crocotulam. Varro quoq; legit in uocabulo intusiũ.

Cerinum. Nonius hunc locum citans a ceræ colore dictũ putat.

Rursum.
Vorsum
Pauxillatĩ
Danista
Expetesso.
Catum
Consilium

Ep. Atq; eam ad rem conducibile.Ap.quid istuc dubitas dicere.
Ep. Vos priores esse oportet.nos posterius dicere.
Quod plus sapitis.Ap.eia uero:age dic.Ep.at deridebitis.
Ap. Non ædepol faciemus.Ep.si placebit utiminor
Consilium.si non placebit: reperitote rectius
Mihi istic nec seritur:nec metitur.nisi ea quæ uis uolo.
Per. Gratiam habeo fac participes nos.Ep.nunc occasiost
Faciundi prius in urbem q̄ aduenit.sicut cras hic
Aderit:hodie nõ uenerit.Per.qui scis?Ep.scio.quia
Mihi alius dixit:qui illinc uenit.mane hic hunc adfore.
Per. Quin tu eloquere quid faciemus.Ep.sic faciundum censeo.
Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia.
Quasi quæ ames tu ueheméter illam.Per.quã ad rẽ istuc refert.
Ep. Vt enim præstines argento priusq̄ ueniat filius:
Atq; ut eam te in libertatem dicas emere.Per.intelligo.
Ep. Vbi erit empta:ut aliquo ex urbe amoueas:nisi tua secus
Sententia ẽ.Pe.immo docte.Ep.quid tu aũt apoecides?
Ap. Quid ego iam:nisi te cõmentum nimis astute intelligo.
Ep. Iam tum igitur amota ei erit omnis consultatio.
Nuptiarum:ne grauetur quod uelis.Ap.ui sapis.& placet
Tum tu igitur callide iam quicquid acturus es age.
Per. Rẽ hercle loquere.Ep.repperi & hæc te qui abscedat suspicio.
Per. Sine scire.Ep.scibis.audi.Ap.sapit hic pleno pectore.
Ep. Opus est homine qui illo argentũ deferat pro fidicina.
Nam te illo nõ æque opus facto ẽ.Per.qd̄ iam?Ep. ne te cẽseat
Filii cã facere.Per.docte.Ep.quo illũ ab illa prohibeas.
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat:
Pe. Quẽ hominẽ inueniemus ad eam rem utilẽ?Ap.hic erit optim9.
Hic poterit cauere recte:iura qui & leges tenet.
Pe. Epidice habeas gratiã.Ep.sed ego istuc faciam sedulo.
Ego conueniam illũ:atq; adducam ad te quoiast fidicina.
Ap. Illane?Ep.atq; argẽtũ ego cũ hoc ferã.Pe.quãti emi põt minimo?
Ep. Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas.
Verum si plus dederis:referam.nulla in ea re captiost.
Atq; id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
Per. Quidum?Ep.quia enim mulierẽ illam alius adolescens deperit
Auro opulentus:magnus miles rhodius:raptor hostium
Gloriosus.hic emet illam de te.& dabit aurum iubeas
Tace mõ.est lucrũ hic tibi amplũ.Pe.deos qdẽ oro.Ep.ĩpetra.
Ap. Quin tu is intro:atq; huc argentũ promis?ego uisam ad forũ
Epidice eo ueni.Ep.ne abeas prius q̄ ad te uenero.
Ap. Vsq; operiar.Pe.sequere tu intro.Ep.i:numera:nihil ego moror.

Vtiminor. scribẽdũ est. metri necessitate: & sententiæ cõcinnitate: qa ad duos loq̄tur. & nõ utitor ut Pius legit. nec s̄niæ. nec metri h̃ns ratione.

Occasio.

Præstines.

Nã te illo nõ æque opus facto est. Delirabat Pius quũ hunc locum cõmentaretur. legens telo: id qd̄ uel a prandio fecit: uel ab occupatis furore quopiam sens bus. nã: te illo: in codicibus antiq̄s & manu scriptis oĩbus legitur: & s̄nie maxĩe cohæret: inquit. n. epidicus non opus ẽẽ senẽ illuc: re. s. & reddit rationẽ: ne te cẽnseat filii causa facere. nam p̄ter propositum esset: si telo legeretur: ut cuilibet nõ despiẽti liquere potest.

Atq; id non decem occupatum tibi erit argẽtum dies. ita scribi debet ṽsus hic. ex codicibus antiq̄s ad litterã: & ex s̄niæ coherẽtia: & uersus recta ratione. nec scribendũ ẽ decet: p decẽ. nec addendũ duos post erit: ut indocte: & contra s̄niæ: & metri: rationẽ corrigit Pius. dicẽs duos addendũ ut supra: ex codicibus ãtiquis: & in hoc maxime mẽtiens.

Ad quadraginta.

Opulẽtus.

Epidicus. vi


Vllum esse ego agrum opinor in agro atthico
Aeque feracem: q̃ hic est noster periphanes
Quin ex occluso:atq; obsignato armario
Decutio argenti tantũ:quantum mihi lubet:
Quod pol ego metuo si senex resciuerit
Ne ulmos parasitos faciat:atq; usq; attondeat
Sed me una turbat res:ratioq;:apoecidi
Quã ostendam fidicinam aliquam conducticiam.

Conducticiam.

Atq; id quoq; habeo.mane me iussit senex
Conducere aliquam fidicinam sibi huc domum
Dum rem diuinam faceret cantaret sibi.
Ea conducetur.atq; ei præmonstrabitur
Quo pacto fiat subdola aduersus senem
Ibo intro:argentum accipiam ab damnoso sene.

Stratiphocles.Cheribolus.

St. 
Xpectando exedor miser.atq; exeteror:quo mihi vii
Epidici blanda dicta eueniant:nimis diu maceror.
Sit ne qd:nec ne sit:scire cupio.Ch.per illã tibi copiã.
Copiam parare aliam licet:sciui equidem in principio
Ilico nullam tibi esse in illo copiam.St.interii
Hercle ego.Ch.absurde facis:q̃ agas te aĩ.St.si hercle ego illũ se(mel
Præhẽdero:nunq̃ irridere nos illũ inultum sinam
Seruum hominẽ.Ch.quid illũ facere uis:qui tibi:cui diuitiæ
Domi maximæ sunt nũmũ his nullũ habes:nec sodali tuo
In te copiast.si hercle habeam pollicear lubens.uerum
Aliquid aliqua:aliquo modo:alicũde:ab aliquibus:aliqua
Tibi spes ẽ:fore mecum fortunam.St.ue tibi murcide homo.
Ch. Qui tibi lubet mihi male loqui?St.quippe tu mihi
Aliquid aliqua aliquo modo:alicũde:ab aliquibus:blatis.
Quod nusquãst:neq; ego id immitto in meas aures.nec mihi
Plus adiumenti das.q̃ ille qui nunq̃ etiam natus est.

Exenteror.

Inultum.

Murcidus.

Murcide hõ. hoc loco Pius isaniẽs hermolaum barbarũ uirum nostra ætate incõparabilem incessit: inquiens illum pueriliter & prope socordiose plabi. Et quid tandẽ garriat ipsemet Pius ignorat. quippe Hermolaus locũ hũc corrigit. & murcide scribẽdum asserit: qd̃ inertem & socordem significare ex festo inquit. idemq; Pius ab illo acceptum refert. q̄ quãdoq; lectum sit in Plauto:uel hoc ipso loco: muricida:nõ dissimili significatiõe ab ea:quã apud græcos habet Τοιχώρυχος: tam clarũ ẽ: ut oẽs fere codices manuscripti ita ꝑpemodum habeant. quos hoc ipso loco taxat Hermolaus:murcide scribẽdũ esse inquiẽs. qd igitur clamat Pius.imo quid obloquitur.& eius detractiõe: cuius nomen audire nõ meretur.sibi famã querit? ualeat rabiosus hic famæ aucupator & gloriæ.

Epidicus.Stratiphocles.Cheribolus.Adole.


Ecisti officiũ iam tuũ.me meũ nũc facere oportet vii
Per hanc curã quieto tibi licet esse.hoc quidẽ iã periit.
Nisi quid tibi hinc in spem referas hoc oppido politũ ẽ
Crede modo mihi.sic ego ago.sic egere nostri.proh di
Immortales mihi hunc diem dedistis luculentum

Luculentũ

Vt facilem:atq; impetrabilem.sed ego hinc migrare cesso
Vt importem in coloniam hunc auspicio meo cõmeatum
Mihi cesso quum sto.sed quid hoc?ante ædis duos sodales
Herũ:& cheribolum cõspicor:quid hic agitis?accipe hoc sis.
St. Quantũ hic inest?Ep.quantũ sat est:& plus satis.superfit

Decem minis plus attulis:q; tu danistæ debes.
Dum tibi ego placeam:atq; obsequar:meũ floccifacio tergũ.
St. Nam quid ita?Ep.quia ego tuũ patrem faciam parenticidã.
St. Q uid istuc ẽ uerbi?Ep.nihil moror uetera & uulgata uerba.
Para tu ductare:atq; ego follitum ductitabo Follitum
Nam leno omne argentũ abstulit pro fidicina.ego resolui
Manibus his dinumeraui.pater suam natam quã esse credit.
Nunc iterũ ut fallatur pater:tibiq; auxiliũ apparetur
Inueniam.nam ita suasi seni.atq; hanc hũi orationem
V t quum redisses ne tibi eius copia esset.St.euge
Ea iam puella domist.teneo.Ep.nunc actorem mihi dedit
Ad hanc rem apoeciden.is apud forũ manet me:quasi qui
Amare te caueat.haud male.iam cautor ipse captust
Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocauit Crumenã.
Is adornat ueniens ut domi extemplo maritus fias.
St. V no persuadebit modo:si illam quæ adducta ẽ mecũ
Mihi adẽpsit horcus.Ep.uerũ nunc ego astutiam hanc institui Adempsit.
Deueniam ad lenonẽ domũ egomet solus.eũ docebo:
Si quidẽ ad eum deueniam:ut sibi datum esse argentũ dicat
Pro fidicina argenti minas se habere quinquaginta
Q uippe ego quas nudiustertius meis manibus numeraui Nudiustertius.
Pro illa tua amica:quã pater suã filiam esse retur.
Ibi leno caput suum sceleratũ ĩprudens alligabit
Q uasi pro illa argentum accæperit quæ tecum nũc adducta ẽ.
Ch. Vorsutior es:q̃ rota figularis.Ep.ego aliquam parabo
Dolosam fidicinam nũmo conducta quæ fit:quæ se
Emptam simulet:quæ senes duo docte ludificetur.eam Duo ĩ actõ casu.
Ducet simul apoecides ad tuum patrem.ut pate
Eam præmeditatam: meis dolis: astutiisq;
Onustam mittam.sed nimis longum loquor diu me
Estis demorati.hæc scitis ut futura sint.abeo iam.
St. Bene ambulato.Ch.nimis ẽ doctus ille ad malefaciendũ.
St. Me quidem certo seruauit consiliis suis.Ch.abeamus
Intro.St.atq; aliquanto lubentius:q̃ abs te sum egressus intus Intus de loco.
Virtute:atq; auspicio epidici cum præda in castra redeo.

Periphanes.Apocides.Senes duo

Per. Honoris causa modo homines æquum fuit vi
Sibi habere speculum:ubi os contẽplarent suum Contẽplarent.
Sibi qui perspicere possent cor sapientiæ.
Igitur perspicere ut possint cordis copiam
Vbi id inspexissent: cogitarent postea
Vitam ut uixissent olim in adolescentia.
Vel quasi egomet:qui filii causa cœperam
Me excruciare animi:quasi quid filius meus Excruciare me animi

Ea iam puella domist teneo nũc actorẽ mihi dedit.ita scribẽdus uersus est.& ex fniæ cõcinnitate.& metri rõne eius nec opus ẽ de thessala:& pelia fabulosa referre: quæ Pius cõmẽtator:& rationis carminis ignarus rettulit.

Docte.scribendũ ẽ. metri necessitate & non docta:ut Pius legit.

Sibi qui perspicere possent.ratione metri & fniæ concinnitate: nõ si id qui.neq; si ibi perspicere.ut indocte refertur & corrigit Pius.

Deliquisset mederga:aut quasi non plurimum
Malefacta mea essent solida in adolescentia.
Profecto deliramus interdum senes
Fuit hoc conducibile mea sententia.
Sed meus sodalis it cum præda apoecides:
Venire saluum mercatorem gaudeo
Quid fit? Ap. di dexteq; te adiuuant.res prospere
Omen placet iam:quom omini omẽs suppetunt
Res prosperæ,sed tu hanc intro abduci iubes.
Pe. Heus intus uos exite huc aliquis iam foras
Duce istam intro mulierem:concludi uolo.
Atq; audin? Ap. quid uis? Pe. caue sis cum filia mea.
Hanc copulari:neq; conspicere.iam tenes
In ædiculam seorsum istæc eat iube.
Diuortunt mores uirgini longe ac lupæ.
Ap. Docte & sapienter dicis.non nimis potest
Pudicitiam quisq̃ seruare suæ filiæ.
Aedepol næ ista tempore suo gnato tuo
Sumus præmercati.Pe.quid iam? Ap.quia dixit mihi
Iamdudum alius se tuum uidisse hic filium.
Pe. Hanc edepol rem apparabat.Ap.plane hercle hoc quidem est.
Næ tu graphicum habes seruom:& quanti uis pretii.
Per. Non caruſt auro contra.Ap.ut ille fidicinam
Fecit nescire prorsus se esse emptam tibi.
Illam ridibundam:atq; hilaram huc adduxit simul.
Per. Mirum hoc qui potuit fieri.Ap.te pro filio
Facturum dixit rem esse diuinam domi
Ego illic me aũt adsimulabam quasi stolidum
Cum bardum me faciebam.Pe.immo ita quidem decet.
Ap. Res magna amici apud forum agitur.ei uolo
Ire aduocatus.Pe.ito atq; ubi erit ocium:
Reuertere ad me extemplo.Ap.continuo hic ero.
Per. Nihil homini amico est opportuno amicius.
Sine tuo labore quod uelis actũst tamen.
Ego si adlegassem aliquem ad hoc negocium
Minus hominem doctum:minusq; ad rem hanc callidum
Os sublitum esset:itaq; me alcatis dentibus
Meus derideret filius meritissumo.
Atq; hæc stultitiaſt:me illi uitio uortere:
Egomet quod factitaui in adolescentia
Quum militabam:pugnis memorandis meis
Eradicabam hominum aureis quãdo occœperam
Sed hic quis ẽ quem huc aduenientem conspicor:
Suam qui undantem chlamydem quassando facit.

Mederga.

Duce pro duc

Pudicitia filiæ nimis seruari nõ potest.

Graphicũ seruum.

Hilaram.

Bardum. Βραδισ.

Sublitũ os.

Alcatis dẽtibus.

Chlamydẽ undantẽ facit.

Sic delẽdũ ẽ. metri ratione.& ex codi. antiquis:in q̃bus nõ ẽ.

Me alcatis dẽtibus. ita scribeñ. censemus ex codi. ãtiqs.& exponendũ alcatis.i. lõgis pminẽtibus: & similibus labro feræ:q̃ alce dicitur.& in hercynia silua germaniæ reperitur mulis cõparãda nisi q̃d adeo ppẽsum habet superius labrũ: ut nihil recedẽs in posteriora uestigia pasci neq̃at. itaq; retrograditur in pascẽdo: ne in priora tẽdẽs inuoluatur. de qua Ply.li.viii. ca.xv. disserit.

Meus addẽdũ fuit ex codi antiqs.& metri necessitate.

Miles. Senex Periphanes. Fidicina.

Mi. CAue præterbitas ullas ædis quin roges vi Præterbitas
Senex hic ubi habitat periphanes platenius.
Per. Incertus sum. caue. ad me rettulit pedem.
Adolescens si istunc hoiem quem tu quæritas
Tibi commonstrasso: ecquam abs te inibo gratiam?
Mi. Virtute belli armatus promerui: ut mihi
Omnes mortalis deceat agere gratias.
Per. Non repperisti adolescens tranquillum locum
Vbi tuas uirtutes explices ut postulas.
Nam strenuiori deterior si prædicat Strenuior
Suas pugnas de illius ore fiunt sordidæ.
Sed istum quem quæris periphanem platenium
Ego sum: si quid uis. Mi. nēpe quem in adolescentia
Memorant apud reges armis arte duellica Duellica arte.
Diuitias magnas sibi adeptum? Pe. immo si audias
Meas pugnas: fugias manibus demissis domum.
Mi. Pol ego magis unum quæro meas cui prædicem:
Quā illum qui memoret suas mihi. Pe. hic non ē locus.
Quin tu alium quæras cui centones farcias. Centones.
Mi. Animū aduorte ut quod ego ad te uenio intelligas:
Meam ego amicam audiui mercatum te esse. Pe. atat
Nunc demū scio ego hunc qui sit: quē dudū epidicus
Mihi prædicauit militem. adolescens ita st
Vt dicis: emi. Mi. uolo te uerbis pauculis Pauculis.
Si tibi molestum non ē. Pe. non ædepol scio
Molestum mihi non ē: nisi dicis quid uelis.
Mi. Mihi illam ut tramittas. atq; argentum accipias: Tramittas.
Abeas. nam quid ego apud te proloqui parem:
Ego illam hodie uolo facere libertam meam
Mihi concubina quæ sit. Pe. te absoluam breui.
Argenti quinquaginta mihi illa empta est minis. Spondeus in.vi.
Sexaginta mihi denumerentur minæ:
Tuas possidebit mulier faxo ferias:
Atq; ita profecto: ut eam ex hoc exoneres agro. Exoneres eā ex hoc agro.
Mi. Est ne empta mihi hæc? Pe. istis legibus: habeas licet.
Mi. Conciliauisti pulchre. Per. heus foras educite
Quā introduxistis fidicinam. atq; etiam fides
Ei quæ accessere tibi addam dono gratis
Age accipe hanc sis. Mi. quæ te intēperiæ tenent? Spondeus in.vi.
Quas tu mihi tenebras cudis? quin fidicinam
Produci intus iubes? Pe. hæc ergo ē fidicina.
Hic alia nulla st. Mi. non mihi nugari potes: Nugari.
Quin tu hic producis fidicinam eropolistidem.

Per. Hæc inquam ē.Mi.nō hæc inquam ē.non nouisse meam
Merere amicam posse?Pe.hanc inquam filius
Meus deperibat fidicinam.Mi.hæc non ē ea.
Per. Quid non ē?Mi.non ē.Per.unde hæc igitur gentium ē?
Equidē hercle argentū pro hac dedi.Mi.stulte datum
Largiter. Reor.& peccatū largiter.Pe.immo ē hæc ea
Nam seruum misi qui solet gnatum meum:
Sectari.ipse hanc meo articulo emit fidicinam.
Articulati concidit. Mi. Hem istic homo te articulatim concidit senex
Tuus seruus.Pe.quid concidit?Mi.sic suspiciost.
Nam pro fidicina illa hæc nunc supposita ē tibi.
Sublitū os Senex tibi os ē sublitum plane & probe.
Per. Ego illam requiram iam ubi ubi est.bellator uale
Frugi epidice. Euge frugi epidice frugi es bene pugnasti.homo es.
Mucidum Qui me emūxisti mucidum minimi pretii
Mercatus te hodie ē de lenone a poecides.
Fi. Ehodum istunc hoiem nunq̄ audiui ante hunc diem
Neq; me quidem emere quisq̄ ulla pecunia
Potuit:quæ plus iam sum libera quinquēnium.
Domimeæ Per. Quid tibi negoci ē meæ domi igitur?Fi.audies
Conducta ueni:ut fidibus cantarem seni
Dum rem diuinam faceret.Pe.fateor me omnium
Hominum esse athenis atticis minimi pretii.
Sed tu nouistin fidicinam eropolistidem.
Fi. Tam facile:q̄ me.Pe.ubi habitat?Fi.postq̄ liberast
Vbi habitet dum incerto scio.Per.eho an aliquis eam
Liberauit?uolo scire si scis.Fi.quod audiui audies
Stratiphoclem audiui periphani filium
Absentem curauisse ut fieret libera.
Per. Perii hercle si istæc uera sunt.planissime
Exenterauit. Meum exenterauit epidicus marsupium.
Marsupiū. Fi Hæc sic audiui.nunquid me uis cæterum.
Per. Malo cruciatu ut pereas:atq; obeas cito.
Fi. Fides non reddis?Pe.neq; fides:neq; tibias.
Propterea igitur hinc:si te di amant fugere.Fi.abiero.
Flagitio cum maiore post reddes tamen.
Per. Quid nunc qui in tantis positus sum sententiis?
Alterū tñ. Eum ne ego sinam impune?immo etiam si alterum
Tantum perdūdūst:perdam potius:q̄ sinam
Me impune irrisum esse habitum:depecuatum eis
Sic data mihi esse uerba præsenti palam
Conditor cluet. Atq; me minoris factum præ illo qui omnium
Legum atq; iurum fictor conditor cluet.

Is etiam sese sapere memorat malleum
Sapientior est: ut malo hærens manubrio mulier.

Mulier. Periphanes viii

Mu. SI qd hoi est miseriarũ: quo miserescat miser ex animost.
Id ego experior quoi multa in unũ cõfluũt locũ meũ:
Quę pectus pulsant. simul erũnã multiplex exercitã — Exercitus.
Habet paupertas. territat pauor animi mentẽ. neq;
Vbi meas ego collocem spes. habeo usq̃ munitum locum.
Ita gnata mea hostiũst potita neq; ea nunc ubi sit nescio. — Dactilus i ultimo.
Per. Quis illæc ẽ mulier timido pectore peregre aduenięs: quæ ipsa — Quis mulier.
Se miserat? Mu. in his dictus locis ẽ habitare mihi periphanes — Miseratur.
Per. Me noiat hæc. credo illi ego hospitio usus inerit. Mu. peruelim
Mercedẽ dare qui monstret nũc eũ mihi hoiem: aut ubi habitet.
Per. Noscito ego hãc: nã uideor: nescio ubi: me uidisse prius. ẽ ne ea? — Dactilus i ultimo.
An non quam animus retur meus? dii boni uisitaui antidhac.
Certe east quam in epidauro pauperculã memini me cõprimere
Mu. Plane hic ẽ qui mihi in epidauro primus pudicitiam pepulit. — Pepulit.
Per. Quæ meo cõpssu peperit filiam quam nũc habeo domi?
Mu. Quid si adeã hũc? P. haud scio an ɔgrediar: si hæc ea ẽ. M. sin ẽ
Sicut ãni mĩti dubiã dant. P. lõga dies aium icertat meũ. (is hõ — Incertat.
Sin east: meo quã incerto aio: hãc cõgrediar astu. Mu. muliebris
Adhibenda mihi malitia nunc ẽ. Per. compellabo istanc ego.
Mu. Orationis aciem contra conferam. Per. heus tu: salua sis. — Orationis acies.
Mu. Salutẽ accipio mihi & meis. Per. quid cæterũ? Mu. saluus sies.
Quod credidisti reddo. Per. haud accuso fidem. nouin ego te?
Mu. Si ego te noui: animũ inducam uti noueris. Per. ubi te uisitaui? — Hypmeter.
Mu. Iniq; iniurius es. Per. quid iam? Mu. quia tuæ nũc me memoriæ
Interptari æquum censes. Per. cõmode. Mu. mira memoras.
Per. Hẽ istuc recti⁹ memistin? M. memini id. P. i epidauro. M. ah gut
Pectus mihi ardens aspersisti. Pe. uirgini pauperculæ (tula
Tuæq; matri me leuare paupertatem. M. tu ne is es
Qui per uoluptatem in mea erumna obseuisti grauiter?
Per. Ego sum. salue. Mu. salua sum: quia te esse saluum sentio.
Per. Cedo manũ. mihi. Mu. accipe erũnosam & miseriarũ compotẽ — Cõpotẽ miseriarũ.
Mulierem retines. Per. quid idest qđ digitos interturbat tuos:
Tum filiam quam ex te suscepi quid eam? Mu. eductam perdidi
Atq; hostium ẽ potita. Per. habe aium lenẽ: & tranquillum face
Domi meæ eccam saluam & sanam. nam postq̃ audiui ilico
Ex meo seruo illam esse captã: cõtinuo argentũ dedi: ut emeret.
Ille eam rem adeo sobrie & frugaliter accurauit: ut alias
Res. ẽ impẽse iprobus. Mu. fac uideã sit ne. P. eo cãtharaã statim — Impense.
Iube eropolistidem prodire filiam ante ædis meam:
Vt suam uideat matrem. Mu. remigrat aius nunc demũ mihi.

Fidicina. Periphanes Senex. Mulier. vii

Fi. Q Vid ẽ pater: qđ me exciuisti añ ædis? Pe. tuã ut matrẽ Videas: adeas: uenienti des salutem atq; osculum.

Fi. Q uam meam matrẽ? Per. quæ exanimata exequit̃ aspectũ tuũ.

Quis istæc Mu. Q uis istæc: quam tu osculum mihi ferre iubes? Pe. tua filia.

Mu. Heccine? Per. hæc Mu. ego ne osculũ huic dem? Per. cur nõ: q̃ ex te natast? Mu. tu homo
Insanis. Per. ego ne? M. tu. Pe. cur? M. qa ego hãc q̃ sit neq; scio
Neq; noui: neq; ego hanc oculis uidi ante hunc diem. Per. scio
Q uid erres. quia uestitum atq; ornatum imutabilem
Habet hæc. Mu. aliter catuli longe olent: aliter sues: nego
Eam nouisse. Per. proh deum atq; hominũ fidem. quid ego
Lenocinium facio qui quidem habeam alienos domi
Atq; argentũ exgurgitem? domo prorsum? quid tu: quæ patrem
Vocas me: atq; osculare? quid stas stupida? quid taces?

Fuat Fi. Quid loquar uis? Per. hæc negat se tuam esse matrẽ. Fi. ne fuat:
Si non uolt: equidẽ hac tamen inuita ero matris filia
Non me istanc cogere æquum ẽ meam esse matrem: si nõ uult.

Per. Cur me igitur patrem? uocabas. Fi. tua istæc culpa: non mea:
Non patrem ego nominem ubi tu tuam me appellas filiam?
Hanc quoq; etiam si me appellet filiam: matrem uocem
Negat hæc me filiam suam esse. non ergo hæc mater mea ẽ.
Postremo hæc mea culpa non ẽ. quæ didici dixi omnia

Austrũ p̄tuli Epidicus mihi magister fuit. Per. perii. austrum pertuli.

Fi. Nunquid ego tibi fortasse? Per. si hercle te unq̃ audiuero

Interimam tuã uitã. Me patrem uocare: uitam tuam ego interimam. Fi. non uoco
Vbi uoles pater esse: ibi esto. ubi noles: ne fueris pater.

Mu. Q uid? ob eam rem hanc emisti: quia tuam gnatam ratus?
Q uibus signis agnoscebas? Pe. nullis. Mu. quare filiam
Credidisti nostram? Per. seruus epidicus dixit mihi.

Mu. Quid si seruo aliter uisum ẽ: non poteras nouisse obsecro.

Per. Quid ego: qui illam ut primum uidi: nunq̃ uidi postea.

Mu. Perii misera. Pe. ne fle mulier. intro abi. habeto animum bonum.
Ego illam reperiam. Mu. hinc athenis ẽ ciuis atticus
Adolescentem equidem dicebant emisse. Per. inueniam: tace

Circe Abi modo intro: atq; asserua hanc circem solis filiam
Ego relictis rebus epidicum operam quærendo dabo.
Si inueniam: exitiabilem ego illi faciam hunc ut fiat diem.

Stratiphocles adolescens. Epidicus. Danista. Virgo. vii

St. M Ale morigerus mihi ẽ danista qui argentũ non petit:
Neq; adducit illã ex præda: sed eccũ incedit epidicus.

Caperat frons. Seueritudine. Q uid illuc quod illi caperat frons seueritudine?

Ep. Si undecim deos præter sese secum adducat iuppiter:

Ita non omnes.poterunt ex cruciatu eximere epidicum:
Periphanem emere lora uidi.aderat ibi una apoecides.
Nunc homines quæritare me credo.ſenſerunt.ſciunt
Sibi data eſſe uerba.St.quid agis mea cõmoditas?Ep.qđ miſer.
St. Quid eſt tibi?Ep.quin tu mihi adornas ad fugam uiaticum.
Priuſq̃ pereo?nam per urbem duo defloccati ſenes. Deffloccati ſenes.
Q uæritant me.in manibus geſtant copulas ſecũ:ſuis Copula
St. Habe animũ bonũ.Ep.quippe ego cui libertas in mũdo ſitaſt:
St. Ego ſeruabo te.Ep.ædepol me illi melius:ſi nacti fuant. Quis muliercula.
Sed quis eſt hæc muliercula:& ille rauiſtellus qui uenit? Rauiſtelluſ
St. Hic eſt daniſta.hæc illa eſt aũt quã emi ex præda.Ep.hæccineſt?
St. Hæc eſt.eſt ne ut tibi dixi?aſpecta.Ep.hæc?St.contẽpla epidice.
Vſq; ab unguiculo ad capillũ ſumũ.Ep.eſt.St.eſt?tu uiſe.ẽ ne Vnguiculo
Conſpice.nam ſignũ pictum pulchre uideris.Ep.ex tuis
Verbis meũ futurũ corium pulchrum prædicas:
Quem apelles:zeuſiſq; duo pingent pigmentis ulmeis.
St. Di imortales:ſoccos iuſſi adimere pedibus.pulmo enim
(Q uod perhibent)prius ueniſſet:q̃ tu adueniſti mihi.
Da. Hæc ædepol remorata ẽ me.St.ſiquidem iſtius gratia.
Remoratus ꝙ iſta uoluit.nimiũ aduenisti cito.
Da. Age age abſolue atq; argentum numera.ne comites moter.
St. Pernumeratũſt.Ep.crumenã tene huc inde.Da.ſapiẽter uenis. Crumena.
St. Operire dũ effero ad te argentum.Da.matura.Ep.domi eſt.
Satin ego oculis utilitatem obtineo ſincere an parum?
E philippa matre natam thebis:epidauri ſatam
Video ne ego te eropoliſtidem periphani filiam?
Vi. Quis tu homo es:qui meum parentũ nomẽ memoras & meũ?
Ep. Non noſti me?Vir.qđ quidẽ nunc ueniat in mentem mihi.
Ep. Lunulam:atq; anellũ laureolũ in digito?Vi.memini mi homo.
Ep. Non meminiſti me in aurem ad te adferre natali die?
Vi. Tu ne is es?Ep.ego ſũ:iſtic frater tuuſt alia matre:uno patre.
Vi. Q uid pater meus:uiuuſt?Ep.animo liqdo & tranqllo es:tace.
Vi. Dii me experdita ſeruatam cupiunt:ſi uera autumas.
Ep. Non habeo ullam occaſionem:ut apud te falſa fabuler. Occaſionẽ
St. Accipe argentum hoc daniſta.hic ſunt quadraginta minæ
Si quid erit dubiũ:immutabo.Da.benefeciſti:uale.
St. Nũc enim tu mea es.Vi.ſoror quidẽ ædepol:ut tu æque ſcias.
Salue frater.St.ſanan hæc eſt?Ep.ſana ſi appellat ſuum.
St. Q uid ego modo huic frater factus dum eo intro atq; exeo?
Ep. Q uod boni eſt id tacitus taceas tute tecum:& gaudeas.
St. Perdidiſti & reppeniſti me ſoror.Ep.ſtultus tace.
Tibi quidem quod ames domi præſtoſt fidicina opera mea.
Et ſororem in libertatem itidem opera concilio mea.

Di imortales. ſoccos iuſſi adimere pedibus. pulmo enim. Ita habet uera lectio: ſic ſnia:& rõne carmis exigẽte.hoc ſenſu. ſoccos uobis demere debuiſtis:ſi uos impediebãt:ne cito ueniretis: quippe uſq; eo morati eſtis:ut potuerit pulmo citius ꝑperare: id qđ in adagio erat.nec ſcribẽdũ eſt ſocio iuſſi adimere pedibus pulmones:ut ſcribit & cõmentatur Pius:inſcite & cõtra rõnẽ carmis: contraq; rectã ſniam. multa ꝑperam fabulatus.

Veniſſet. legendũ eſt. rõne ſniæ.& ex codicibus antiqs.& non ueniſſe ut inſulſe corrigit Pius: nihil ſalis habens.

St. Epidice fateor. Ep. abi intro. ac iube huic aquā calefieri.
Cætera ego posterius faxo scibis: quū erit ocium.

St. Sequere hac me soror. Ep. ego ad uos thesprionem iussero
Huc transire. sed memento si quid sæuiunt senes:
Suppetias mihi cū sorore ferre. St. facile istuc erit. — *Suppetias.*

Ep. Thesprio exi istac per ortū. adfer domū auxilium mihi.
Magna res est minoris multo facio: q̄ dudum: senes.
Remeabo intro ut accurentur aduenientes hospites.
Eadem hæc intus edocebo: quæ ego scio stratiphoclem.
Non fugio. domi adesse certū st: neq̧ ille haud obiiciet mihi.
Pedibus sese prouocatū. abeo intro. nimis longum loquor.

Periphanes. Apoecides. Senes duo. Epidicus. Mulier. viii

Per. Satine ille hō ludibrio nos uetulos decrepitos duos
Hēt? Ap. imo ædepol tu qdē misere me hēs miſis mōis
Per. Tacesis mō. sine me hoiem apisci. Ap. dico ego tibi iā ut (scias: — *Apisci prō adipisci.*
Aliū tibi te comitē melius quærere. ita dū te sequor:
Præ lassitudine inuaserunt miserū in genua flegmina. — *Flegmina.*

Per. Quot illic hodie me exemplis est ludificatus atq̧ te?
Vt illic autē exenterauit mihi opes argentarias?

Ap. Apage illum a me. nam ille quidem uulcani est irati filius.
Quaqua tangit: amburit: si propius astes æstu calefacit.

Ep. Duodecim ego deis plus q̄ placeo: deorum immortalium.
Mihi nunc auxilio adiutores sunt: & mecū militant.
Quicquid ego malefeci auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.
Apolactizo inimicos omnis. Pe. ubi illū quæram gentium? — *Apolactizo*

Ap. Dum sine me quæras: hūc mea causa: uel in medio mari.

Ep. Quid me quæris? quid laboras? uel qd hūc sollicitas? ecce me.
Nū te fugi? nū abiū ab domo? nū ab oculis concessi tuis?
Nec tibi quidē supplico: uinc re ius est. ostendo manus.
Tu lora habes. ego te emere uidi: quid nūc cessas? colliga.

Per. I licet ut uadimoniū mihi hic ultro facit. Ap. quid colligas? — *Vadimōnium.*

Per. Aedepol mancipiū scelestum. Ep. te profecto apoecides.
Nihil moror mihi. Pe. de præfacili exoras epidice. Ep. eo (tuo?
Quid agis? Pe. tuo ne arbitratu? Ep. meo hercle uerbo: atq̧ haud
Colligādæ hæ sunt tibi hodie manus. Pe. at nō lubet: nō colligo.
At mihi magis lubet solutū te rogitare. Ep. at nihil scies.

Ap. Tragulā in te iniicere adornat. nescio quā fabricam facit. — *Tragulam.*

Ep. Tibi morā facis: quū ego solutus asto. alliga inq̄. colliga.

Per. At mihi magis lubet solutū te rogitare. Ep. at nihil scies.

Per. Quid ego ago? Ap. qd agas? mos gerat. Ep. frugi es hō tu apoe — *Apoecides*

Per. Cedo manus igit̄ tu. Ep. morā nihil. atq̧ arcte colliga. (cides.

Per. Nihil eas uero obnoxias. Ep. facto ope in me arbitrare nunc.
Bene hoc habet: age nunc iam ex me exquire. rogita si qd lubet.

Nihil eas uero obnoxias. ṽba sunt periphanis: p troniā ridētis epidico: q arcte colligari manus sibi petierat. & dicētis: nihil eas ṽo obnoxias. hoc est p cōtrariū. & quæ quidē omne supplicii genus merētur.

Facto opere: in me arbitrare nunc. ita scribi debet totus uersus: rōne metri exigēte & snīa: & non faxo opæ uel facio seu facto: qd p̄sens sit uerbi: a facio deflexū: ut dicatur facio opæ. s. p̄tiū ut ario latur Pius. sed facto ope. i. pfecto ope. hoc est: mihi ligatis manibus iam nunc arbitrare in me ut libet.

Pe. Qua fiducia ausus primū quae emptast nudiustertius mihi.
Meam esse filiam dicere? Ep. libuit: ea fiducia.
Pe. Ain tu libuit? Ep. aio. uel da pignus ni ea sit filia:
Pe. Quā negat nouisse mater. Ep. non ergo matris ea filia est.
Pe. In meū nūmum: in tuum talentum pignus da: nistae captiost.
Sed quis ea mulier est? Ep. tui gnati amica: ut omnē rem scias.
Pe. Dein tibi minas triginta ob filiam? Ep. fateor datas:
Et eo me argento illam fidicinam emisse amicam filii
Pro filia tua te istā ob rem tetigi triginta minis.
Pe. Quo me modo ludos fecisti de illa conductitia
Fidicina? Ep. factum id hercle uero. & recte factum iudico.
Pe. Quid de postremo argento factū est qd' dedi? Ep. dicam tibi.
Neq; malo homini neq; benigno tuo dedi stratiphocli.
Pe. Cur ausus es dare? Ep. qa mihi libitū ē. Pe. q̄ haec uerba sūt malū?
Ep. Etiam inclamitor. quasi seruus. Pe. tū tu es igitur liber. gaudeo.
Ep. Merui ut fierem. Pe. tu meruisti? Ep. uise intro. ego faxo scies.
Hoc ita esse. Pe. qd est negocii? Ep. iam id ipsa res dicet tibi.
Abi modo intro. Per. hei nō illuc temerest: asserua istū apoecides.
Ap. Quid illuc epidice est negocii? Ep. maxima hercle iniuria.
Vinctus asto: cuius huic hodie opera est inuenta filia
Ap. Ain tu te illius inuenisse filiam? Ep. inueni: & domi est.
Sed ut est acerbum pro benefactis cū mali messem metas.
Ap. Quā ne hodie nos per urbem uterq; sumus defessi quaerere?
Pe. Quid isti oratis opere tanto? meruisse illū intelligo.
Vt liceat merito eius facere. cedo cui resoluam iam manus.
Ep. Ne me attingas. Pe. ostende uero. Ep. nolo. Pe. nō aequū facis.
Ep. Nunq̄ hercle hodie nisi suppliciū mihi das: resolui me sinam.
Pe. Quum optimum: atq; aequissimū oras. soccos. tunicā: pallium
Tibi dabo. Ep. quid deinde porro? Pe. libertatē. Ep. at postea?
Nouo liberto opus est quod pappet. Pe. dabitur. praebebo cibū.
Ep. Nunq̄ hercle hodie nisi tu me orassis: solues. Pe. oro te epidice:
Mihi ut ignoscas si quid imprudens culpa peccaui mea:
At ob eam nunc rem liber esto. Ep. inuitus do hanc ueniam tibi:
Nisi ego necessitate cogar. solue sane si lubet.

Grex. viii


Ic is homo est qui libertatem malicia inuenit sua.
Plaudite. Valete. lumbos extollite: atq; exurgite.

Vel da pignus. ratione metri: & sententia ita exposcite. & nō ad pignus nec id pignus: ut Pius fabulatur.

Acerbū est pro benefactis cū mali messem metas.

Pappet.

Plauti.Comici.clariſſimi.Bacchides dimidiatæ.

Bacchides.& Piſtoclerus. vii



Vid ſi hoc potiuſt ut taceas ego loquar?Ba.lepide licet?

Ba. Vbi me effugerit memoria:ibi tu facito ut ſubuenias ſoror?

Ba. Pol magis metuo in monendo ne mihi deſuat oratio?

Luſciniolæ Cantio. Cognomines.

Ba. Pol ego quoq; metuo luſciniolæ ne deſuat cantio.
Sequere hac?Pi.qd agũt germanæ duæ meretrices cognomines.
Quid in concilio cõſuluiſtis?Ba.bene.Pi.haud meretricũ eſt?
Ba. Miſerius nihil q̃ mulier?Pi.quid eſſe dicis dignius?
Ba. Hæc ita me orat ſibi:qui caueat aliquẽ ut reperiã hominem:
Iſtoc milite ut ubi emeritum ſibi ſit:ſe reuehat domum.
Id amabo te huic caueas?Pi.qd iſti caueã?Ba.ut reuehas domũ.
Vbi ei dederit operas.ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.
Nam ſi habeat aurũ:quod illi renumeret.faciat lubens?
Pi. Vbi his homo eſt.Ba.iã hic credo aderit.ſed hoc idẽ apud nos rectius
Poteris agere.atq; is dũ ueniat ſedens ibi operibere.
Eadem bibes.eadem dedero tibi:ut biberis:ſauium.

Hæc ita me orat:ſibi qui caueat aliquẽ ut reperiã hominẽ.ita ſcribendus uerſus eſt.ex codicibus antiquis & ſniæ cõcinnitate ac metri ratione.nõ mutilate:ut Pius legit abſq; illis dictionibus: q caueat aliquẽ ut.

Vt ubi emeritum ſibi ſit.ita ſcribendus & hic uerſus ẽ.& nõ abſq;:ubi: ut Pius corrigit cõtra ſniæ concinnitatem:legem metri: & codicũ omnium lectionem.

Viſcus. Palumbẽ.

Pi. Viſcus meruſt ueſtra blanditia?Ba.qd iã?Pi.quia enim intelligo.
Duæ unũ expetitis palũbem.parua hyrundo alas uerberat.
Non ego iſtuc facinus mihi mulier cõducibile eſſe arbitror?

Bacchanal Illectum.

Ba. Q uid amabo?Pi.quia bacchis bacchas metuo & bacchanal tuũ.
Ba. Q uid metuis:ne tibi lectus malitiã apud me ſuadeat?
Pi. Magis illectum tuũ q̃ lectum metuo.mala es beſtia.
Nam huic ætati nõ conducit mulier latebroſus locus.
Ego ne apud me qd ſtulte facere cupias prohibeam.
Ba. Sed ego apud me te eſſe ob eam rem miles cũ ueniat uolo.
Quia quũ tu aderis huic mihiq; haud faciet quiſq; iniuriam.
Tu prohibebis.eadem opera tuo ſodali operam dabis.

Amabo.

Et ille aduenięns tuam me eſſe amicam ſuſpicabitur.
Q uid amabo obticuiſti.Pi.qa iſtæc lepida ſunt memoratu.

Fodicant. Malaciſſandus.

Eadem in uſu atq; ubi periculũ facias.aculeata ſunt.
Animũ fodicant.bona diſtimulant facta.& famã ſauciant.
Apage a me apage?Ba.ah.nimium ferus es?Pi.mihi ſum.Ba.malaciſſandus es.

Deſudaſcitur.

Q uid ab hac metuis?Pi.qd ego metuã rogitas? hõ adoleſcens.
Penetrẽ huiuſmodi in palæſtram:ubi damnis deſudaſcitur:
Vbi pro diſco damnum capiam.pro curſura dedecus?
Ba. Lepide memoras?Pi.ubi ego capiam:pro machæra turturem:

Vbiq̃ imponant in manu:alius mihi pro cestu cantharum. Scaphium.
Pro galea scaphium.pro insigni sit corolla plectilis. Plectilis. Corolla.
Pro hasta.talus.pro lorica malacum capiam pallium. Malacum. Pallium
Vbi mihi pro equo lectus detur:scortum pro scuto accubet? Malacissādus es.
Apage a me apage.Ba.ah nimiū ferus es?Pi. mihi sum? Ba. malacissandus es.
Equidē tibi dabo hanc operā?Pi.at nimiū p̄tiosa operaria es. Operaria
Ba. Simulato me amare.Pi.utrū ego ioco adsimulē istud:an serio?
Ba. Eia hoc agere meliust:miles cū huc aduenia te uolo
Me amplexari quid eo opust?ut ille te uideat uolo.
Scio qd ago?Pi.& pol ego scio quid metuo.sed qd ais?Ba.qd ē?
Pi. Quid:si apud te ueniat desubito prandiū aut potatio. Desubito
Forte aut cœna ut solet in istis fieri conciliabulis. Conciliabulis.
Vbi ego adcūbā?Ba.apd me mi aīe.ut lepidus cū lepida accubet
Locus hic nos apud q̄uis subito uenias:semper liber est.
Vbi lepide esse uoles tibi mea rosa:mihi dicito.
Dato qui bene sit.ego ubi bene sit tibi locū lepidū dabo?
Pi. Rapidus fluuius est hic.nō hac temere transiri potest?
Ba. Atq̃ ecastor apud hunc fluuiū aliquid perdūdum est tibi.
Manū mihi da & cōsequere?Pi.aha minime?Ba.qd ita obsecro?
Pi. Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest.
Nox.mulier.uinū.homini adolescētulo.Ba.age igit̄:equidem.
Pol nihili facio nisi causa tua:ille quidē abducet hanc.
Tu nullus adfueris.si nō lubet?Pi.sum ne ego nihili:
Qui nequeā ingenio meo moderari.Ba.quid ē quod tu metuas?
Pi. Nihil est.nūc mulier tibi me emancupo.tuus sū.tibi do operā?
Ba. Lepidus.nūc ego te facere hoc uolo.ego sorori meæ cœnam Viaticam
Hodie dare uolo uiaticā.ego tibi argentum iubeo Cœnam
Iā intus efferri foras.tu facito opulentum obsonium. Intus de loco.
Ego obsonabo.nam id flagitium meū sit mea gratia. Obsonabo
Te operā dare mihi:& ad eā operā facere sūptum de tuos
Pi. At ego nolo dare te quicq̃ sine.Ba.sino quidē:si lubet.
Propera amabo.Pi. prius hic adero q̄ te amare desinam.
Ba. Bene me accipis aduenientem mea soror.Ba.quid ita obsecro?
Ba. Quia piscatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.
Meus ille quidē est.tibi nūc operā dabo.de mnesilocho soror.
Vt hinc accipias potius aurū q̄ eas hinc cū milite.
Ba. Cupio.Ba.dabitur opera.aqua calet.eamus intro:ut laues.
Nā ut e naui uecta es:credo timida es.Ba.aliquātum soror.
Simul hic nescio quid turbare est.quin hinc decedimus.
Ba. Sequere hac igitur me intro in lectū:ut sedes lassitudinem: Sedare lassitudinē.

Tu facito opulētū obsoniū ita scribi debet uersus:metri rōne illud autem.sic nobis obsonatum:uel sit nobis.ut corrigit Pius:sis perfluit.

Meo animo. ex eo dicibus antiquis. & sententiæ cōcinnitate:nō meus: & absq̃ illa dictione animo:ut Pius legit.& corrigit inscite nulla vsus & fulæ habita ratione.

Lydus Seruus.Pistoclerus adolescens.

Meretricia consuetudine posset lycurgus ad nequitiam adducier.

Ly: IAndudum pistoclere tacitus te sequor. vi
Spectans quas tu res hoc ornatu geras:nanq;
Ita me dii ament:lycurgus ut mihi quidem
Videtur posset hic ad nequitiam adducier.
Quo nũc capessis tu te hinc aduersa uia:
Cum tanta pompa? Pi.huc.Ly.quid tibi huc?qs istic habet?
Pi. Amor.uoluptas.uenus.uenustas.gaudium
Iocus.ludus.sermo suauis sauiatio.
Ly. Quid tibi cõmercii est cum diis dãnosissimis?
Pi. Mali sunt homines:qui bonis dicunt male
Tu diis nec dicis recte:non æquum facis.
Ly. An deus est ullus suauis suauiatio?
Pi. An nõ putasti esse unq̃?o lyde es barbarus:
Quem ego sapere nimio censui:plusq̃ thalem:
Sed his stultior es barbaro poticio:
Qui tantus natu deorum nescis nomina?

Poticio. ex codicibus antiquis:sentẽtia: & ratiõe uersus:& nõ barbaro potro: ut barbare prorsus: & cõtra legem carminis corrigit Pius: omniũ ignarissimus.

Ly. Non hic placet mihi ornatus? Pi.nemo ergo tibi
Hoc apparuit.mihi paratum est:cui placet.
Ly. Etiam me aduersus exordire argutias:
Qui si decem habeas linguas:mutum esse addecet.
Pi. Non omnis ætas lyde ludo conuenit.
Magis unum in mente est mihi nunc satis ut cõmode
Pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.
Ly. Iam perdidisti te:atq; me:atq; operam meam:
Qui tibi nequicq̃ sæpe monstraui bene.
Pi. Ibidem meam operam perdidi.ubi tu tuam:
Tua disciplina.nec mihi prodest nec tibi.
Ly. O perligatum pectus.Pi.odiosus mihi es
Tace atq; sequere lyde me.Ly.illuc sis uide.
Non pædagogum iam me:sed lydum uocat.
Pi. Non par uidetur.neq; sit consentaneum
Cum hic herus intus sit.& cum amica is accubet:
Quũq; osculetur:& conuiuæ ali accubent.
Præsentibus illis pædagogus una ut siet?
Ly. An hoc ad eas res obsonatum est obsecro?
Pi. Sperat quidem animus.quo eueniat diis in manu est.
Ly. Tu amicam habebis? Pi.cum uidebis:tum scies.
Ly. Immo neq; habebis:nec sinam.i tutus sum domum.
Pi. Omitte lyde:ac caue malo.Ly.quid caue malo.
Pi. Iam excessit mihi ætas ex magistratu tuo.
Ly. O baratrum:ubi nunc es.ut ego te usurpem lubens.
Video nimio iam multo plusq̃ uolueram.
Vixisse.nimio satius est:q̃ uiuere:

Caue malo.

Magistrum quenq̃ discipulum minitarier? — Minitariet Magistrũ.
Nil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis
Valens afflictat me nunc uacuum uirium.
Pi. Eia nunc esse ego opinor hercules. tu autem linus.
Ly. Pol metuo magis ne phoenix tuis factis fiam.
Teq̨ ad patrem esse mortuum renunciem.
Pi. Satis historiarum est? Ly. hic uereri perdidit
Compendium aedepol haud aetati optabile
Fecisti quũ istanc nactus es impudentiam
Occisus hic homo est. ecquid in mentẽ est tibi?
Patrem tibi esse? Pi. tibi ego: an tu mihi seruus es?
Ly. Peior magister te isthaec docuit: non ego
Nimio es tu ad istas res discipulus docilior
Q uã ad illa quae te docui. ubi operam perdidi.
Pi. Isthactenus tibi lyde libertas data est. — Isthactenus
Orationis satis est. sequere me. ac tace.
Ly. Aedepol fecisti furtum aetati malum.
Q uum isthaec flagitia me celauisti & patrem.

Chrysalus Seruus.


Erilis patria salue: quam ego biennio vi
Postq̃ hinc in ephesum abii: nunc conspicio lubens.
Saluto te uicine apollo qui aedibus
Propinquus nostris accolis. ueneror q̨ te
Ne nicobolum sinas nostrum senem prius.
Me conuenire: q̃ sodalem uiderim
Mnesilochi pistocleron. ad quem epistolam
Mnesilocus misit super amica bacchide.

Pi. Pistoclerus adolescens. Chrysalus seruus.


Irum est me ut redeam te opere tanto quaerere. vi
Qui abire hinc nullo pacto possim: si uelim.
Ita me uadatum amore uinctum q̨ attines? — Vadatum Amore
Chr. Proh dii immortales pistoclerum conspicor
O pistoclere salue. Pi. salue chrysale.
Chr. Compendio uerba multa iam faciam tibi.
Venire tu me gaudes. ego credo tibi
Hospitium & coenam pollicere ut conuenit
Peregre aduenienti: ego autem uenturum adnuo.
Salutem tibi ab sodali solidam nuncio
Rogabis me ubi sit. uiuit. Pi. nempe recte ualet?
Chr. Istuc uolebam ego ex te percontarier. — Quẽadmodũ introgatiue.
Pi. Q ui scire possum? Ch. nullus plus. Pi. quẽ nam admodũ. — Quẽ nã. ex cod. antiqs & rõe ṽsus.
Chr. Q uia si illa inuenta est. quã amat: uiuit. recte ualet.
Si non inuenta est: minus ualet. moribundus q̨ est.

Anima est amica amanti.si ea abest:nullus est
Res nulla est. ex codicibus antiquis & ratione Vlus. & nō reapse ut ait Pius. Si adest:res nulla est.ipsus est neq̄ & miser.
Sed tu quid factitasti mandatis super.
Pi. Egon ut quod attulisset.ab illo nuncius
Non impetratum id aduenienti rederem:
Regiones colere mauellem ego acheronticas?
Chr. Eho an inuenisti bacchidem?Pi.samiam quidem.
Chr. Vide quæso ne quis tractet illam indiligens
Samiū uas Scis tu ut confringi uas cito samium solet.
Pi. Iam ne ut soles?Chr.dic ubi ea nunc est obsecro?
Pi. Hic exeuntem me unde aspexisti modo?
Chr. Vt istuc est lepidum proxime uiciniæ
Habitat ecquidnā meminit mnesilochi?Pi.rogas?
Papæ. Immo unice unum plurimi pendit.Ch.papæ?
Pi. Immo ut eum credis?misera amans desiderat.
Chr. Dictum istuc?Pi.immo chrysale hem non tantulū
Vnq̄ intermittit tempus:quin eum nominet.
Chr. Tanto hercle melior bacchis?Pi.immo.Ch.imo abiero
Potius.Pi.nū inuitus.rem bene gestam audis heri?
Chr. Non herus:sed actor mihi cor odio sauciat
Etiam epidicum quam ego fabulā æque ac me ipsum amo
Nullā æque inuitus specto:si eam agit pelio:
Sed bacchis etiam fortis tibi uisa est?Pi.rogas?
Ni nactus uenerem essem:hanc iunonem dicerem.
Chr. Aedepol mnesiloche ut rem hanc natā esse intelligo:
Quod ames paratum est.quod des inuento est opus.
Inuento est opus. Nam istic fortasse auro opust.Pi.philippeo quidem.
Chr. Atq; eo fortasse iam opus est?Pi.immo etiam prius.
Nam iam huc aduenient miles & miles quidem:
Qui de amittenda bacchide aurum hic exigit.
Chr. Veniat quando uult atq; ita ne sibi sit moræ
Domi est.non metuo:nec cuiq̄ supplico:
Dum quidem hoc ualebit pectus perfidia meum
Abi intro.ego hic curabo.tu intus dicito
Mnesilochum adesse bacchidi.Pi.faciam ut iubes.
Chr. Negocium hoc ad me nunc attinet aurarium
Mille & ducentos philippos attulimus aureos
Epheso:quos hospes debuit nostro seni
Inde ego hodie aliquam machinabor machinam.
Vnde aurum efficiam amanti herili filio.
Sed foris concrepuit nostra.qui nam exit foras?
Nicobolus Senex.Chrysalus seruus.

Bo in pireeum.uisam ecquæ aduenerit vi
In portum ex epheso nauis mercatoria
Nam meus formidat animus nostrum tam diu
Ibi desidere:neq; redire filium.

Desidere. nō desidem.ex codicibus antiquis & uersus necessitate.

Ch. Extexam ego illum pulchre iam si dii uolunt

Extexam.

Haud dormitandum est.opus est chryso chrysale.
Adibo hunc:quem quidem ego hodie hic faciam arietem
Phryxi ita q; tondebo auro usq; ad uiuam cutem
Seruus salutat nicobolum te chrysalus.
Ni. Pro di immortales:chrysale:ubi mihi est filius?
Ch. Q uin tu primum salutem reddis quam dedi?
Ni. Salue.sed ubi nam est mnesilochus.Ch.uiuit ualet?
Ni. Venit ne?Ch.uenit.Ni.euax aspersisti aquam
Bene ne usq; ualuit?Ch.pancratice atq; athletice.

Pancratice Athletice.

Ni. Q uid hoc qua ego causa illum in ephesum miseram
Accæpit ne aurum ab hospite archidemide?
Ch. Heu cor meum & cerebrum nicobole finditur
Istius hominis ubi sit quaq; mentio.
Tun hospitem illum nominas:hostem tuum?
Ni. Q uid ita hercle obsecro?Ch.quia ædepol certe scio:
Vulcanus:sol:dies:luna:dei quattuor
Scelestiorem nullum illuxere alterum?

Illuxere nullū.

Ni. Q uam ne archidemidem?Ch.quam inq; archidemidem.

Quā ne archidemidē.Quā inq̄ archidemidē.ita scribēdus totus uersus est:ex codicibus āntiquis & recta snia:& delendū ē:me: nec scribēdū ē: quem inquā ne: ut inicius-sime corrigit Pius.

Ni. Q uid fecit?Ch.quid non fecit?quin tu id me rogas?
Primum dum inficias ire cœpit filio
Negare sese debere tibi triobolum:

Triobolū ex codicibus antiquis & uersus necessitate: non: obolum:ut cōtra metri legem scribit Pius.

Continuo antiquum ibi hospitem nostrum sibi
Mnesilochus aduocauit pelagonem senem.
Eo præsente homini extemplo ostendit symbolum
Q uem tute dederas ad eum ut ferret filio.

Symbolū: quem

Ni. Q uid ubi ei ostendit symbolum?Ch.infit dicere

Infit dicere

Adulterinum.& non eum esse symbolum.
Q uotq; innocenti ei dixit contumelias
Adulterare eum agebat rebus cæteris?
Ni. Habet ne aurum?id mihi primum dici uolo.
Ch. Postq̄ quidem prætor recuperatores dedit

Recuperatores.

Damnatus demum ui coactus reddidit
Ducentos & mille philippum?Ni.tantum debuit.
Ch. Porro etiam ausculta pugnam quam uoluit dare?
Ni. Etiam ne est quid porro?Ch.hem accipe.trina hæc nunc erit.
Ni. Deceptus sum.aurilego hospiti aurum credidi.
Ch. Q uin tu audi.Ni.imo ingeniū auidi haud pnoram hospitis.
Ch. Postq̄ aurū abstulimus:in nauem conscendimus:

Domum cupientes.forte ut adſedi in ſtega:
Stega. Dum circũſpecto:atq; ego tum lembum conſpicor
Longum ẽ rigorem maleficum exornarier?
Ni. Perii hercle lembus ille mihi lædit latus?
Ch. Is erat cõis cum hoſpite & prædonibus?
Fungus. Ni. Adeon me fuiſſe fungum:ut qui illi crederem:
Quum mihi ipſum nomen eius archidemidis
Clamaret dempturum eſſe ſi quod crederem?
Ch. Is noſtræ naui lembus inſidias dabat.
Occœpi ego obſeruare eos:quam rem gerant.
Interea e portu noſtra nauis ſoluitur
Vbi portu eximus:homines remigio ſequi:
Neq; aues neq; uenti citius:quoniam ſentio
Quæ res gereretur:nauem extemplo ſtatuimus.
Quoniã uident nos ſtare:occœperunt ratem
Turbare in portu.Ni.ædepol mortalis malos.
Quid deniq; agitis?Ch.rurſum in portum recipimus.
N. Sapienter factum a uobis.quid illi poſtea?
Veſperi. Ch. Reuerſionem ad terram faciunt ueſperi.
Ni. Aurum hercle auferre uoluere.ei rei operam dabant.
Auro inſidias filius: glosa erat & expoſitio potiuſq̃ textus qd̉ idicat ſnia. & ratio ṽſus. Ch. Non me fefellit.ſenſi.eo exaiatus fui
Quum id uidimus:capimus conſilium continuo
Poſtridie auferimus aurum oẽ iis præſentibus:
Palam atq; aperte:ut illi id factum ſciſcerent.
Ni. Scite hercle cedo.quid illi?Ch.triſtes ilico
Quum extemplo a portu abire nos cum auro uident.
Subducunt lembum capitibus quaſſantibus
Nos ibi apud theotimum omne aurum depoſuimus
Qui illic ſacerdos eſt in dianæ epheſiæ.
Ni. Qui iſtic theotimus eſt?Ch.megabyzi filius
Qui nunc in epheſo eſt epheſis cariſſimus.
Ni. Næ ille hercle mihi ſit multo tanto carior:
Circũduxerit. Si me illoc auro tanto circũduxerit?
Ch. Quin ipſa in æde dianæ conditum.eſt ibi
Demum publicitus ſeruant.Ni.occidiſtis me
Nimio hic priuatim ſeruaretur rectius
Sed uos nihil ne attuliſtis inde auri domum?
Ch. Immo etiam.uerum quantum attulerit neſcio.
Ni. Quid neſcis?Ch.quia mneſilochus noctu clanculum
Deuenit ad theotimum:nec mihi credere
Nec cuiq̃ in naui uoluit.eo ego neſcio
Quãtillum attulerit.uerum haud permultum attulit.
Ni. Etiam dimidium cenſes?Ch.non ædepol ſcio.
Verum haud opinor?Ni.fert ne partem tertiam?

Ch. Non hercle opinor. uerum uerum nescio
Profecto de auro nihil scio. nisi nescio.
Nae tibi met illuc naui capiundũ est iter
Vt illud reportes aurum ab theotimo domum
Atq; heus tu. Ni. quis uis? Ch. annulum gnati tui
Facito ut memineris ferre. Ni. quid opus est annulo?
Ch. Quia id signum ẽ cum theotimo: qui cum illi affert
Ei aurum ut reddat. Ni. meminero. & recte mones.
Sed diues ne ẽ istic theotimus? Ch. etiam rogas?
Qui soccis habeat auro suppactum solum?
Ni. Cur ita fastidit? Ch. tantas diuitias habet
Nescit quid faciat auro. Ni. mihi dederit uelim
Sed qui præsente id aurum theotimo datum est?
Ch. Populo p̃sente. nullus est ephesi: quin sciat.
Ni. Istuc sapienter saltem fecit filius
Quum diuiti homini id aurum seruandum dedit.
Ab eo licebit quãuis subito sumere.
Ch. Immo hem tantisper nunq̃ te morabitur
Quin habeas illud quo die illuc ueneris.
Ni. Censebam me effugisse a uita maritima:
Ne nauigarem tandem hoc ætatis senex.
Id mihi haud utrum uelim licere intelligo.
Ita bellus hospes fecit archidemides.
Vbi nunc est ergo meus mnesilochus filius?
Ch. Deos atq; amicos iit salutatum ad forum.
Ni. At ego hinc ad illum: ut conueniam: quantum põt.
Ch. Ille ẽ oneratus recte: & plus iusto uehit.
Exorsa hæc tela non male est omnino mihi.
Vt amantem herilem compotem facerem filium.
Ita feci ut aurum quantum uellet sumeret.
Quantum autem lubeat reddere: ut reddat patri.
Senex in ephesum ibit sibi aurum arcessere.
Hic nostra agetur ætas in malacum modum:
Siquidem hic relinquit: nec secum abducet senex
Me nec mnesilochum: quas ego hic turbas dabo.
Sed quid futurum est: quũ hoc senex resciuerit?
Quom se excucurrisse illuc frustra sciuerit?
Nosq; aurum abusos? quid mihi fiet postea?
Credo hercle aduenients nomen mutabit mihi.
Facietq; ex templo crucisalum me ex chrysalo.
Aufugero hercle: si magis usus uenerit.
Si ero repræhensus macto ego illum infortunio.
Si illi sunt uirgæ ruri: at mihi tergum domi est.
Nunc ibo herili filio hanc fabricam dabo:

Soccis.

Quo die: ex codicibus antiquis & uersus necessitate.

Exorsa tela mihi est.

Compotem: ex antiquis codicibus & ratione metri.

Malacum modum.

Nec: metri necessitate & sui æ concinnitate.

Abusos aurum.

Crucisalũ ex chrysalo.

Super auro amicaq; eius inuenta bacchide?

Lydus seruus.


Andite atq; aperite ,ppere ianuã hãc horei obsecro: vii
Nã eqdẽ haud aliter eẽ ducoq;ppe cui nemo aduenit
Nisi quem spes reliquere omnes.ex se ut frui possiet.
Bacchides:non bacchides:sed bacchæ sunt acerrimæ.
Apage istas a me sorores.quæ hominum sorbent sanguinem
Omnium ad perniciem instructa domus opime atq; opipare.
Quæ ut aspexi me continuo contuli protinam in pedes.
Ego ne ut hæc elusa gestem clanculum: ut celem patrem.
Pistoclere tua flagitia:aut damna:aut dispoliabula:
Quis patrem:& me:teq;:amicosq; omnes affectas tuos
Ad probrum damnũ flagitium appellare una & perdere?
Neq; mei neq; te tui intus puditum ẽ factis quæ facis?
Quis tuum patrem meq; una amicos affines tuos
Tua infamia fecisti geruli figulos flagitii:
Nunc priusq̃ malũ istoc addis:certum ẽ iam dicam patri.
De me culpam hanc demolibor iam:& seni faciam palam:
Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eiiciat foras.

Mnesilochus adolescens.


Vltis meditatus modis egomet mecũ sũ.& ita eẽ arbi-
Hoĩ amico qui ẽ amicus:ita uti nomẽ possidet: (tror.
Nisi deos nihil præstare.id opera expertus sum esse ita.
Nam ut in ephesum hinc abii:hoc factũ ẽ ferme abhinc biẽniũ:
Ex epheso huc ad pistoclerum sodalem meum litteras
Misi.amicam ut mihi inueniret bacchidem.illum intelligo
Inuenisse.ut seruus mihi nunciauit chrysalus.
Condigne is technam de auro aduersum meum fecit patrem:
Vt mihi amanti copia esset.sed eccum uideo incedere.
Nam pol quidem meo animo ingrato homine nihil impensiust.
Malefactorem amitti satius.q̃ relinqui beneficum.
Nimio præstat impendiosum te q̃ ingratum dicier.
Illum laudabunt boni.hoc etiam ipsi culpabunt mali.
Q ua me causa magis accurare & aduigilare ẽ opus.
Nunc mnesiloche specimen specitur:nunc certamen cernitur:
Sis ne:nec ne.ut esse oportet malus bonusq; cuiusmodi:
Iustus:iniustus:malignus:largus:cõmodus:incõmodus.
Caue sis te superare seruum sinas faciundo bene:
Vt ut eris:modo:haud celabis:sed eccos uideo incedere
Sodalis patrem & magistrum.hinc auscultabo quam rem agãt.

Lydus seruus.Philo.Senex. Mnesilochus adolescens.

Nunc experiar sit ne acetum tibi ,cor acre in pectore. vii
Seq̃re me.Ph.quo te sequar:aut quo nũc me ducis.Ly.ad illam

Protinam. Opime. scribendũ est:sniæ concinnitate: & uersus necessitate. & etiam ex codicibus antiquis. nõ optime: ut Pius legit Iperitus.

Dispolia-bula.

Puditum ẽ

Addis. scribendũ ẽ a ṽbo addo. nõ adis. ab adeo. uersus enim non consisteret.& ita habẽt etiã codices antiqui quod Pius non aduertit legens adis cõtra metri rationem. sibi uidelicet ignotã.

Amicus

Magis accurare: & aduigilare est opus. ita scribi debet uersus ex sniæ cõcinnitate: metri rõne. & codicũ ueterũ ferme scriptura. nõ curare abesse ea: ut Pius cõrrigit cõtra ueræ sensum: contraq; uersus cõsistentiã: nec ut Sarracenus adhuc insulsius corrigẽdũ & exponendũ putat.

Techna

Impendio-sum.

Vt ut eris mõ: haud celabis ita scribendus ṽsus ẽ: & ex sniæ cõcinnitate.& ex codicibus antiqs: in q̃bus oĩbus aperte scriptũ ẽ: ut ut eris.& ex metri rectitudine.hoc sensu. quõcũq; te gesseris nunc: nõ latebit quenq̃ : sed oĩbus notum erit. Pii aũt somnia & hallucinatiões despiciendæ prorsus: hoc loco deli rãtis: ut ĩ multis aliis,

Specitur specimen

Cernitur certamen

Quæ tuum perdidit pessundedit tibi filium unicum?
Ph. Eia lyde leniter qui sæuiunt sapiunt magis.
Minus mirandum est illa ætas si quid illorum facit:
Quã si nõ facit. feci ego istæc itidem in adolescentia.
Ly. Hei mihi hei mihi. istæc illum perdidit assentatio:
Nam absq; te esset: ego illum haberẽ rectum ad ingeniũ bonũ.
Nunc propter te tuamq; paruus factust fiduciam
Pistoclerus. Mn. di immortales meum sodalem hic nominat
Quid negocii hoc ẽ: pistoclerum lydus quod herum tam ciet.
Ph. Paulisper lyde libido est homini suo animo obsequi
Iam aderit tempus cum sese etiam ipse oderit. morem geras
Dum caueatur præter æquum ne quid delinquat. sine.
Ly. Non sino. neq; equidem illum me uiuo corrũpi sinam:
Sed tu qui pro tam corrupto dicis cãm filio.
Eadem ne erat hæc disciplina olim: quum tu adolescens eras?
Nego tibi annis uiginti fuisse primis copiæ.
Digitum longe a pædagogo pedem ut efferes ex ædibus.
Ante solem exorientem nisi in palæstram ueneras:
Gymnasii præfecto haud mediocris pœnas penderes.
Idq; ubi obtigerat: hoc etiam ad malum arcessebatur malum.
Et discipulus: & magister perhibebantur improbi.
Ibi cursu luctando. hasta. disco. pugillatu: pila
Saliendo. se exercebant magis q̃ scorto: aut sauiis
Ibi suam ætatem extendebant. non in latebrosis locis.
Inde de hippodromo & palæstra: ubi reueuisses domum
Cincticulo pcinctus in sella apud magistrum assideres.
Tum librum legeres. si unam peccauisses syllabam
Fieret corium tam maculosum: q̃ ẽ nutricis palium.
Mn. Propter me hæc meo nunc sodali dici discrutior miser
Ille innocens suspitionem hanc sustinet causa mea.
Ph. Alii lyde nunc sunt mores? Ly. id equidem ego certe scio.
Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio:
Quã puer magistri desinebat dicto esse obediens
At nunc priusq̃ ẽ septuennis: si eum attingas manu:
Extẽplo puer pædagogo tabula dirũpit caput.
Cum patrem adeas postulatum: puero sic dicit pater
Noster esto: dum te poteris dessensare iniuria
Prouocatur pædagogus. eho senex. minimi pretii
Ne attingas puerum ista cã: quando fecit strenue.
It magister quasi lucerna expletus uncto linteo.
Itur illinc iure dicto uerum hoccine hic pacto põt
Inhibere imperium magister si ipsus primus uapulet?
Mn. Acris postulatio hæc ẽ. quum huius dicta intelligo

Leniter q sæuiũt sapiunt magis.

Disciplina antiqua.

Idq; ubi obtigerat. .i. & postq̃ hoc factũ erat. & ita scribendus est uersus: & nõ absq; ubi: ut legit Pius: qñquidem snía nõ quadraret aliter.

Disco pugillatu.

Inde de hippodromo. legendum est. ratione metri: & sníæ cõgruitate ita exigente: & non: in hippodromo. ut corrigit Pius cõtra metri & sententiæ exigentiam.

Cincticulo

Nutricis palliũ maculosum.

Septuennis.

Pædagogo puer tabula dirũpit caput.

Mira sunt:ni pistoclerus lydum pugnis contudit.
Ly. Sed quis hic ē quē astantē uideo ante hostium:o philoxene?
Mn. Deos me propitios uidere q̄ illum mauellem mihi?
Ph. Quis illic ē?Ly.mnesilochus pistocleri sodalis tui
Lupanari. Haud consimili ingenio:atq̧ ille ē:qui in lupanari accubat.
Accubat. Fortunatum nicobolum:qui illum produxit sibi?
Ph. Saluus sis mnesiloche.saluum te aduenire gaudeo?
Mn. Dii te donent philoxene?Ly.hic rite productus ē patri.
In mare it.rem familiarem curat.custodit domum.
Obsequens ē obediensq̧ mori:atq̧ imperiis patris.
Hic sodalis pistoclero iam puer puero fuit.
Triduum non interest ætatis uter maior siet.
Verū ingeniū plus triginta annis maius ē q̄ alteri.
Ph. Caue malum & compesce in illum iniuste dicere.
Ly. Tace stultus es qui illi ægre male patere dici qui facit:
Promptare Nam illū meū promptare malum malim q̄ peculium:
Pi. Qui dum?Ly.quia malū si promptet:in dies faciat minus.
Mn. Quid meum sodalem castigas lyde discipulum tuum?
Ly. Periit tibi sodalis?Mn.ne dixeris.Ly.sic ē ut loquor.
Quin ego quū peribat uidi.non ex audito arguo:
Mn. Quid factū ē?Ly.meretricem indigne deperit.Mn.nō tu taces?
Ly. Atq̧ acerrima ea ē absorbet uiros:ubi queq̧ attigit.
Mn. Vbi ea mulier habitat.Ly.hic.Mn.uñ eā esse aiūt?Ly.ex samo:
Quæ uocatur. Mn. Quæ uocatur?Ly.bacchis?Mn.erras lyde.nā ego oēm rē scio
Queādmodum ē.tu pistoclerum falso atq̧ insontem arguis:
Nam ille amico & beniuolenti suo sodali sedulo
Rem mandatam exequitur.ipsus nec amat.nec tu creduas?
Ly. Ita ne oportet rem mandatam gerere amici sedulo:
Ipsus ut in gremio osculantem mulierem teneat sedens?
Nullo pacto res mandata potest agi.nisi identidem
Manus ferat ad papillas.labra a labris nusq̧ auferat?
Nam alia memorare:quæ illum facere uidi:dispudet.
Quum manū sub uestimenta ad corpus detulit bacchidi
Me præsente.neq̧ pudere quicq̄:quid uerbis opus est?
Mihi discipulus:tibi sodalis periit:huic filius:
Periit ins cui pudor periit. Nam ego illum perisse duco:cui quidem periit pudor.
Quid opus ē uerbis?si operiri uellem paulisper modo:
Vt opinor inspectandi mihi esset maior copia.
Plus uidissem q̄ deceret:q̄ me atq̧ illo æquum foret?
Perdā mulierē capitis. Mn. Perdidisti me sodalis.ego ne ut illam mulierem
Capitis non perdam?perire me malis malim modis.
Fidelis rarus inuenitur. Satin ut quē tu fidelem habeas:aut cui credas:nescias?
Ly. Viden ut ægre patitur gnatum esse corruptum tuum.

Suum sodalem? ut ipsus se cruciat ægritudine?

Ph. Mnesiloche hoc tecum oro ut illius animum atq; ingeniũ regas.
Serua tibi sodalem.& mihi filium. Mn. factum uolo.

Ph. In te ergo hoc onus oẽ ipono. lyde sequere hac me? Ly. sequor.
Melius esset me quoq; una si cum illo relinqueres.

Ph. Ad fatim ẽ. mnesiloche cura & castiga hominem probe.
Q uí dedecorat te me: amicos atq; alios: flagitiis suis.

Mnesilochus adolescens.

AMiciorem nunc utrum credam magis vi
Sodalem ne esse: an bacchidem: incertũ est admodum
Illum exoptauit potius. habeat. optimum est.
Næ illa illud hercle cum malo fecit meo:
Nam mihi diuini nunq̃ quisq̃ creduat:
Ni ego illam exemplis plurimis planeq; amo.
Ego faxo haud dicet nactam: quem derideat.
Nam iam domum ibo: atq; aliquid subripiam patri.
Id isti dabo. ego istanc multis ulciscar modis.
Adeo ego illam cogam: usq; ut mendicet pater.
Sed satin ego animum mente sincera gero:
Q ui ad hunc modum hæc hic quæ futura fabulor?
Amo hercle opinor: ut pote quod pro certo sciam.
Verum quam illa unquam de mea pecunia
Ramenta fiat plumea propensior
Mendicum malim mendicando uiuere:
Nunq̃ ædepol uiua me irridebit: nam mihi
Decretum est renumerare iam omne aurum patri.
Igitur mihi inani atq; inopi subblandibitur:
Tum quum nihilo pluris ea res referet sibi
Q uã si ad sepulchrum mortuo dicat iocum.
Sed anteq̃ illa unq̃ meis opulentiis
Ramenta fiat grauior: aut propensior
Mori me malim misera excruciatum inopia.
Profecto stabile est me patri aurum reddere
Eadem exorabo chrysalo causa mea
Pater ne noceat. neu quid ei succenseat
Mea causa de auro: quod eum ludificatus est
Nam illi æquumst me consulere: qui causa mea
Mendacium dixit. nunc uos me sequimini.

Pistoclerus.

REbus aliis anteuortãt bacchis quæ mandas mihi: vii
Mnesilochũ ut reqrã: atq; ut eũ mecũ ad te adducã si (mul.
Nam illud aius miratur meus: si a me tetigit nuncius:
Q uid remoratur. ibo & uisam huc ad eum: si forte ẽ domi.

Mnesilochus. Pistoclerus.

Optimũ est. scribi debet: ratione uersus ita exigente: nã neq; opertũ: neq; apertũ: ut corrigit Pius: hic stare põt: nisi ṽsu claudicãte: qđ quidẽ Pius ipse omniũ ignarissimus non uidit.

Ad fatim.

Ramenta fiat plumea ꝓpensior. cur Pius corrigere uelit: & scribere plũbea ꝑ plumea cõtra oĩum codicum scripturã: nõ uideo. qd. n. obstat: quo minus etiam plumea Ramenta dicamus? quũ uelit leuissimam & nihili rem dicere?

Mendicando uiuere. scribendũ est potius: si sniæ cõcinnitas attendẽda est: quam uincere: nullo ferme sensu: ut Pius legere uisus est.

Vsq;

Tũ quũ nihilo pluris ea res referet sibi. ita scribẽdus ṽsus est. & sniæ: & metri habita rõne qui utiq; alit̃ nõ cõsisteret. & nõ: tũ quũ mihi nihilo pluris referet ut Pius scribit & corrigit: nulla habita sensus: & uersus ratione.

Ramenta plumea

Misera excruciatũ inopia. addẽdũ est ṽbũ illud misera: ad ṽsus integritatẽ. alit̃. n. unius pedis defectu claudicaret qđ Pius si uidit inspres cæcus.

Rebus aliis anteuortant bacchis q̃ mãdas mihi. quis nõ miretur obtusum Pii ingeniũ q cõtra rectissimũ sensũ carmis: scripturãq; codicũ antiquoꝝ: anteuortã corrigit? nulla penitus sniæ habita rõne: q̃ qdẽ clarissima est. si anteuortant scripseris. sed neq; mirari hoĩem iam opus est: qn potius despicere: atq; inter despicatissimos numerare.



Veniã dedit.

Eddidi patri oẽ aurũ.nũc ego illã me cõuenire uelim
Postq̃ inanis sum:cõtẽpticẽ meã:sed ueniã mihi: vii
Q uã grauate pater dedit de chrysalo.ueꝝ postremo
Impetraui ut ne quid ei succenseat: Pi.ẽ ne hic meus
Sodalis: Mn.ẽ ne hic hostis quẽ aspicio meus: Pi. certe is ẽ.
Mn. Is ẽ.adibo contra.& tollam gradum. Pi. saluus sies
Mnesiloche: Mn. salue. Pi. saluus cum peregre aduenis:cœna
Detur. Mn. non placet mihi cœna quæ bilem mouet. Pi. nũ quæ
Aduenienti ægritudo obiecta est: Mn. atq̃ acerrima.
Pi. Vnde: Mn. ab hoie quẽ mihi amicũ eẽ arbitratus sum antidhac.

Amici falsi
Sublesta fide

Pi. Multi more isto atq̃ exemplo uiuunt:quos cum censeas
Tibi amicos:reperiuntur falsi testimoniis
Lingua factiosi.inertes opera sublesta fide

Inuideatur

Video corruptum hic ex adolescente optumo.

Philolaches adolescens.

Recordatus multũ & diu cogitaui: argumẽtaq; multa
In pectus institui ego atq; in corde meo si qđ est mihi
Cor: eã rem uolutaui & diu disputaui: hoiem cuius rei:
Quando natus est: similẽ esse arbitrarer: simulacrũq; habere: iã

Video corruptum hic ex adolescente optimo. nisi aduerbium hic ascribatur: uersus non constat: quod plodius interpres non aspexit.

Recordatus multum. Carmen huius scenæ tetrametrum est acatalecticum: ex genere iambicorum: octo pedibus constans. in oĩbus autem locis esse possunt dactylus. spondeus: tribrachus: anapæstus: iãbus: & amphimacrus. atq; etiam in ultimo trochæus: uel pyrrichius ingeniũ continet adolescentis ingenui ad incontinentiam prolapsi: ac seipsum arguentis: q; propter amorem factus sit improbior. Inducitur ergo philolaches loquens: suamq; uitam ædibus ab optimo fabro constructis: sed per inhabitantium desidiam & ignauiam in peius lapsis comparans. In pectus. q; in eo sit cor. in corde autem animæ sedes: ubi maxime uiget omnis uirtus. Si quod est mihi cor. si quid modo cordis & sapientiæ & uersus ita ordinari & scribi debent: ut nos fecimus hoc principio: non sine magno labore & studio in illis redigendis in suos pedes: quod a plodio & Saraceno interpretibus omissum: illos interim deliros & inscios sæpissime ostendit. Vero uincam. non uera: ut legit & exponit plodius: contra metri rationem. nã primus uersus huius pes: trochæus esse non potest. qui ut di-

ximus in huiuſmodi uerſibus tantum in ultima ſede recipitur. Vero uincam igitur. ideſt rationem uera conuincam uos: ut ita credatis: ut ego dixi. Haud uos aliter id. uos metri neceſſitate aſcribendum eſt: quia aliter uerſus non conſiſtat. Auſcultate donec argumēta dixero. niſi & ita ſcribatur hic uerſus: claudicat: quod plodius non aduertit. Simul autem gnauos eſſe ad hanc rem mecum uos omnes uolo. Ita ſcribendum cenſemus hūc uerſum: partim ex codicibus antiquis: in quibus ſcriptum eſt: ſimul gnauiu ſuo uolo eſſe hanc rem mecum: ptim ex ſniæ congruitate: & metri rōne. id aūt ſignificat: uolo uos eſſe gnauos & promptos ad hanc rē mecū diſputandam & intelligēdam.

Id repperi exemplū. nouarū eſſe ædium arbitror ſimilem.
Ego hominem quādo hic natus eſt. ei argumenta rei dicam.
Atq; hoc uidetur haud ueriſimile uobis. at ego faciam
Id eſſe ita ut credatis. & profecto ita eſſe ut prædico
Vero uincam. atq; hoc uos met ipſi ſcio: perinde ut nunc ego
Eſſe autumo quādo dicta audietis mea. haud uos aliter id
Dicetis auſcultate donec argumenta dixero.
Simul autem gnauos eſſe ad hanc rem mecū uos omnes uolo.
Aedes quū extēplo paratæ: expolitæ: factæ pbe: examuſſim ſūt:
Laudant fabrū. atq; ædes probant. ſibi qſq; inde exēplū expetūt.
Sibi quiſq; ſimile ſumit: ſumptu ſuo operam poſcunt ſuam.
Atq; ubi illo immigrat neq; homo indiligens cū pigra familia:
Immūdus: inſtrenuus: hic iam ædibus uitium additur: bonæ
Quū curantur male. atq; illud fit ſæpe. tempeſtas uenit.
Confringit tegulas. imbriceſq;. ibi dominus indiligens
Reddere alias ne uolt: uenit imber. lauat parietes. perpluunt
Tigna putrefacitq; operam fabri. nequior iam factus eſt
Vſus ædiū: atq; haud fabri culpa. ſed magna pars morā hāc ſibi.
Induxerūt. qđ nūmo pōt ſarciri uſq; mantant: neq; id faciunt:
Donicum parietes ruunt: ædificantur ædes totæ denuo.
Hæc argumenta ego ædificiis dixi. nunc etiam uolo

Nauus & gnauus. agilē & ſtrenuum ſignificat. a nauium uelocitate dictū cuius contrarium eſt ignauus. a quo ignauia tarditas & deſidia. hunc uerſum plodius interpreſ ita legit: ut inſcius præſus. ita Sarracenus exponit & legit: ut inſciſſimus & ſomnians. Examuſſim. recte: caſtigate: regulariter. Amuſſis regula eſt fabrorum: ad quā aliqd exequatur. Virg. In uiro bono & prudenti. ne quid deliret amuſſis. Inde amuſſim aduerbium: & ab eo cōpoſita adamuſſim: & examuſſim. Sibi qſq; inde exemplum expetūt. ita ex codicibus antiquis ſcribendū & & non abſq; illo uerbo expetunt. ut uterq; plodius & Sarracenuſ legūt. præter metri rationem: & ſentētiæ integritatem. Sibi quiſq; ſimile ſumit. ſumit legendum eſt: ex ſententiæ congruitate. & non ſuis. Neq; homo. nullius ptii. Nequā enim indeclinabile & omnis generis ſignificat eum: qui ne tanti quidem eſt: q quod habetur minimi: ut inquit Feſtus. Interdum ſignificat laſciuum. libidinoſum. malum. Indiligenſq; expungenda eſt dictio illa: q. quam utiq; metri ratio non patitur. Inſtrenuus. ignauus. Strenuus dicitur nauus. agilis. promptus quaſi ſtrena & munere dignus. Strena autem uocatur munus: quod datur die feſto ominis boni gratia. & peculiariter q ſaturnalibus chriſtianorum paſſim datur. & potiſſimū diæ dominicæ natiuitatis. & principio anni noui. nam & populus romanus kalendis Ianuariis: hoc eſt anni noui principio ex ritu uetuſto: ſtrenam dabat auguſto: etiam abſenti: quod ſpecimen erat maxime in principem dilectionis. Imbriceſq;. imbrex canale curuum atq; obtortum ſignificat: quod in tecto ponitur: ut per id defluat aqua: itaq; ab imbre recipiendo imbrex appellatur. a quo imbricium eiuſdem ſignificationis. Martialis. Imbricio poteras ſexte lauare pedes. uoluit autem Plautus hic facere differentiam inter tegulas & imbrices. ut etiam in milite. quum ait. q meas confregiſti imbrices: & tegulas. Perpluunt tigna hoc eſt aquam in ſe receptam demittunt. Tignum a tegendo dictum: proprie eſt trabs cui tectum imponitur. Sed ulpianus putat Tigni appellatione contineri omnem materiam: ex qua ædificium conſtat. Vnde contignatio textura ipſa trabium ac tignorum: ſicut coaſſatio aſſium dicitur. Sed magna pars moram hanc ſibi. ita ſcribi debet uerſus: & addi ſibi metri neceſſitate: & ſenſus congruitate. quod interpretes ſuperiores non aduerterunt. hoc dicit. magna pars hanc moram ſibi induxerunt. ideſt hanc indiligentia & deſidia utuntur. Vſq; mantantur. ita ſcribendum eſt ex codicibus antiquis. & delenda dictio: dum: uti ſuppoſiticia. Mantant. uero pro manent poſitum eſt. ſic enim Priſci uſi ſunt: ut Nonius: & Feſtus teſtantur. & Plautus etiam uſus eſt in pſeudolo. & alibi: quod autem plodius & Sarracenus legunt: ſi quod nummo ſarciri poteſt uſque dum maneant: illos nullo ſenſu uti declarat: ex quorum lectione ſenſus nullus concinnus elici poteſt. Donicum. pro donec.

Nauus
Gnauus
Ignauus
Ignauia
Amuſſis
Amuſſim
Ad amuſſim.
Ex amuſſim.
Nequam
Strenuus
Strena.
Imbrex.
Imbricium
Tignum.
Contignatio.
Caſſatio.
Mantare.

Dicere:ut uos homines ædium eſſe ſimiles arbitremini.
Primū dū parentes fabri liberum ſunt:& fundamentum
Liberorum ſubſtruunt.extollūt.parant ſedulo in firmitatē:& ut
In uſum boni:& in ſpeciem populo ſint:ſibiq́ & materiem
Reparant:nec ſūptus ſibi ſūptui eſſe ducunt.expoliūt:docent
Litteras iura & leges:ſumptu ſuo:& labore.nituntur
Vt alii ſibi eſſe illoꝝ ſimiles expetant.ad legionem
Quū itur adminiculū eis danunt tū iā aliquē cognatum ſuum
Eatenus abeunt a fabris:unum ubi emeritū eſt ſtypendium.
Igitur tū ſpecimen cernitur.quo eueniat ædificatio.
Nā ego ad id frugi uſq́.& ꝓbus fui:in fabroꝝ ptāte dū fui.
Poſteaq̄ immigraui in ingeniū meū:perdidi operam fabrorum
Illico.oppidoq́ uenit ignauia.ea mihi tempeſtas fuit.
Ea mihi aduento ſuo q̄ primū grandinē:imbremq́ attulit.
Hæc uerecūdiam mihi & uirtutis modū deturbauit.texit.
Detexitq́ me illico.poſt illa obtexere eā negligens fui.
Continuo pro imbre amor aduenit.is uſq́ in pectus pmanauit:

Dicere ut uos homines.uós aſcribendum eſt metri neceſſitate.nam uerſus claudicaret. Primum dum. parelcon eſt dum. Fabri liberum ſunt.liberum pro liberorum. Parant.educant:adiuuant. Et in ſpeciem populo ſint.in decorem. Nec ſumptus ſibi ſumptui eſſe ducunt.ita ſcribēdum eſt:& ex codicibus antiquis:& ſententiæ concinnitate. & non.Sumptus ibi.ut interpretes illi cæci legunt. Litteras iura & leges. inter iura & le-
Ius. ges id uidetur intereſſe.ut ius ſit non ſcriptum.lex autem ſcripta.nam ius eſſe aiunt qđ a natura habemus & in-
Lex. ſitum eſt cuiq́.ut amare liberos.parentes uenerari:& hoc uocant ius naturale.Item publicus omnium cōſenſus ius dicitur:ut legatos non uiolare:pacis & fiduciarum fœdera nō rūpere.& hoc ius gentium appellatur.lex āt dicitur quæ ſcripta eſt ut ſunt leges iuriſconſultorum:& hæ etiam appellatione iuris cōtinētur:ſed ciuilis. ſūt etiam leges quas unaquęq́ ciuitas ſibi ſanxit:quæ alii ſtatuta uocant.Et hæ quoq́ appellatiōe iuris:ſed municipalis nominātur. Sunt etiam leges priuatim alicui cōceſſæ per ꝑuilegium. & hæ iuris priuati nomine uocabuntur. ut uero dici poſſit:leges ſub nomine iuris contineri:non contra. Expe-
Expetere. tant.cupiant:expetere enim ſignificat cupe & deſiderare ut hic aliquādo uelle.ut ſupra ſibi quiſq́ inde exēplū expetunt.Interdum accidere euenire.ut Nonius inquit.Plautus.Ergo in ſeruitute expetunt multa iniqua. Quū itur.quando itur in exercitum:& legendum itur ex codicibus antiquis:& ſententiæ concinnitate.nō itum.ut Sarracenus cōmentatur.& plodius legit. Adminiculum eis danunt.dant parentes ipſis liberis adminiculum.ideſt ſuffragium. comitem.ac cuſtodē.& legendum danunt pro dant.non clamant.ex antiquis exemplaribus & ſentē-
Specimen tiæ congruitate. Eatenus.couſq́ in tantum. Vbi.ideſt donec. Igitur tum ſpecimen cernitur.ideſt ſpecta-
Specie men.argumentum.probatio ſiue exemplar.Seneca uirtutis ſpecimen.& patriæ ornamentum. Virgi. Tale dabit ſpecimen.a Specio uerbo.antiquo.quod eſt aſpicio.Ennius uos epulo poſtq̄ ſpexit. Quo eueniat ædificatio. ideſt quales futuri ſint ipſi adoleſcentes. Nam ego ad id frugi.ita legendum potius cenſemus:& metri: & ſententiæ congruitate: q̄ nam eo ad illud.ut corrigit plodius uaniloquus. In fabrorum. ideſt parentum: & præceptoris. Poſteaq̄ immigraui in ingenium meum.ideſt meo arbitratu uiuere inſtitui. Perdidi operam fabrorum.hypermeter uerſus eſt:abundat enim una ſyllaba:quæ cum ſequenti uerſu a uocali incipiente iungitur ſcandendo.& ita ordinanda eſt ſententia.perdidi operam fabrorum illico. Oppidoq́ uenit ignauia. addendum eſt:q́.ad conſtructionis concinnitatem:& metri neceſſitatē.quod plodius non uidit. Ea mihi aduentu ſuo q̄ primum grandinem imbremq́ attulit.ita ſcribendum uerſum cenſemus:ut ſibi conſtet. nam niſi addatur ea:& q̄primum.mancus:mutiluſq́ ſit & neq́ hoc plodius interpres inſpexit.nec Sarracenus item. Hæc uerecundiam.hæc ignauia deturbauit mihi:& ſeparauit atq́ abſtulit a me uerecundiam:& modum uirtutis. ideſt modeſtiam. Texit detexitq́ me illico.quia ignauia ipſa occupauit me: & ita texit. deinde.illico detexit: quia
Poſtilla. me ignauum eſſe omnibus patefecit. Poſt illa abiicere eam negligens fui.poſtilla pro poſtea more antiquo qua dictione:& alibi Plautus:& Terentius utuntur. Abiicere. legendum cenſemus potius q̄ obtexere: quandoquidem quid ſibi uelit hic obtexere non uidemus:licet ab interpretibus prædictis ita legatur.In codice autem antiquiſſimo manuſcripto legitur obticere:unde facile eſt coniectari:parua mutatione:duarum.ſcilicet litteraꝝ: errorem factum:& ſcribi debuiſſe abiicere.hoc ſenſu.poſtea negligens fui abiicere eam ignauiam a me: unde factum eſt:ut loco imbris:quem attuliſſe iam dictum eſt:ſucceſſerit amor. Is uſq́ impectus permanauit.ita ſcribendū eſt,ex codicibus antiquis:& ſententiæ congruitate. non nunc ſimul res fides. ut legunt inſcitiſſimi plodius & Sarracenus interpretes.eæ enim dictiones in ſequenti tantum carmine ſcribendæ ſunt. Permanauit.
Manare. erupit defluxit.manare enim ut ait Feſtus.Eſt ex integro ſed non ſolido nimis:per minimas partes erumpere. &

(ut inquit)manare solem dicebant antiqui:quum solis orientis radii splendorem iacere cœpissent.a quo & dictũ mane.q̃q̃ alii dictum mane putabant ab eo:q manum bonum dicebant. Fama decus uirtusq̃.ita ordinanda sunt uerba metri necessitate. Atq̃ ædepol ita hæc tigna humida putrent. nescio quid gãnit hic plodius: post ædepol additum esse:eram:in priscis exemplaribus.& mentitur arrogans interpres.nam nec in priscis exemplaribus manuscriptis.nec in ullis.impssis:est illa dictio eram.quæ etiam superflueret sensui. nec tam metri ratio pateretur. Humida putrent.scribendum est.& non humi deputant:neq̃ putent: ut plodius ait: sed putrent. Differt enim inter putere: & putrere. siquidẽ putere est male olere. & foetere. Hora Putet aper rhombusq̃ recẽs putrere autem ẽ marcidum eẽ:etiam si nõ foeteat:ut i cespitibus & glebis contingit: & libris etiam: a quibus per longum tempus puluis & tineæ non sint excussæ:ut dixius in nostro uocabulario. hoc ergo significat tigna humida putrescunt:& resoluũtur ac marcida fiunt.non autẽ foetent. Quin totæ perpetue ruant. totæ integre:& ex omni parte ruant. perpetue & perpetuo dicitur. Industrior. studiosior.uigilantior.Industrius enim qđ ueteres industruũ dicebant:ab intra & struò:quia qcquid ageret intro strueret & studeret domi:dicitur studiosus.uigiläs.callidus.unde industria studiũ:uigilãtia:calliditas. Arte gymnastica.in studio exercitationis. γυμνοσ græce nudus dicitur. hinc gymnici ludi dicti sunt:in qbus se nudi atq̃ uncti exercebant.& gymnasiũ locus:in quo exercebantur: q̃uis postea gymnasiũ & p ludo litterario & p oĩ loco : in quo fiat aliqđ genus exercitatiõis sumi cœpit.& p gymnasmata apud rhethores pexercitamẽta dicũtur. Disco.discus:ut Iullius pollux docet uas ẽ patinariũ latũ: ad portandas carnes aptũ:ad cuius similitudinẽ lapis quo antiqui corpora exercebãt discus uocabatur:ut inqt Tortellius. Pila.pila instrumentũ est lusoriũ rotundũ ad similitudinẽ speræ:quo ludo graues quoq̃ & magni uiri delectati sunt. Voluppe.i.uoluptate:qđ & uolup.dicitur ut ait Non̄.Et aduerbialiter potius capitur.q̃ aliter.licet Sypontinus adiectiuũ eẽ asserat. Parsimonia.frugalitate:& moderatione sũptuũ.parsimonia.n.a parco uerbo dicitur parcitas & cõseruatio reȝ.ac moderatio. Optimi quiq̃ expetebãt eã sibi.ita scribẽdus uersus est.& tollenda uox illa doctrinã.uti superfluens:& uana.eam.n.disciplinã subaudiendum est.

Permadefecit cor meũ.nunc simul res fides fama decusq̃ uirtus
Deseruerunt.ego sum in usu factus nimio nequior
Atq̃ ædepol ita hæc tigna humida putrent.nõ uideo,mihi
Sarcire posse ædes meas:quin totæ perpetue ruant.
Quin cum fundamento perierint.nec quisq̃ esse auxilio queat.
Cor dolet mihi.quũ scio nũc ut sum:atq̃ ut fui olim quo neq̃
Industrior de iuuẽtute erat arte gymnastica:disco:hastis pila.
Cursu armis.equo.uictitabã.uolupe parsimonia & duricia.
Disciplinæ aliis eram.optimi quiq̃ expetebant eam sibi
Nunc postq̃ nihili sum.id uero meopte ingenio repperi.

Philematiũ mulier.Scapha Ancilla.Philolaches adolescẽs.

Phil. IAm pridẽ me castor frigida nõ laui magis lubenter.
Nec unde me melius mea scapha rerer ædificatã.
Sca. Euẽtus rebus in oĩbus:uelut in horreo horna messis
Magnifit.Ph. quid ea messis attinet ad meã lauationem.
Sca. Nihilo plusq̃ lauatio tua ad messim.Ph.o uenus uenusta:

IAm pridẽ me castor.Huius scenæ carmen est:tetrametrũ catalecticũ septẽ constans pedibus: & una syllaba:usq̃ ad illũ ũsum:qd opus speculo tibi.inde.n.usq̃ in finẽ brachicatalecticus est .i. septem tñ pedũ.philematii aũt meretricis quæ se philolacheti amãti exornabat & Scaphæ lenæ sermonẽ cõtinet ac philolachis latẽter primũ eaȝ ũba auscultãtis:& postea se illis in cõspectũ exhibẽtis. Aduertẽdum aũt philematiũ scribi & legi debere:non philocomasiũ:ut uterq̃ plodius & Sarracenus interpretes ignaui legunt: ut infra suo loco dicemus. Frigida aqua recenti.utuntur poetæ:absq̃ substantiuo: frigida: & calida: pro aqua frigida:& aqua calida.Iuue.Quando uocatus adest calidæ gelidæq̃ minister.Martial. Frigida non deerit: non deerit calda petenti. Nec unde me melius mea scapha rerer ædificatam.ita scribendus uersus est. & non:nec cum me melius.& rerer.non teres.& metri necessitate:& sermonis elegantia. Aedificatam. ornatam. comptã. compositam.Iuuenal.Altum ædificat caput. Euentus rebus in omnibus uelut in horreo horna messis magnifit.Ita legendus est hic contextus:tam metri ratione.q̃ ex erecta sententia:quæ est hæc: Euentum & bonum successum ita magnifieri & æstimari in omnibus rebus:ut annua messis & prouentus annuus iam in horreo locatus plurimi fit.Nec scribendum est horno tantum:quod sit casus ablatiui:& significet anni nuperi fructibus:nec magna fit:ut plodius interpres multis nugis exponit:& insulse quidem:nec etiam fuat:ut Sarracenus alter commentator legit:inania quædam & futilia differens. Hornum.aũt ueteres dixerunt ipsius anni:ut Nonius inqt & annuum:ut acron.super illo Horatii Si thure placaris & horna fruge &c.Horreum.autem repositorium frugũ ab hordeo dictum sicut a grano granarium.a farre farreum.

Mane. Putere. Putrere. Industrius. Industria. Gymnici ludi. Gymnasiũ pro gymnasmata. Discus. Pila. Voluppe. Parsimõia. Frigida. Calida. Hornum. Horreum.

Qṙā mihi amor.quā tempeſtatem. Neq; iam unq̄ obtegere poſſum. obtegere legendum. & non obtingere:& ſubaudi cor. Periere hac oppido ædes.legendum hac.& non hæ:metri neceſſitate.& ex codicibus antiq̄s. hoc ſenſu:hac ſcilicet tempeſtate:hoc eſt propter hanc mulierem periere ædes meæ. ideſt ego peri. Sed ueſtis fartum.amatores inquit non amant ueſtem mulieris:ſed quod fartum eſt & incluſum in ueſte. hoc eſt mulieris corpus a farcio:fartum deſcendit. Vt hoc me decet amiculum.amiculum addendum eſt: ad uerſus integritatem.mutilus enim incederet:quod plodius & Sarracenus non uiderunt.Amiculum aūt ab amiciendo:ueſtem & pallium ſignificat.

Amiculum

Hæc illa eſt tempeſtas mea:mihi quæ modeſtiā omnem
Detexit tectus qua fui.quā mihi amor & cupido
In pectus perpluit meum:neq; iam unq̄ obtegere poſſum.
Madent iam in corde parietes.periere hac oppido ædes.
Ph. Cōtempla amabo mea ſcapha ſatin hæc me ueſtis deceat.
Volo placere philolacheti meo ocello:meo patrono.
Sca. Quin tu te exornas moribus lepidis:quū lepida tu te es.
Non ueſtem amatores mulieris amant:ſed ueſtis fartum.
Phi- Ita me dii ament ut lepida ſcapha ſapit ſceleſta multum.
lola. Vt lepide oēs res tenet:ſnīaſq; amantū. Ph.quid nunc?
Sca. Quid ē? Ph.qn me aſpice & cōtēpla ut hoc me decet. amiculū?
Sca. Virtute forme id euenit:te ut deceat:quicquid habeas.
Phi- Ergo ob hoc ædepol uerbum te ſcapha donabo ego hodie aliqui
lola. Neq; patiar te gratis hanc laudaſſe:quæ mihi placet.
Ph. Nolo ego te aſſentari mihi. Sca.nimis quidē tu ſtulta es mulier.
Eho mauis uituperari falſo:q̄ uero extolli?
Ph. Equidem pol uel falſo:tamen laudari multo malo
Quā uero culpari.ain alios meam ſpeciem inridere:
Ego uerū amo.uerū uolo mihi dici.mendacem odi.
Sca. Ita tu me ames:ita philolaches tuus te amet.ut uenuſta es?
Ph. Quid ais ſceleſta? qūo adiuraſti? ita ego iſtam amarem?
Quid ita hæc me? id cur nō additum ē.infecta dona facio.
Periit.quod iam promiſeram tibi.dona perdidiſti.
Sca. Equidē pol miror tā catam.tam doctam te & bene doctam
Non ſcire & tā ſtulte facere. Ph.quin mone quæſo ſi quid erro.
Sca. Tu ecaſtor erras.quæ illum expectes unū:atq; illi morem
Præcipue ſic geras:atq; alios omnis aſperneris
Matronæ non meretricium ē:unum inſeruire amantem?
Ph. Pro iuppiter.nam quod malum uerſatur in ea domu? ut dii

Ergo ob hoc ædepol uerbum. loquitur philolaches: ſed ſecū: & nullo audiente: & pollicetur ſe donaturum Scaphæ aliquid propter uerba in laudem philematii ab ea prolata:addendumq; eſt ædepol: neceſſitate metri:cui pes unus deficeret. &. Aliqui. pro aliquo poſitum eſt: ſicut qui pro quo dicitur. Nimis quidem.loquitur Scapha & continuat.cho mauis uituperari falſo: q̄ uero extolli. Equidem pol uel falſo. reſpondet philematiū: dicens ſe malle multo laudari etiam falſo & cum mendacio: q̄ uituperari merito & ex uero. Nam unuſquiſq; amator eſt laudis propriæ. Ain alios meam ſpeciem inridere.continuata uerba ſunt philematii: oſtendentis ſe in aliā partem accæpiſſe uerba ſcaphæ: & tamen cupientis eam iterum aſſerere quæ dixerat in ſuam laudem. Quid ais ſceleſta? philolaches latens loquitur:qui quum audiſſet ſcapham dicere Ita philolaches tuus te amet:ægrefert eam non ſic dixiſſe: ita tu ames philolachetem.& ideo ſubdit.Quid ita hæc me? loquitur autem in ſecūda perſona:tanquā ſi præſens & coram cum ea loqueretur. Infecta dona facio.negat ſe donaturum ſcaphæ quæ promiſerat ſupra: quum dixit: te ſcapha donabo ego hodie aliqui. Periit quod iam promiſeram.addēdum eſt iam:metri neceſſitate. Tam catam.tam ſcitam:tam cautam:tam induſtriam.Catus enim ſcitum & cautum apud ueteres ſignificabat: quaſi cautus:unde Catones dicti. Non ſcire & tam ſtulte facere.ita legendum eſt: metri ratione:& partim ex antiquis codicibus:ſed & ſententiæ congruitate. Quæ illum expectes unum.ita ſcribendum eſt ex antiquis codicibus:& metri neceſſitate.non quæ quidem illum.uerſus enim abundaret.ac ſuperflueret pes unus. & expectes non expetes ſcribendum ſententiæ:& metri ratione.quæ plodius non uidit inquiens alibi legi expetes. Atque alios omnis aſperneris.niſi aſcribatur omnis:uerſus non conſtat. Vnum inſeruire amantem.dicimus inſeruio tibi & te:ut infra etiam.Si illum inſeruibis ſolum. Nam quod malum uerſatur in ea domu? ut dii. hunc nos

Catus.

Inſeruio te.

uerſum ita ſcribendum omninó cenſemus ex ſententiæ congruitate:& ſimilitudine ſcripturæ antiquorum códi-cum:codices enim ueteres:& etiá ueneta prima ipreſſio:habent uerſatur mea edomillũ.non meæ domi: ut ſcri-bunt plodius & Sarracenus indocti interp̃tes. Nam ſi meæ domi ſcribas:nulla recta ſentẽtia eliciatur:quum Sca pha nõ uerſaretur domi philolachetis:neq; eius hera philematiũ:quin potius ipſe ad earũ ædes accedebat: ſi qd cõmercii cum illis habere uolebat.quare multo uerius dicatur:in ea domu:ꝗ meæ domi:& quia ſcriptũ eſt:ut di ximus:domillum:ſi qs paulo acutioris ingenii ſit:facile dep̃hendat domu.& ut.hoc aũt:ut:interp̃tamur pro uti- Vt p utinã

Deæq; omnes me peſſimis exemplis interficiant:
Niſi ego illam anum interfecero ſiti:fameq;:atq; gelu.
Ph. Nolo ego mihi male te ſcapha præcipere.Sca.ſtulta es tu plane
Quæ illum tibi æternũ putas fore amicũ:& beniuolentem.
Moneo ego te.te deſeret ille.ætate & ſatietate.
Ph. Non ſpero.Sca.inſperata accidunt magis ſæpe:quã quæ ſperes.
Poſtremo ſi dictis nequis perduci ut uera hæc credas
Mea dicta:ex factis noſce rem.uides quæ ſim.& quæ fui ante?
Nihilo ego ꝗ nunc tu amata ſum:atq; uni modo geſſi morem.
Qui pol me ubi ætate hoc caput colorem cõmutauit
Reliquit:deſeruitq; me tibi idem futurum credo.
Ph. Vix comprimor quin inuolem illi in oculos ſtimulatrici:
Ph. Solam illi meo ſoli cenſeo eſſe oportere obſequentem
Solam ille me ſoli ſibi ſuo quum liberauit.
Ph. Pro dii immortales mulierem lepidam & pudico ingenio
Bene hercle factum.& gaudeo mihi nihili eſſe huius cauſa:
Sca. Inſcita ecaſtor tu quidẽ es.Ph.quapropter?Sca.quæ iſtuc cures
Vt te ille amet.Ph.cur obſecro non curem?Sca.libera es iam
Tu iam quod quærebas habes ille te niſi amabit ultro
Id pro capite tuo quod dedit:perdiderit tantũ argenti.
Ph. Perii hercle ni ego illam peſſumis exemplis enicaſſo
Illa hanc corrũpit mulierem male ſuada uulgi lena.
Ph. Nunꝗ ego illi poſſum gratiam referre ut meritus de me
Scapha id tu mihi ne ſuadeas ut illum minoris pendam.
Sca. Et hoc unũ facito cogites ſi illum inſeruibis ſolum.
Dum tibi nunc hæc ætatula eſt:in ſenecta male quærere.
Phi. In anginam ego nunc me uelim uerti:ut ueneficæ illi
Iola. Fauces p̃hendam:atq; enecem ſceleſtam ſtimulatricem.
Phi. Eũdem animũ oportet nunc mihi eſſe gratum.ut impetraui:
loco Atq; olim:priuſꝗ id extuli:quum illi ſubblandiebar.

nam:ut alibi:ut te dii deæq; omnes perdát. cui noſtræ lectioni neminem doctum non aſtypulaturũ confidimus. Siti fameq; atq; gelu.addendum eſt q;:poſt fame:metri neceſſitate. Stulta es tu plane.tu aſcribẽdum quoq; eſt quod deficiebat:eadẽ metri neceſſitate. Inſperata . catholica ſniá . qđ quæ nõ ſperantur ſæpius accidũt:ꝗ quæ ſperantur. Nihilo ego ꝗ nunc tu amata ſum . ſubaudiendum minus:ut ſit:nihilominus ꝗ tu:amata ſum. Solam ille me ſoli ſibi ſuo quum liberauit.ita ſcribendus uerſus eſt:metri neceſſitate:& partim ex codicibus antiquis. Nihili eſſe.i.me eſſe excordẽ : & uilem eſſe: aut nihil eſſe.hoc eſt: me pauperem factũ ex huius redemptione . ita ut mihi nihil ſit : aut certe gaudeo mihi nihil eſſe.i.cuperem mihi nihil eẽ huius cauſa:hoc ẽ dum hanc in mea habeam poteſtate : quæ adeo me amat. Quæ iſtuc cures ut te ille amet. ita ſcribendum eſt ex codicibus ãtiquis: in quibus aperte ſcriptũ ẽ:ut te ille amet.& cures addendum: quod deficiebat.nec ſcribendum:in te ille amet:nec te an ille amet:ut inſcite cõmentatur plodius:uerſus quoq; ratio & ſententiæ huic noſtræ ſcripturæ aſtypulatur. Enicaſſo. enecauero. ſtrangulauero. Male ſuada uulgi lena.i.male ſuadens. Vulgi autem aſcribendum eſt: metri neceſſitate : & ex codicibus antiquis : in quibus ſcriptum legitur uutilena . & non abſq; ea dictione: ut legit plodius. Vt meritus eſt de me. ita ſcribendum eſt metri neceſſitate. & non ut meritus eſt. uerſus enim abundaret una ſyllaba. In anginam. Angina:ut in noſtro uocabulario diximus : morbus eſt fauces occupans : quam uulgo ſquinantiam uocant dicta ab ango : quia angat fauces.eius diuerſæ ſpecies ſunt.ut Cor.celſus:& alii de medicina tractantes aſſerunt. Sceleſtam ſtimulatricem. ſceleratam hanc lenam:quæ philematiũ amicam ſtimulat. Vt ipetraui.i.poſtꝗ ĩpetraui. Atq; olim.hic ſenſus.nunc poſtꝗ conſecuta ſum qđ cupiebam:decet me nõ habere diuerſum aĩum in philolachetẽ ab illo quem oſtendebam:quum aſſequebar quod cupiebam. Angina

Dii me faciant:quod uolūt.cur plodius corrigat mi.pro mihi nescio:quū omnes codices me habeant:& sicut ipse subaudiendū putat:omne infortunium accidere:ita subaudiri possit:mori.uel quid tale:ut postea addat:qđ uolunt.uel dii me faciant qđ uolunt:ut puta lapidem si lapidē uolunt.equū si equum uolunt.uel dii me faciant qđ uolunt per cōem modum loquendi apud uulgus.ut etiā supra:unū inseruire amantem.& si illum inseruibis solum. Si tibi acceptū est:illum fore unicū tibi sempiternum.hic uersus ita scribendus est metri necessitate. & nō.Si tibi acceptū est fore tibi unicum sempiternū.ut plodius legit. Soli gerendum cēseo morem.hic uidetur sensus esse. Si tibi ita oīno constitutum est: hunc unicū amatorē habere tibi sempiternū:& tibi uni propriū & addictum dum uiuis:age soli ei morem gere . atq; eius solius capillos cape. hoc est illum tantū amplectere:& tibi habe:sic ego quoq; censeo:si ita tibi uidetur & animo sedet.sed & hoc censeo:quū ille nihil amplius habebit:& ambo omnia cōsumpseritis.nec tibi erit alius amator:qui det unde alaris:tunc demū necesse tibi fore: in sole pecuniam inuenire : hoc est exercitio nēdi ad solem: ut pauperculæ faciunt.iuxta illud Iuuenalis.Horrida quale facit residēs in codice pellex. quid aūt si in sole pecuniā inuenire interpreteris:in prostibulo:ut uilissima scorta prostare:& pecuniam ad uictū quærere:alludens ad meretrices nonarias:quæ circa nonā:quū sol altior est prostabāt lucri causa? Vt fama est.nam ita dici solet:quum quēq̄ hortamur ad continendum occasionē quā sit nactus cape illā per capillos:& ne amittas:ne fronte capillata post calua sit. Exinde in sole.ita legendū est metri necessitate.& rectæ orationis structura.& nō exin sole:ut legit plodius rudis interpres. Ego si bonam.philematiū rn̄det.& hinc patet:Scaphā per antiphrasim locutā:quum dixit:Soli gerēdum cēseo morem. Siqdē hercle.philolachis uerba sunt:ex amore cæci.ut qui patrē dicat se uenditurū potius quā amicā egere patiatur. Venibit.uēdetur.a ueneo.is. Vtinā nūc meus mortuus pater nuncietur. ita scribi debet uersus.nec ascribendū est.ad me.nā ex duæ dctōes superfluunt tā ex codicibus antiqs:q̄ metri rōne: & sermonis latini elegantia. Atq; ut hæc sit hæres. addēdum est ut.metri necessitate. Iam ista quidē absumpta res erit.loquitur scapha. Quādo dies noctesq; estur.addendū.qn̄:metri necessitate. Sagina plane est.nō loquitur philolaches:ut credit plodius:exponens ppe domus mea sagina facta est.sed uerba Scaphæ sunt: conq̄rentis:q; res philematii cōsumatur noctes & dies:neq; q̄sq̄ parsimoniā adhibeat:adeo ut sagina & saginarium uideatur:dum illuc quisq; tanq̄ in saginariū diuertat ad edendū & bibēdum.

Sagina

Sagino

Sagina aūt ipsam pinguitudinem significat.& saginatio pinguefactio est:& sagino uerbū pinguefacio a satis & ago:quia arte & industria id fiat Propertius.Plena saginati fumabāt cōpita porci. In te hercle.philolachis uerba sunt ex occulto rn̄dētis uerbis scaphæ quæ dixerat:neq; quisq̄ parsimoniā adhibet.Incipiā inquit ego parsimonia uti & parcus esse in te. Si qd tu in illū.philematii uerba ad Scaphā:minitātis ei:si qd nō recte in philolachē dixerit. Aedepol summo ioui si uiuo argēto sacrificassem.ita scribēdus uersus ē:metri rōne.

Viuus

Viuo aūt.p naturali & puro dixit.ut apud Virgiliū.Et uiuo prætereuehor ostia saxo. Viuus etiā interdum p ualido & uehemēti sumitur.Virg.Et uiuo tentat ꝑuertere amore.hic sensus.illud argētum qđ dedi p huius puellæ redēptione melius collocatū & ıpensum est:q̄ si ex eo sacrificium ioui fecissem. Medullitus.cordicitus:ex imis medullis. Patronum liberaui.i.philematiā amicam:quæ uice patroni & aduocati partes meas tutatur.

Ph. Dii me faciant quod uolunt:ni ob istam orationem
Te liberasso denuo:& ni scaffam ego enicasso.
Sca. Si tibi acceptū ē illum fore unicum tibi sempiternum
Atq; illum amatorem tibi propriū futurum in uita:
Soli gerendū censeo morem:& capiendos crines
Vt fama ē homini exinde in sole pecuniam inuenire.
Ph. Ego si bonam famam mihi seruasso:sat ero diues.
Ph. Si quidem hercle uendundū sit:pater uenibit multo potius
Quā te me uiuo unq̄ sinam egere aut mendicare.Sca.quid illis
Futurū ē cæteris qui te amant?Ph.magis amabūt quū uidebūt
Gratiā referentē.Ph.utinā nūc meus mortuus pater nuncietur
Vt ego exhæredē meis me bonis faciam:atq; ut hæc sit hæres.
Sca. Iam ista quidē absumpta res erit.quādo dies noctesq; estur
Bibitur.neq; quisq̄ parsimoniam adhibet.sagina plane ē.
Philola. In te hercle certū ē principium:ut sim parcus:experiri.
Nam neq; edes quicq̄:neq; bibes apud me iisdem diebus.
Phile. Si quid tu in illum bene uoles loqui:id loqui licebit.
Nec recte si illi dixeris:iam ecastor uapulabis.
Philola. Aedepol summo ioui si uiuo argento sacrificassem:
Pro illius capite quod dedi:nunq̄ æque id bene collocassem.
Vt uideas eam medullitus me amare.oh probus homo sum.
Qui pro me causam diceret patronum liberaui.

Video te nihipendere omnes hoĩes præ philolache. ita scribi debet uersus: metri ratione & loquitur Scapha. Is accæptus est. a scribi debet est: necessitate metri. Cedo mihi speculũ: & cum ornamẽtis arculam actutum Scapha. hic uersus hypermeter est. abũdat. n. una syllaba: quæ scandendo cũ sequenti uersu a uocali incipiẽte iũgitur. Mulier quæ se. hic est sensus. Mulier quæ de sua pulchritudine & tenera ætate nõ confidit: speculũq; cõsulit: fallitur plurimũ. nam speculũ nõ usq; adeo uerum refert. ut res est. itaq; aspiciens se in speculo eluditur multum quũ minus formosa appareat q̃ sit. Quid opus speculo tibi. hinc iam uersus tetrameter ẽ brachicatalecticus. i. pedũ septẽ tãtũ: usq; in finem Comediæ.

Sca. Video te nihilipendere omnes homines præ philolache
Nunc ne eius causa uapulem tibi potius assentabor
Is accæptus est. sat habes tibi fore illum amicum sempiternum.
Ph. Cedo mihi speculũ. & cum ornamentis arculam actutũ scapha
Ornata ut sim quum ueniat huc philolaches mea uoluptas?
Sca. Mulier quæ se suãq; ætatem spernit: speculo elusa est:
Quid opus speculo tibi: quæ tute speculo speculũ es maximũ?
Ph. Ob istuc uerbum: ne nequicq̃ tam lepide dixeris:
Dabo aliquid hodie. Sca. pertuli tibi philematium mea.
Phi. Suo quiq; loco. uide an capillus cõpositust commode.
Sca. Vbi tu cõmodes: capillum cõmodum esse credito.
Ph. Vah quid illa potest peius quicq̃ muliere memorarier?
Nunc assentatrix scelesta est: dudum aduersatrix erat.
Phi. Cedo cerusam. Sca. quid cerusa opus ẽ? Ph. nã q malas oblinã?
Ph. Vna opera ebur atramento candefacere postules.
Phi. Lepide dictum de atramento atq; ebore. euge plaudo scaphæ.
Phi. Tum tu igitur cedo purpurissum. Sca. non do. scita es tu quidẽ
lo. Noua pictura interpollare uis opus lepidissimum
Non istanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere.
Neq; cerusam: neq; melinum: neq; aliam ullam offuciam.
Cape igitur speculũ. Ph. hei mihi misero sauium speculo dedit.

Dicit aũt. non opus esse ipsi philematio: speculo aliquo quũ adeo lucida & nitida sit: ut speculo speculũ eẽ possit. Ob istuc uerbũ ne neq̃cq̃ tã lepide dixeris. tolle dictionẽ illã Scapham tanq̃ superfluẽtẽ: metri ratione: uerba sunt latẽtia philolachis ad scapham. Pertuli tibi philematium mea. ita scribẽdũ est puellæ nomẽ: ut in principio huius scenæ diximus: & non philocomasiũ: quid aperte ostendit carmen hoc. uã si philocomasiũ legas: uersus nõ cõsistit. & codices antiqui philematium habẽt: significat aũt philematium deosculatiunculam: aut certe suauiolũ. φίλημα. n. suauiũ: & osculationem significat a ṽbo φιλέω. amo. cõsuesco. osculor. cuius diminutiuũ est φιλημάτιον. ut a poema poematiũ. Suo quiq; loco uide an capillus cõpositust cõmode. ita scribendus est uersus: metri necessitate. & nõ suo quiq; loco uiden capillus satis compositus est cõmode neq; suo q̃dq; loco ut plodius legit. & corrigit insulse: cõtra metri rationẽ: & uerũ sensum. qui est hic. Vide o scapha: an qq; capillus cõpositus est commode suo loco. Vbi tu cõmodes: capillum cõmodum esse credito. Codices ueteres habent: ubi tu cõmodes: & nõ cõmendas: ut plodius corrigit inscitus. Vbi inquit tu cõmodes & cõponas capillum: cõmodum & compositum esse credito: nec opus est: ut iudiciũ alterius requiras. Quid illa põt peius qcq̃ muliere memorarier? ita scribendũ est. sinæ cõcinnitate. & nõ moranier: ut multis ambagibus plodius legit: & interp̃tari insulsissime nititur. & memorarier scriptũ est in aliquibus codicibus. Assentatrix. adulatrix. Differẽtiã faciunt inter assentari. adulari. & blandiri. q; assentari ab assentior uidelicet deductũ: proprie est uoce uel laudando uel assentiendo captare. Adulari quoquo modo uel uoce uel gestu fauorem q̃rere Blandiri p̃prie tactu: q̃q̃ & ad alios quoq; sensus transfertur: & nõnunq̃ ad animũ. Confunduntur tñ hæc & fere pro eodem plærũq; ponuntur. Cerusam. Cerusa illinimentũ est: quo mulieres ad cutem dealbandã utuntur. fit ex plumbo & aceto asperimo. & ideo pondus retinet. blaccham uocant. Ab ea fit Cerusatus adiectiuum nomen. Mart. Cerusata sibi placet lycoris. Purpurissum. a purpura. color is est facticius: quo utuntur pictores: is e creta argentaria fit: & cum purpuris pariter. tingitur bibitq; eum colorem celerius q̃ lanæ. Noua pictura interpolare uis opus lepidissimum. Interpolare Nonio: significat immutare & interponere. & in nouam formam a uetere fingere. tractum ab arte fullonica: quæ poliendo diligenter ueterã quæq;: quasi in nouam speciem mutat. Plautus in amphitryo. Illic homo me interpolabit. osq; meum finget denuo ut ibi diximus. Neq; melinum. melinus color: a melo insula una cycladũ: candidũ significat Plynio. Vitruuio. & cæteris. Offuciam. offucias fallacias dicunt: a fuco uidelicet: qui dicitur color fictus. & metaphorice pro fraude accipitur: in qua ueritas occultatur.
Sauiũ speculo dedit. quidam differentiã faciunt. ut osculũ sit officii: ut quũ e longinquo redeuntes salutamus atq; osculamur. Basium pudicorum: ut patris in filium. Suauium uoluptatis: quod est a suauitate dictum. sua-

Philematiũ
Assentari
Adulari
Blandiri
Cerusa
Purpurissũ
Interpolare
Melinus color
Offuciæ
Fucus
Sauium
Basium
Osculum.

Nimis uelim lapidem:qui ego illi speculo imminuam caput.
Sca. Linteũ cape.tuq; exterge tibi manus.Phile.quid ita obsecro
Sca. Vt speculum tenuisti:metuo ne oleant argentũ manus.
Ne usq̃ argentũ te accepisse suspicetur philolaches:
Phí- Non uideor uidisse lenam callidiorem ullam alteram.
lo. Vt lepide atq; astute in mentem uenit de speculo.Phile.mane
Etiam ne unguentis unguendam censes.Sca.minime feceris.
Phi- Q ua propter:Sca.quia ecastor mulier recte olet:ubi nihil olet.
le. Nam istæ ueteres quæ se unguentis unctitant interpoles:
Vetulæ:edentulæ:quæ uitia corporis fuco occultant:
Vbi sese sudor cum unguentis consociauit.illico
Itidem olent:quasi quum una multa iura confundit coquus:
Q uid oleas nescias.nisi id unum male olere intelligas.
Phí- Vt perdocte cũcta callet.nihil hac docta doctius
lo. Verũ illud est maximum.adeo pars uestrorum intelligit:
Q uibus anus domi sunt uxores.quæ uos dote meruerunt.
Ph. Agedũ cõtẽpla.aurum & pallam.satin hæc decent scapha:
Sca. Non me curare istuc oportet. Ph.quæ obsecro. Sca. eloquar.
Philolaches nequid emat:nisi quod tibi placere censeat.
Nam amator meretricis mores sibi emit:auro & purpura.
Q uid opus est quod suum esse nolit:ei ultro ostentarier:
Purpura ætati occulcanda est.aurum turpi mulieri.
Pulchra mulier nuda erit:q̃ purpurata pulchrior.
Postea nequicq̃ exornata est bene:si morata est male.

ne enim dulce dicimus.Dicimus aũt suauiũ:& Sauium absq;.u.in prima syllaba.sed & differẽtia suprascrita con funditur a poetis.ut in illo Martial.Basia da nobis diadumene pssa.& in illo nasonis oscula qui sumpsit si non & cætera sumpsit. Vt speculum tenuisti metuo ne oleant argentũ manus.Specula argentea fiebant. unde Plynius libro.xxxiii.laminas duci: & specula fieri nõ nisi ex optimo argento posse creditum fuerat. ꝑpterea Scapha lena nunc ait: Metuo ne manus tuæ oleant argentum a speculo:quod tenuisti in manibus. & sic philolaches suspicetur : te accepisse argentum a quoq̃ altero amatore. Non uideor. loquitur philolaches. Mulier recte olet : ubi nihil olet. optima sententia. iuxta illud Martial. Nõ bene olet : qui bene semper olet. Interpoles. fictæ.adulteratæ.renouatæ.a uerbo iterpolare: hic & hæc interpolis.a quo & interpola:noua inuenta & renouationes. Ply.Mutatur ars quotidie quotiens interpolis: & ingeniorum græcie flatu impellimur. & interpolator dicitur qui antiquas uestes resarcit ac renouat:ut eas facilius uendat: cuius fœminínum est interpolatrix de hoc uerbo interpolare & deriuatis eius : diximus etiam in amphitryone. Edẽtulæ.sine dentibus. edẽtulus enim dicitur:qui dentes nõ habet. is græce μω-λοσ appellatur : qđ & gelius asserit. Nisi id unum male olere intelligas. ita legendus uersus est. ex codicibus antiquis : metri & sententiæ congruitate.absq; ea dictione nil . quæ interposita erat in exemplaribus impressis. Verum illud est maximum.illa est maxima ueritas:quam dixit Scapha de muliere unguentata:quæ nihil aliud:q̃ male olet. Adeo pars uestrorũ intelligit.ita scribendum est ex codicibus antiquis: & recta sententia:& non nostrorum:ut plodius amens legit.& infra. Quæ uos dote meruerunt.nõ quæ nos. loquitur enim philolaches qui uxorem utiq; nõ habet.licet aũt in occulto sit:quantum attinet ad philematium & Scapham:palam tamen est:auditoribus:qui in scena sunt.& ad eos conuersus hæc uerba profert. Vestrorũ aũt pro uestrũ positum est:more antiquo. Quæ obsecro:s.curanda sunt.& delendũ est:igitur:quod hic additũ erat:cõtra metri rationem.& antiquoꝝ codicum scripturam. Nam amator.hic sensus.amator emit sibi mores meretricis:& leporem:ac uenustatẽ auro & purpura.quibus meretricem donat:ut ab ea moribus & uenustate ac lepore delectetur.nõ ergo opus est: ut meretrix amatori ostentet purpuram & aurũ:quæ ille sua esse nõ uult: sed meretrici:pro moribus ipsius donat. Purpura ætati occulcanda est. aurũ turpi mulieri.ita scribendum uersum hunc censemus:hoc sensu.Si qua mulier uetula est:& ætate plena:ei occultanda:& superinducẽda est purpura: ut aliquãto iunior appareat.& si qua paulo turpior est:auro ornanda & cõplenda:ut formosior uideatur:& constructio talis est.purpura est occulcanda ætati.i.mulieri iam ætate puectæ.& aurũ est occulcandũ turpi mulieri. nec scribendum est ætate:& exponendũ iuuenili scilicet & teneriusculæ.nec aurũ turpe & nõ turpi.ut exponit & corrigit plodius ille uanissimus plauti interpres.cui Sarracenus quoq; parũ distãtia:nisi & peiora ꝑdidit. Postea.Sententia uera:& aureis litteris notãda ꝙ ea mulier quæ male morata est:frustra se exornat:quum eam turpes mores magis inquinent : q̃ si cœno illita:& oppleta sit.

Interpoles

Interpolator.

Edentulus

Collinunt. turbant. inquinant. a uerbo lino: quod est leuiter superinduco: & inspergo. Virg. Et paribus lita cor pora guttis. Cicero. tuli moleste: q litteræ delitæ mihi a te redditæ sunt. Nam næ si pulchra est mulier. mulier addendū est. metri necessitate. & sententiæ cōgruitate. aliter uersus claudus sit: qđ plodius nō uidit. Quid hic uos tādiu agitis. addenda est dĉtō illa tam. aduersus integritatē. Ego tibi. similiter addendū est ego: ut cōstet uersus: & nō claudicet. At mihi quidē sic ornata es satis. ita complendus uersus est: nisi mancū legere uelimus. Mea philematium & hic uersus clare ostēdit: scribi debere philematiū. & nō philocomasium: ut scribunt plodius & Sarracenus lascii interpretes: qnquidē uersus philocomasium non pateretur. — *Lino.*

Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.
Nam næ: si pulchra ē mulier nimis ornata ē. Ph. nimis diu
Abstineo manum. quid hic uos tam diu agitis: Ph. ego tibi
Me exorno ut placeam. Ph. at mihi quidē sic ornata es satis.
Abi tu intro. atq ornamenta hæc aufer. sed uoluptas mea
Mea philematium potare tecum collibitum est mihi.
Ph. Libet ædepol mihi tecum: nam quod tibi: idem mihi libet
Mea uoluptas: Ph. iam istuc uerbū uile ē uiginti mnis.
Cedo amabo. decūbe. emptum tibi dare hoc uerbum uolo.
Etiam nunc decem minæ apud te sunt. uel rationem puta:
Triginta mnas pro capite tuo dedi. Ph. cur exprobras:
Philo. Ego ne id exprobrem: qui mihi met cupio id opprobrarier:
Nec quicq argenti locaui tam diu usq: æque bene:
Ph. Certe ego q te amo: operā nusq melius potui ponere.
Philo. Bene igitur ratio accæpti atq expensi inter nos conuenit.
Tu me amas. ego te amo: merito id fieri uterq existimat.
Hæc qui gaudent: gaudeant perpetuo suo semper bono. Ph. age
Accūbe igitur: cedo aquā manibus puer. appone hic mēsulam.
Qui inuident: ne unq eorum quisq inuideat prorsus cōmodis.
Sca. Vide tu an ibi sint unguenta: Ph. quid opus ē cū stacte accubo.
Sed ē ne hic meus sodalis. qui huc incedit cum amica sua:
Is est callidates. cum amica eccum incedit. euge oculus meus

Nam qđ tibi: idem mihi libet. ita scribendus uersus. & non: nā qđ tibi libet. uersus ratiōe. Iam istuc uerbum uile est uiginti mnis. Scribendum est mnis: & nō minis. ex codicibus ātiqs. & metri necessitate. utroq .n. modo dicimus: & mina: & absq. i. mna: nam græce μνᾶ dicitur. Sensus est. hæc dulcia: & amorabūda uerba: quod tibi libet mihi libet uoluptas mea: multo pluris sūt: & plus admodum ualēt: q sint. xx. minæ ex illis: quas pro capite tuo dedi. Quapropt decem tantū minæ restant mihi apud te de expensa quā feci in te emēda. dederat enim triginta minas p ea. & scribendum est. Triginta mnas. & non minas: rōne qua supra. Cur exprobras: philematii uerba sunt: cui hæc cōmemoratio beneficii & emptionis de se factæ uisa fuerat exprobratio quædam. exprobrare. & opprobrare: est ignominiæ obiicere. probrum enim scelus ac flagitium significat. & per metaphoram pro ignominia accipitur: quæ ex scelere sequi solet: ut datum est illi probro. i. ignominiæ ascriptum. Qui mihi met cupio id opprobrarier. pbro obiici: q rem. s. tam caram & insignē tam uili emerim. Certe ego. philematiū loqtur. par pari ridens: nā quū ille dixerit: nihil argenti æque bene locasse & expēdisse: q id quo eā emit: ipsa rīdet: nullam operā melius posuisse q eā: qua ipsum amat. Ratio accæpti atq expensi. puerbialiter hoc dicitur: quum animi placide conueniunt: non secus q tabulæ: in quibus accæpta & expensa describuntur. Puer appone hic mensulam. scribendū est mēsulam ex prisciano: locū hunc adducente. libro tertio. Qui inuident: ne unq eorum quisq inuideat prorsus cōmodis. ita scribendus est uersus: ex codicibus antiqs: & etiā impressis: & clarus est sensus: iuxta illud Martia. Oibus inuideas liuide. nemo tibi. nec opus est ambages referre plodii: legētis cōmodi. & garrientis de uerbo inuideat pro ipendio uideat: ut auctiua particula sit in. & reliqua. Vide tu an ibi sint unguēta. Scaphæ uerba sunt. Mos aūt erat odoramenta & unguēta spargere quū ad mensam accūberēt: ut bonus odor esset. teterq pelleretur. Quid opus ē. cū stacte accubo. Si plodius arrogās plauti interpres: & Sarrace. lasciosus: lōgius uiderēt: ita pfecto uersum hūc legissent: & nō cū istac accubo. Nā codices antiq: cū stacta accubo hñt: & sensus ē optimus: & oi cōgruitate aptissimus: ut quū Scapha rogasset unguēta: philolaches rīdeat: nō opus eē alio unguēto: qn ipse accubet cū philematio amica quæ utiq stacte ipsa: & ungnentoꝝ oīum princeps sit. Scimus. n. Stacten unguentum esse oīum primū: qđ ex myrrha arbore arabiæ odoratissima fit. ut Dioscorides: & Plynius asserunt. De qua hic poeta in curculione sic ait. Nam omnium unguentū odor præ tuo nautea est: tu mihi stacte. tu cinnamū. tu rosa. tu crocum &c. Is ē callidates. hoc loco plodius nō iā lasciosus: sed plane cæcus: & somno oppssus est: quum corrigit callidamates: & scribendum est inquit callidamantes. sed qualis erit hic uersus: si

Mina. & mna. — *Probrum.* — *Opprobrare.* — *Exprobrare.* — *Stacte.* — *Callidates*

callidamantes legeris plodi amusicō tere? quid sibi uolet Callidamantes? certo una mecum ignorare te existimo. Scribendum igitur est Callidates ex codicibus antiquis: recta lege metri: & conuenienti nominis significatione. nam bonum bellumq; datorem Callidaten interpretabimur a καλοσ bonus: & δατησ dator: qđ fere accidit in his adolescentibus genio & amori deditis: quiq; præcipue sibi amicas diu seruare quærunt. ut dent donentq; multum: suasq; ad illas diuitias quottidie aggerant: & profundant. Maniplares. militis eiusdem manipuli & cohortis: socii uidelicet nostri & amantes: ut etiam nos sumus. scribendum autem hic est per syncopam maniplares. & nō manipulares. metri necessitate.

Maniplares.

Conueniunt maniplares: eccos prædam participes petunt.

Callidates. Scapha. Delphium. Philolaches. Philematium.



Cal. Aduersum mihi uenire ad philolachem uolo tēperi.

Sca. Audi en tibi ipetratū ē. Cal. nā illi ubi sunt. effugi foras:

Ita me ibi male conuiuii. sermonisq; ptesum.

Nunc comessatum ibo ad philolacheten. ubi nos hilari

Ingenio & lepido accipiet. ecquid tibi uideor mammam

Adire? Del. semper istoc modo moratis debebas

Vti. Cal. uis ne ego te ac tu me amplectare? Del. si tibi ē cordi

Facere: licet. Ca. lepida es duce me amabo. De. caue ne cadas

Asta. Ca. oh oh ocellus es meus. tuus sum alūnus. mel meum.

De. Caue modo ne prius in uia accūbas: ꝗ illic ubi



Aduersum mihi uenire. Versus est tetrumeter brachicatalecticus: septem pedibus cōstās: Sodaliciū & Cōpotationem cōtinens philolachis: & Callidatæ: ac eorum amicarum. In hac autē scena ebrii mens ostēditur: nescia pudoris & uerecundiæ. & ut conici potest hic primus sensus est. ut Callidates introducatur: qui tanꝗ ebrius discesserit e quodam sodalitio & comessatione adolescentum una cum delphio amica: quoniam ibi ab sodalibus ebriis & ipsis fortasse male habitus fuisset in conuiuio. & discedens famulos suos alloquitur: præcipiens ut sibi aduersum eant tempestiue domum philolachis: quo se recipere decreuerat. Mihi uenire. scribendum est ex codicibus antiquis: & sententiæ congruitate. ac metri ratione. & non uenire inibi: ut corrigit insulsus plodius: nulla prædictorum habita ratione. Volo tempori. dicimus tempori. tempore. & per tempus: ut ait Donatus. Audi en tibi impetratum. Scapha loquitur. quæ sciens Callidaten a philolache iamdudum desideratum: quum uenientem & loquentem in hunc modum uidit: alloquitur philolachem: & dicit. Audi. s. quæ loquitur Callidates. en tibi impetratum: quod cupiebas uidelicet: ut ad te ueniat. Nam illi ubi sunt effugi foras. ita scribendum est absq; dictione illa inde: quæ tamen subaudienda est: ut sit. nam effugi foras inde ubi illi sunt. & continuata uerba sunt Callidatæ cum superioribus. Ita me ibi male conuiuii sermonisq; pte sum. ita censemus scribendum uersum: hoc sensu: effugi foras ab eo loco: ubi illi alii adolescentes comessatores & compotatores erant: quoniam me ibi pertesum est sermonis eorum & conuiuii. nec scribendum est cesunt. tanꝗ a cedo cæso: ut Sarracenus legit & exponit absq; ullo recto sensu. neq; conueni: aut conuitii: ut fabulatur plodius. Hilari ingenio. ingenium proprie significat naturam cuiq; ingenitam. Terentius. Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi. i. cum hominibus eius naturæ. Virgil. Nunc locus aruorum ingeniis. interdum significat uim intelligendi naturalem: qua sæpe inuenimus quæ ab aliis non didicimus. Vnde præclara ingenia: & obtusa ingenia dicimus. hoc est acuta. & rudia. & homines ingeniosos qui naturalem uim ad aliquid agendum accōmodatam habent. Et lepido. Venustum a lepido distare dicimus: ꝙ uenustū uocamus quod cum gratia quadam & uenere dicitur uel fit. lepidum uero quod rotunditate quadā: & breuitate: & quasi celeritate atq; acumine uerborum uenustum est. unde lelius quēadmodum id animal quod lepus uocatur aleuitate pedum dictum existimat: ita & leporem in oratione a pedum suorum leuitate putat appellatum. habet. n. oratio quoq; suos pedes: siue soluta: siue numerosa sit. Mammam adire. sensus est: ut ebrioli ac pueri: dicentis: o delphium: quum ad philolachem eo: num tibi uideor ad māmam nostram ire. ita antiqui: & nostri quoq; alūnam & matrem uocabant. Cato. qui cibum ac potionem buas & papas docent. & patrem tatan. & matrem māmam. Istoc modo moratis debebas uti. ita scribēdum censemus nos: omissis uaniloquis nugis plodii: & item Sarraceni. loquitur. Delphium respondens callidatæ. o callidata semper debebas uti sociis & sodalibus istoc modo moratis: & huiusmodi moribus imbutis: quibus est philolaches: quod si fecisses. s. non opus fuisset nunc sodalicium deserere illepidum & nobis ingratum: ut fecimus. Vis ne ego te. Callidates ut ebrius loquitur: qui non aduertens sermonem delphii: & petit eius amplexum ibi in uia: cui & illa annuit. Duce me amabo. quum pedibus stare non posset callidates: petit a delphio: ut se ducat. quod illa respondens magis declarat: quum dicit: caue ne cadas. asta. Caue modo. Delphium loquitur. caue inquit: ne prius accūbas. hoc est te deiicias hic in uia: ꝗ coimus illic ubi lectus est stratus. idest morare aliquantum: & te sustine: usque dum ambo peruenerimus ad philolachem: ubi in lecto strato postea coibimus. Scribendum autem est coimus: ex codicibus antiquis. & sententiæ congruitate. & non comus: neq; comis: ut plodius & Sarracenus rudes interpretes legunt.

Ingenium.

Venustus.
Lepidus.

Mamma.

Sine ſine cadere me.Callidates loqtur. Sines & hoc qđ mihi in manu eſt. hēbat fortaſſe Callidates manū ad delphii ſolliculū:quē pertractabat:ppterea:inqt:ſines & hoc cadere qđ mihi in manu ē?Ideo rńdet Delphiū. Si cades:tecū cadā. Madet homo.Scaphæ ſunt uerba:q̄ Callidaten madere:hoc ē ebriū eſſe inqt. Madere.n. Madere. eſt ebriū eſſe:& madidus temulētum ſignificat. Tibullus.nō feſta luce madere eſt pudor:errātes & male ferre pe Madidus. des.nā qđ Sarracenus legit Mandet humo.i.ſepeliet:cōtra antiquoꝶ codicū ſcripturā:& ſniæ cōcinnitatē nugæ uidentur. Tun mea uis mammā adire.Quia ſuperius callidates dixerat:ecqd tibi uideor mámā adire:quū co ad philolachē:nūc in terrogat delphiū ſi & ipſa uult adire mámá: hoc ē philematiū phi lolachis amicá. nam qđ plodius meá mā-má legit.i.genitalia nō placet. illud vō fal ſum cenſemus: q delphium niteretur calli datem leuare: quem utiq mūdū uidimus cecidiſſe. Cedo ma nū.Da inqt Delphiū: manum tuá mihi: ut te ſuſtineá: ne cadas: & te affligas.Vnde il le porrigēs manū ait: en tene.age ſimul: nō enī dicit leua me:ſed age. utpote qui ſta-bat:& non deciderat. Quo ego eam an ſcis?loqtur ut ebrius: rogatq illam an ſciat quo ipſe eat. Modo nēpe domum eo co-meſſatum. iteꝶ tanq̄ uaniloquus & temu-lentus loqtur. Im-mo iſtuc qdē memi-ni.tollēda eſt dictio il la iam.quæ erat ante memini uti ſupfluēs: metri rōne. Nū nō uis.philolachis uerba

Lectus ē ſtratus comiſus.Cal.ſine ſine cadere me.ſines
Et hoc qđ mihi in manu ē?Del.ſi cades:nō cades qn cadā tecū.
Iacentis tollet nos poſtea ambos aliquis.Sca.madet homo.
Cal. Tun mea uis mammā adire?Del.cedo manū.nolo eqdem te.
Affligi.Cal.en tene age ſimul quo ego eā an ſcis?Del.ſcio ī mē-
tem uenit.
Cal. Modo nēpe domum eo comeſſatū.Del.imo iſtuc qdē memini.
Phi Nū nō uis me ob uiam hiſce ire anime mi?Philoc.illico ex oibus
lo. Optime uolo.Ph.iā reuertar.Philo. diu eſt iam id mihi. Cal. ec-
quis hic eſt?Philol.is ē. (te amēt.
Cal. En philolaches ſalue amiciſſime mihi hoīum oium.Philol. dii-
Accuba callidates unde agis te?Cal.unde hō ebrius.Phile. pbe
Quin amabo accūbas delphium mea.Cal.da illi quod bibat.
Dormiam ego iam.Del.nū mirū hic aut nouum quippiā facit?
Phi Quid ego hoc faciā poſtea mea.Phile.ſic ſine eum quieſcere.
lo. Age tu interim da delphio cito cantharum erotium.

Tranio. Philolaches. Callidates. Delphium. Philematiū.

Tra. IVppiter ſupremus ſummis opibus atq induſtriis
Me periſſe:& philolachetē cupit herilem filium.
Occidit ſpes noſtra.nuſq̄ ſtabulum eſt confidentiæ.
Nec ſalus nobis ſaluti iam eſſe:ſi cupiat: poteſt.
Ita altum erroris montem maximum ad portum modo
Conſpicatus ſum.herus aduenit peregre.periit tranio.

ſunt ueniā petentis ab amica ſua philematio:eundi obuiā Callidatæ & delphio. Accuba callidates.hic quoq locus aperte oſtēdit callidates:& nō callidamātes ſcribi debere:ſuper quo plura uerba nō faciemus. Probe.loquitur philemátium.rńdens ad illud callidatæ:unde hō ebrius.& deinde uocās ad ſedendū ad mēſam Delphiū.

Nū mirū hic aut nouum.Solēt.n.ebrii ire cubitum. Quid ego hoc faciā.philolaches philematiū rogat:qđ ego inqt faciā hoc.i.cū hoc ita ebrio:& iam ſopito:unde illa rńdet. Sic ſine eum qeſcere.& ita ſcribēdum cenſemus.& nō ipſe.neq blepſe.rā metri rōne:q̄ ſniæ cōgruitate.qđ vbum qeſcere quū a plodio afferaſ lectū in qbuſdā codicibus:quanq̄ ipſe nō recepiſſe illud uideatur:nobis admodū cōgruere uiſum eſt. Age tu interim.aſcribendū ē tu:metri neceſſitate.ex codicibus antiqs. Da delphio cito cantharū erotiū.ita ſcribēdū cenſemus uerſum.& erotium:nō circum legēdum:qđ ſit nomē famulæ a philematio uocatæ ut delphio propinaret potum. nam in codicibus antiquis manu ſcriptis:legitur eritum.& non circū.quæ dictio cum erotio maximam habet ſimilitudinem.& ſic ſententia erit abſoluta.

IVppiter ſupremus.Idē genus ē carminis cū ſcena ſupiore.tetrametrū uidelicet brachicatalecticū.ſeptē cōſtās pedibus.uſq ad illū vſum.Pluma haud itereſt.ab eo.n.uſq adfinē ſcenæ:trimetrū ē:ſex tm̄ cōſtās pedibus Cōtinetq pturbationē Tranionis ſerui:ob reditum pegre teuropidæ ſenis:nec minus philolachetis herilis filii:anxie quæritātis:qd ſibi cōſilii capet in tā ſubita nouitate:Cui dolis & aſtu Tranionis ſuppetiæ ferūtur. Nuſq̄ ſtabulū eſt cōfidētiæ. Aſylū.refugiū.hoſpitiū.Stabulū.n.a ſtādo dictū pprie hoīum diuerſoriū & hoſpitiū dicitur.hinc Stabulum. ſtabula etiā appellantur loca:in quibus armēta gregeſq cōſiſtunt in agris & ſub diuo ueluti quædam ſtationes animaliam. Altum erroris montē.maximum timorē:ingentem calamitatē & conſternationē.Nam qđ ait audax nouoꝶ uſurpator plodius:quid ſi ſcribis altū eurydamantē?fumus & nebula eſt.quum uerſus nō conſiſtat:ſi altum eurydamantem ſcribas.& nec ſententia ſatis quadraret:& codices omnes erroris montem habeant.

Plagipatidæ.

Qui facere argenti cupiat aliquãtũ lucri. qui cupiat lucrifacere & lucrari aliquãtum argẽti. Qui hodie sese excruciari meã uicẽ possit pati. ita legẽdũ cẽsemus uersum. & nõ meo aio. Tũ q̃a. cõcinnitati sniæ magis cõuenit: tũ q̃a in codicibus ãtiq̃s scriptũ est. Me aium. ex qua litteraꝝ agglutinatione facile resultauerit. Meã uicem. si cõsiderentur paulo acutiore ingenio. Vbi sunt isti plagipatidæ ferritribaces uiri. ṽsus hic ita legendus ẽ ex codicibus antiq̃s. & recta lege metri. ac cõuenientiori locutione: q̃ plagipati. nemo. n. unq̃ audiuit: ut plagipatus quis dixerit: & quãq̃ fictũ quoq; sit plagipatidæ: habet tñ similitudinẽ ꝑpiorẽ grãmaticæ: q̃ plagipati qua di-

Ecquis homo ẽ? qui facere argenti cupiat aliquantũ lucri.
Qui hodie sese excruciari meam uicem possit pati.
Vbi sunt isti plagipatidæ ferritribaces uiri?
Vel isti qui trium nummorũ causa subeunt sub hasta?
Vbi qui dindymeneis hastis corpus transfigi solent?
Ego dabo ei talentum: primus qui in crucem excurrerit.
Sed ea lege ut offigantur bis pedes: bis brachia.
Vbi id erit factũ: a me argentum petito præsentarium.
Sed ego sum næ infelix: qui nõ curro curriculo domum.
Ph. Adest obsonium. eccum tranio a portu uenit. (riimus
Tra. Philolaches. Ph. q̃d ẽ? Tr. ego & tu. Ph. q̃d? Tra. & ego & tu pe-
Ph. Quid ita? Tra. pater adest. Ph. q̃d ego ex te audio? Tr. absũpti su
Pater inq̃ uenit tuus. Ph. ubi ẽ is obsecro? Tra. hic adest. (mus.
Ph. Quis id ait? quis uidit? Tra. egomet inq̃ uidi. Ph. uæ mihi
Quid ego agam nũc? Tra. nunq̃d tu malũ me rogitas q̃d agas?
Accũbas. Ph. tu en uidisti? Tr. egomet inq̃. Philo. certe inq̃ occi-
Si tu uera memoras. Tra. q̃d mihi sit boni: si mentiar? (di.
Ph. Quid ego nunc faciam? Tra. iube hæc hinc omnia amolirier.
Quis isthic dormit. Ph. callidates. Tra. suscita istum delphium.
Del. Callidates callidates uigila. Cal. uigilo. cedo. ut bibam.
Del. Vigila pater aduenit peregre philolachis. Cal. ualeat pater.
Philo. Valet ille quidem. atq; ego disperii. Cal. disperisti? qui potest?

ctibole & in captiuis usus est poeta: quũ inq̃t: nil morantur iã lacones imi subsellii uiros plagipatidas &c. cui simile. Et alibi idẽ nouoꝝ uocabuloꝝ fictor: sed nõ ineptus: dixit flagricibæ. Plagipatide aũt pro plagigeris: & plagas patiẽtibus accipiendum est.

Ferritribaces.

Ferritribaces aũt: ueluti ex dictione latina ferrũ: & græco uerbo τριβω q̃d᷑ tero significat. cõpositũ uidetur. & significat ferrum terẽtes: hoc est: q̃ cõpedes sæpius terere: & in eis uersari soliti sunt. Nã q̃d᷑ Sarracenus interpres inq̃t. tribaces utpote ualẽtiores: meræ insaniæ sũt. Vel isti q̃ triũ nũmoꝝ cã subeunt sub hasta. ita scribẽdus uidetur hic ṽsus. & nõ. uel isti q̃ hastis. metri rõne. & quia dctõ illa hastis supfluens esset. est tñ hypmeter ṽsus: abundãs una syllaba ultima: quæ quũ sequẽti uersu a uocali incipiẽte scandendo iungitur. hoc dicit. ubi sunt isti: qui postq̃ sua oĩa abligurierunt: se se tribus nũmis uẽditare solent: & in alioꝝ mãcipatum dare? de q̃bus Iuuenalis dixit. Et ꝑferre caput dña uenale sub hasta. Vbi qui dindymeneis hastis corpus trãsfigi solẽt. Versum hũc ita scribeñ. cẽsemus. metri rõne: & sniæ. quæ ẽ: ut dicat: ubi sũt illi cybelei sacerdotes: q̃ seipsos feriũt: & ṽberãt: cultris ac ueruculis musculos trãsfigẽtes? Si titus eis amor est plagaꝝ: & uerberꝝ: nunc me adeant: & meã subeant uicẽ:

Cybelei sacerdotes.

Cybelei sacerdotes per corybantiã capita rotantes suos sibi musculos inuadebãt: & cõtruncabãt: iuxta illud. Et fecet ad phrygios uilia mẽbra modos.

Cybele.

Cybele aũt mater deoꝝ est: dindymene appellata a phrygiæ loco: quẽ dindymenen dicunt.

Dindymene.

Dindymus quoq; & dindyma mõs est phrygiæ dicatus matri deum. Et dindyma montes etiam sunt iminentes cyzico: in q̃bus est delubrum cybeleium. Nec scribẽdum est: ubi aliqui qui. ut scribit plodius. nã aliqui supfluit.

Dindyma.

neq; qui denis hastis ꝑ decem uulneribus: ut Sarracenus exponit. nihil uterq; nisi inscitiã redolentes. Ego dabo. Si q̃s meã uicem subire uult: & ꝑ me in crucem excurrere: quã timeo mihi subeundã: talentum a me recipiet.

Præsentarius.

Præsentarium. q̃d᷑ & ꝑsentaneum dicitur. i. ꝑmptũ: & in numerato. uenenum ꝑsentaneum: & ꝑsentissimũ appellatur: q̃d᷑ illico & statim occidit: uel liberat.

Pñtaneus.

Sed ego sum næ infelix. ita scribeñ. est. nõ sum næ ille infelix. metri rõne: q̃ dictionem: ille: nõ patitur: q̃d᷑ plodius interpres nõ uidit.

Opsoniũ.

Adest opsonium. philolaches loquitur: uidens tranionẽ accedere redeuntem a portu quo iuerat: ut ipsis adolescẽtibus emeret opsonia. opsonium aũt nomen græcum est οψώνιον. & dicitur quicquid additur pani & uino. uñ opsono: & opsonor deponens. nã utroq; mõ dicimus pro cõuiuari: siue opsonia emere: ut in Captiuis dixit. Ipsi opsonant quæ parasitoꝝ ante erat prouincia.

Opsono & opsonor.

A portu uenit. scribẽdum est uenit: ex codicibus antiq̃s: & metri necessitate: & non adit: ut plodius legit: & Sarracenus. Ego & tu perimus. duplici ii scribẽdũ periimus: ut sit ꝑteriti tpis: metri necessitate. Hic adest. addendum hic: metri necessitate. Quid ego agam nunc? addendum est nunc rõne metri. Amolirier. amoueri. auferri. Callidates callidates. uerba sunt Delphii suscitantis callidaten amatorẽ suum.

Vale.

Valet ille q̃dem: atq; ego disperii. uerba sunt philolachis interꝑtantis in bonã partẽ ṽba callidatæ: q̃ dixerat. Valeat pater: sed in

malā partē.ac ſi dixiſſet abeat:nō rediturus. nam ut ait Varro:ideo mortuis ſalue & uale dicimus:nō ꝙ ualere & ſalui eſſe poſſint:ſed ꝙ ab iis recedimus:eos nunꝗ uiſuri hinc ortū eſt:ut ēt maledicti ſignificationē interdū uale obtineat ut Terē.Valeāt qui inter nos diſſidiū uolūt.hoc eſt ita a nobis recedāt:ut nūꝗ ad noſtꝝ reuertātur aſpectum. Addēdū aūt fuit ego inter atꝗ & diſpii:nō metri neceſſitate:ſed ſnīæ cōcinnitate. Qui pōt.i. quo modo pote eſt:qūo poſſibile eſt. Quæſo exurge.tollēda ē dictio ædepol quæ erat media hoꝝ duoꝝ ūboꝝ: metri rōe.
Quidnā illi reditio ēt huc fuit?addēda fuit ſyllabica adiectio illa uā:neceſſitate metri.

Ph. Q uæſo exurge:pater aduenit.Cal.tuus uenit pater?
Iube abire rurſum. quidnā illi reditio etiam huc fuit?
Ph. Quid ego agā?pater iā hic me offendet miſeꝝ adueniēs ebriū:
Aedis plenas conuiuarū:& mulierum.miſerū eſt opus:
Sicut ego aduentu patris:nunc quæro:quid faciam miſer:
Tra. Ecce autem hic depoſuit caput & dormit eum ſuſcita.
Ph. Etiā uigila.pater inꝗ aderit iā hic meus?Cal.ain tu pater?
Cedo ſoleas mihi:ut arma capiam.ego pol iam occidam patrem.
Ph. Perdis rē.tace amabo.abripite hūc intro actutū inter manus.
Cal. Iam hercle ego uos pro matula habebo: niſi matulam datis.
Ph. Perii?Tra.habe bonū animū.ego iſtū lepide medicabor metū.
Ph. Nullus ſū.Tra.taceas.quin ego iſta hæc ſedens.medicabor tibi.
Satin habes:ſi ego ita aduenientē patrem faciam tuum:
Nō modo ne introeat:uerum etiā ut fugiat longe ab ædibus?
Vos modo hinc abite intro:atꝗ hæc hinc ꝓpere amolimini.
Ph: Vbi ego ero?Tra.ubi maxime eſſe uis:cū hac:tu cum iſtac eris.
Del. Q uid eſt igitur?habeamus hinc nos.Cal.nō hoc non delphium
Metuas potare.haud tantillo hac quidem cauſa minus.
Ph. Hei mihi:quū iſta hæc blanda dicta quo eueniant madeo metu.

Miſerū eſt opus:plodius hic ſolēs nugaſ: quū inqt:miſerū me.ē opus aduentu patris: ſicut ego maneo.hoc eſt ita deficiūt res: ita prolapſæ:ut patris aduentu ſit opus. Quæ affaniæ hoīs:quæ delitia ſuut:hæc? imo philolaches nollet patrē aduenire.qs aūt unꝗ ſic locutus ē. eſt opus aduentu patris : ſicut ego maneo? Quare ita potius ſenſum excipiendū putamus:ut quū dixiſſet philolaches:qd ego agā? pater iā hic me miſerum ebriū offēdet cū cōuiuis & mulieribus:ſubdat. Miſeꝝ eſt opus: hoc ē miſeria & infelicitas magna ē: quēad modū ego ob patris aduētū: neſcio qd faciā:modus aūt loqndi eſt poetæ:ut etiā infra paulo : hei mihi quū iſta hæc blāda dicta quo eueniant madeo metu. Eum ſuſcita.addēdum eſt eum:metri neceſſitate. Cedo ſoleas.crepidas.Solea genus calciamēti eſt planti ſubiectū. quæ græce κρηπισ latine crepidā noīatur. Solea. Vt arma captam.loquitur tanꝗ ſemiſōnus & ebrius. Ego pol iā occidā patrē.ita ſcribendus uerſus eſt:ut ſibi conſtet.& non iam pol ego.

Pro matula habeo.Matula uas eſt aquariū.& etiam urinariū:in quod urinam ſpargimus:quum meiere uolumus.ideo dicit inſpergam uos urina & habeo uos pro matula:niſi matulam datis.dicimus etiam per diminutionem Matella. Matula. Matella. Taceas quin ego iſta hæc ſedens medicabor tibi.ita ſcribendum eſt ex codicibus antiquis: & ſententiæ congruitate.& non.ergo qui iſtec ſedens meditabor:ut plodius legit:abſꝗ ulla uerboꝝ cohærentia: & ſenſus perceptione. Atꝗ hæc hinc propere amolimini.amolimini hoc loco deponens eſt tranſitiuum. nam ſupra paſſiue dixit iube hæc hinc omnia amolirier. Cum hac. tu cum iſthac eris.addendum eſt.Tu.metri neceſſitate.& etiam ſententiæ congruitate.ut dicat Tranio:tu philolaches eris cum hac.ſcilicet philematio. tu callidates cum iſthac.ſcilicet delphio:unde delphiū reſpōdet:qd eſt igitur?abeamus hinc nos. Non hoc uō delphiū. ita ſcribeñ.eſt:ex codicibus antiquis:& metri ratione. non autem non hoc longe delphium. Et ſimiliter infra.

Metuas potare:non autem nam metuis potare ſcribendum eſt:ex ſententiæ concinnitate. quæ eſt hæc. o delphium non metuas potare hac cauſa minus:haud tantillo:ac ſi paleam oſtendiſſet:ſunt autem uerba callidatæ ad delphium amicam: oſtendentis ei:ſe nihil curare reditum teuropidæ:etiam ſi philolaches ea re maxime affectus eſſet:uel potius confidentis in uerbis Tranionis:qui eis dixerat.tu cum hac:tu cum iſthac eris. Hei mihi quum iſta hæc blanda dicta quo eueniant madeo metu.ita ſcribendus hic uerſus eſt:ex codicibus antiquis: metri ratione.& ſententiæ concinnitate:quæ eſt hæc.ut philolaches reſpondens uerbis Tranionis qui ei dixerat:ubi maxime eſſe uis : cum hac eris : dicat : hei mihi ut uereor:ut magno metu madeo : quem finem habitura ſint: & quorſum eueniant hæc tua blanda dicta.Eſt autem modus loquendi Plautinus.hei mihi: quum madeo metu quo hæc eueniant : pro ꝗ madeo metu : ſicut etiam ſuperius dixit.miſerum eſt opus ſicut ego aduentu patris nunc quæro quid faciam miſer. Nec plodii inſcitia hic admittenda eſt : legentis cōmiſta : & exponentis graueolentia. fetor. ſordes. uirus. odor olenticetus. ſicut etiam dixit ſuperius : in illo : capram commiſtam. quum ſomnia ſint omnes illius ambages : & uerſus hic non recipiat nomen illud unicum commiſta. nec ulla recta ſententia elici poſſet : etiam ſi uerſus pateretur. nec ſi uerſus pateretur:alicubi lectum ſit ut puto : commiſtam ſubſtantiuum nomen eſſe: & fetorem.aut graueolentiam ſignificare.

Quo eueniant.ex codicibus omnibus antiquis & manuscriptis:eo sensu:quem diximus. non quo eueniat res. scilicet ut rudis ille plodius exponit. Potest.philematii uerbũ est:pro philolache respondẽtis:ideo ad ipsam cõuersus Tranio inquit:Omniũ primum philematium intro abi.& tu delphium.ubi philematium literis clarissimis legitur in codicibus antiquis.nec aliter uersus consisteret. Ita ille faxit iuppiter. ut scilicet morigere sitis. & pareatis mihi. Primum dum.dum abundat uenustati tantum stili seruiens. Tanq̃ si intus.loquitur tranio.

Responset.pro respondeat.a uerbo responso.as.& non respondet: ut legit plodius. In tuam custodiam me & meas spes.ita legẽdum est.& nõ meq; & meas.ut legit plodius cõtra uersus rõnem.

Pluma haud interest. hinc iã ũsus est trimeter:sex tm̃ pedibus cõstans:usq; in finẽ scenæ.Nihil inqt differt: utrum quis dñs sit:an seruus:quũ nihil animi habet nullaq; ẽ audacia fultus. hoc aũt dicit tranio sibi applaudens: q maiori audacia polleat q̃ herus philolachis qui qdẽ ob aduentũ patris ptimescat: ipse uero sibi cõstet:& audeat herũ deludere legendũ est aũt. patronus an cliẽs fuat.metri necessitate & sniæ cõgruitate. nõ ppior fiet: ut plodius legit nullo cũ sensu.

Nã cuiuis homini. Catholica snia.nullus est: cui facile non sit malefacere:etiã de improuiso:siue ille sit nobilis:siue ignobilis.optimũ & pessimũ:p nobili & ignobili posuit: pstans in cõpatiõe sui ad philolachem. nam non cõueniret:q quis optimus eẽt:si nequiter faceret. Ne quid patiantur.ita scribendũ est:ex uetustis codicibus:& sentẽtiæ cõgruitate.quæ est ut dicat:quapropter uidendum mihi est:ut quæ designaui & feci hucusq;:nequicia.idest cum nequicia: cum dolis:& cum malicia ne pro non patiantur quid quãobrem.idest propter qđ pigeat uiuere:si uidelicet detegerentur doli & fraudes meæ.& non ne quid ponat:ut ferme habent codices impssi.neq; peccetur:ut corrigit plodius interps: absq; ullo uerborum recto sensu.Et sunt omnia uerba perpetua & continuata Tranionis:incipiendo ibi: pluma haud interest. Tranquille cuncta & ut proueniant sine malo. ita legendus & scribendus est uersus.ex codicibus antiquis.& sententiæ congruitate. Vt liqueant.ut liquida sint:& tuta. Sed quid tu egrederis? dum hæc secum loqueretur Tranio:reuersa est foras philematium missa a philolachete magno timore affecto ob patris aduentum:quæ tranionem oraret:ut uideret curare & efficere omnino:ne pater domum ingrederetur: & inueniret ipsum philolachem cum meretricibus illis.Ideo uidens illam exeuntem Tranio inquit:sed quid tu egrederis? At spero.addendum est at.metri necessitate.tanq̃ si dicat.profecto bene paruisti præceptis meis: qui iussi uos intus: maximo cum silentio: remanere. & ostium occludere. Ne introiret ad se. ita scribeñ. censemus: sententiæ congruitate.& deinde addendam personam Tranionis. non autem.Adest.ut liquidum bonis ingeniis esse potest. Facturum me.addenda fuit dictio me.metri necessitate.

Tra. Potin animo ut sis quieto & facias quod iubeo?Phile.potest.
Tr. Omniũ primũ philematiæ intro abi.& tu delphium.
Ph. Morigeræ tibi erimus ambæ.Tra.ita ille faxit iuppiter.
Animũ aduorte nũc tu iam quæ uolo adcurarier.
Omnium primum dũ.ædes iam fac occlusæ sient.intus
Caue mutire queq̃ sueris.Ph.curabitur.
Tra. Tanq̃ si intus natus nemo in ædibus habitet.Philo.licet.
Tra. Neu quisq̃ respõset:quando hasce ædis pultabit senex.
Ph. Nunquid aliud?Tra.clauim mihi harũsce ædium nunc iam
Iube efferri intus.hasce ego ædis occludam hinc foris.
Ph. In tuam custodiam me:& meas spes: trado tranio.
Tra. Pluma haud interest:patronus.an cliens fuat
Homini cui nulla in pectore est audacia.
Nam cuiuis homini:uel optumo uel pessumo.
Quãuis de subito facile est facere nequiter.
Clauem cedo.atq; abi intro.atq; occlude ostium:
Verum id uidendum est.id uiri docti est opus
Quæ designata sint:& facta nequitia:
Nequit patiantur.quãobrem pigeat uiuere:
Tranquille cuncta:& ut proueniant sine malo:
Sicut ego efficiam:quæ facta hic turbabimus:
Profecto ut liqueant omnia & trãquilla sint.
Neq; quicq̃ nobis pariant ex eo incõmodi.
Sed quid tu egrederis?at spero iam iam optume
Præceptis paruisti?Phil.iussit maxumo
Opere orare:patrem aliquo ut abstereres modo:
Ne introiret ad se.Tr.quin etiam hoc illi dicito
Facturum me:ut ne etiam aspicere ædis audeat.

Ludos ego hodie uiuo p̃senti huic seni.ita scribendus uersus est.hoc sensu.ego hodie faciã ludos huic seni uiuo & p̃senti.i.eludam illum:sed alludit ad ludos funebres qui fieri solebant in funere magnoꝝ uiroꝝ:dicẽs: nũc huic uiuo ludos faciam:qđ credo non fore illi mortuo.i. non credo in funere suo habiturum ludos: quia ut dictum est:fiebant nisi magnus uiris:& inclytus.

Ludi fiebãt in funere magnorũ uiror.ũ

N Abeo neptune gratiã magnã tibi.Versus est trimeter iambicus: sex pedibus cõstans.Inducitur in hac scena Teuropides senex pater philolachetis reuersus pegre:& qui e naui quũ descendisset:ut domũ suã ueniret: gratias agit neptuno: ꝙ eum quãq̃ uix uiuũ amiserit a se: quẽ & rogãt ut si se unq̃ ãplius undis crediderit: demergat penitus: quẽadmodũ & nũc neptunus ipse facere uoluisse uisus est. Occurret aũt ei Tranio:& ut illũ auertat:ne domũ ingrediatur:ubi adolescẽtes erãt genio indulgẽtes:psuadebit ei:pp mõstra q̃dã terrifica: ædes derelictas:& iã diu inhabitari desitas cogetq;tãdẽ illũ opto capite aufugere pcul ab ædibꝫ:summo cũ metu: ut in supiori scena se factuꝝ pollicitus fuerat. Dicimus habere gratiã:& gratias:p eo quidẽ est habere mentem atq; aium gratũ. Agere gratias tãtũ: & non gratiam.i. uerbo ostẽdere nos memores eẽ bñficii accepti. Et referre gratiam: & nõ gratias:hoc est facto bñficium aut iniuriã acceptã cõpẽsare. Quum me amisisti uix a te uiuũ mõ. ita scribi debet ůsus. metri necessitate. Scies imposuisse in undam haud causa est illico. & hic quoq; uersus ita scribendus ẽ:metri necessitate. qđ plodius

Habere gratiam & gratias.

Agere gratias.

Referre gratiam.

Capite obuoluto ut fugiat summo cum metu
Clauim cedo.atq; abi hinc intro.atq; occlude ostium
Et ego hinc occludam.iube uenire nunc iam.
Ludos ego hodie uiuo præsenti huic seni
Faciam:quod credo mortuo nunq̃ fore.
Concedam a foribus huc.hinc speculabor procul
Vnde aduenienti sarcinam imponam seni.

Teuropides senex. Tranio seruus.

Abeo neptune gratiam magnam tibi.
Quũ me amisisti uix a te uiuum modo.
Verum si post hac me pedem latum modo.
Scies imposuisse in undam:haud causa est illico.
Quod nunc uoluisti facere:quin facias mihi.
Apage.apage a me.nunc iam ego post hunc diem
Quod crediturus tibi fui:omne credidi.

Tra. Aedepol neptune peccauisti largiter:
Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.
Teu Triennio post ægypto aduenio domum.
Credo expectatus ueniam familiaribus.
Tra. Nimio pol ille potuit expectatior
Venire:qui te nunciaret mortuum.
Teu Sed quid hoc?occlusa ianua est interdius.
Pultabo.heus ecquis istas hic aperit fores?
Tra. Quis homo est:qui nostras ædis accessit prope?
Teu Meus seruus hic quidem est.tranio?Tra.o teuropides.
Here salue.saluum te aduenisse gaudeo
Vsq; inualuisti?Teu.usq;:ut uides.Tra.factum optime.
Teu Quid uos insani ne estis?Tra.quidũ?Teu.sic quia

nõ uidit.i.causam nõ dico ullã:quin me iuste plecti:& demergi fatear. Apage apage a me.s.undas: & fluctus marinos.& addendũ est a metri:& sillæ cõgruitate. Nunc.iã ego post hunc diẽ.addẽdũ est ego: rõne metri:ac necessitate sup quo uersu plodius & Sarracenus interp̃tes nihil dixerũt:utpote ab ipsis ignorato:& nõ intellecto:

Peccauisti largiter.i.ualde.& ampliter.ita scribi debet ex codicibus antiquis.& non iugiter. Occasionem.opportunitatem.occasio.n.dicitur temporis opportunitas:casu proueniens:ab occido:quod obuenio significat.licet & alias habeat significationes. Triennio post ægypto aduenio domum.redeo inquit domum ab ægypto triennio post.s.q̃ abii.absens enim fuerat trienniũ.ægypto autem pro ab ægypto:ut Italia & pactis necquicq̃ pellere tectis. Sed quid hoc.quum teuropides ianuæ ædium suarũ magis propinquaret:uidit eam clausam:unde miratur ꝙ tempore diurno quæ patere semper cõsueuerit:ut mos est ianuaꝝ nobilium & magnoꝝ uiroꝝ:nunc clausa sit. Interdius.dicemus interdiu & interdius aduerbialiter.i.per diẽ:sicut noctu p nocte:ut diximus in aulularia. Ecquis istas hic apit fores.addẽda ẽ dictio illa hic:ad uersus integritatẽ. Quis hõ est.Tranio ostẽdit se nõ nouisse herũ:q fores pulsauerat. Meus seruus hic qdẽ est.Teuropides hæc intra se dicit:deide exerta uoce uocat.Tranio. Here salue.ita scriptũ est i cod.antiqs:& nõ per salue:qđ & magis placet. Quid uos isani ne estis?

Occasio.

Interdius

addenda est dictio illa ne: & metri necessitate:& sensus concinnitate:interrogatiua est.n.particula. Hasce ambas.fores scilicet. Eho an tu tetigisti.Iterum tranio simulat:non uidisse illum pulsantem: ut magis fallaciæ fidem pbeat:& illum ad fugiendum inducat. Quem mortalem? occidi scilicet. Perduaxint.pro pdant. Cum isto omine.& non cum istoc.nam uersus non staret. Expiare.purgare. purificare.piare interdum colere significat.Plautus.ubi piem pietatem si isto more moratam tibi postulem placere.inde piaculũ pro sacrificio:& cultu. Virg.Eu prima piacula sunto interdum contamino.& polluo:qd' & impio dicitur. Inde piacula pro criminibus & flagitiis: & impius pro polluto ut infra ĩpia ẽ habitatio. Quã obrem:aut quã subito rem.ita scribendus est ṽsus.ex codicibus antiquis: & sententiæ congruitate. & nõ. ut q̃ subito.quẽadmodũ plodius & Sarracenus legunt. Quin tangite.addenda ẽ dictio quin:metri necessitate.uidebatur aũt hoc esse ueluti expiamẽtũ quoddã:ita ut manes quieturi essent: & ibi amplius non futerẽt: uel saltem eis non nocerẽt:si terram tetigissent manibus. Quin eloquere iam.addendum fuit iã:metri necessitate: & sententiæ congruitate. Semel ut emigrauimus.idest postq̃ primum ex ædibus ipsis discessimus. Sermonẽ nostrum qui aucupet. dicimus aucupio.& aucupor ĩ eadẽ significatione p uenor:& inquiro:& p prie de auibus dicitur quãq̃ & ad alia trãsferatur. & ad sermonẽ: ut hic. Capitalis ædis facta est.Capitale dicitur qd' capitis suppliciũ meret.quasi dicat exitiosa: & mortifera. Quid istuc ẽ scelestе. ita scribeñ. est:ex cod. antiqs.& sñiæ cõgruitate.& nõ istic.ut plodius legit. hoc sensu: qd est hoc sceleste qd' dicis capitale? uel qs id capitale admisit? Aurũq; ipsi ademit hospiti.addendũ fuit ipsi. metri necessitate. nam aliter non consisteret. qd' plodius nõ uidit.

Piare. Expiare. Aucupo & aucupor. Capitale.

Foris ambulatis.natus nemo in ædibus
Seruat:neq; quí recludat:neq; quí respondeat.
Pultando pedibus pene confregi hasce ambas.
Tra. Eho an tu tetigisti has ædes? Teu.cur non tangerem?
Quin pultando inq̃ pene confregi fores.
Tra. Tetigistin? Teu.tetigi inq̃ & pultaui.Tra.uah.Teu.qd est?
Tra. Male hercle factum.Teu.quid ẽ negocii? Tra.non potest
Dici q̃ indignum facinus fecisti:& malum.
Teu Quid iam? Tra.fuge obsecro atq; abscede ab ædibus.
Fuge huc.fuge ad me propius. tetigistin fores?
Teu Quomodo pultare potui:si non tangerem?
Tra. Occidisti hercle.Teu.quẽ mortalem? Tra.omnes tuos.
Teu Dii te deæq; omnis perduaxint cum isto omine.
Tra. Metuo te atq; istos expiare ut possies.
Teu Quamobrem:aut quã subito rem mihi ad portas nouam?
Tra. Et heus iube illos illinc amabo abscedere.
Teu Abscedite.Tra.ædes ne attingite.quin tangite
Vos quoq; terram.Teu.obsecro hercle quin eloquere iam.
Tra. Quia septem menses sunt cum in hasce ædes pedem
Nemo intro detulit:semel ut emigrauimus.
Teu Eloquere quid ita.Tra.circũspice dum nũquis est?
Sermonẽ nostrum qui aucupet.Teu.tutum probe.
Tra. Circũspice etiam.Teu.nemo est.loquere nunc iam.
Tra. Capitalis ædis facta est.Teu.quid est? non intelligo.
Tra. Scelus inquam factum est iam diu antiquũ & uetus.
Antiquum id adeo.nos nunc factum inuenimus.
Teu Quid istuc est sceleste? aut quis id fecit? cedo.
Tra. Hospes necauit hospitem captum manu:
Iste:ut ego opinor:qui has tibi ædes uendidit.
Teu Necauit? Tra.aurumq; ipsi ademit hospiti:
Eumq; hic defodit hospitem ibidem.in ædibus.
Teu Qua propter id uos factum suspicamini?
Tra. Ego dicam ausculta ut foris cœnauerat
Tuus gnatus:postq̃ redit a cœna domum:
Abimus omnes cubitum.condormiuimus.
Lucernam forte oblitus fueram extinguere:

Quapropt. Quapropter.hoc interrogatiue positum est.ac si diceret:qua coniectura:& quo argumento? Maximum.aduerbialiter positum est.ac si diceret maxima uoce.Itidem & ab Apuleio:& aliis positum inuenias.

De repente.& de ſubito:aduerbialiter poſita inuenimus ſæpius apud Plautũ: & cæteros quoq;. Ad ſe mortuum.& non ad ſeſe:ut legit plodius:contra metri rationem. Abhinc ſexaginta annis. Dicimus abhinc triennium.i.antehac triennium eſt. & abhinc triennio.ſcilicet exacto.ut hic. Ecce quæ ait. ita ſcribendum eſt metri neceſſitate non:ſed ecce quæ illi ait.ſuperfluunt enim duæ illæ dictiones.ſed.& illæ. Hæc eſt mihi dedita habitatio.ita ſcribendus uerſus eſt metri neceſſitate.& non hæc mihi dedita eſt. Acheron.fluuius eſt inferorum dictus ab a priuatiua particula. & χαιρω lætus uel gaudẽs:quia ibi nullum ſit gaudium.ubi notandum eſt:q; licet ſcribatur per. ai. diphthõgũ apud græcos: quæ ſyllaba longa eſſe deberet diphthongo etiam apud nos:tamen poetæ eã corripiunt: abiiciẽtes. a diphthongi uoſtræ. & ſolum e breue retinẽtes. Horcus.pluto dis deus inferorũ.

De repente

Abhinc.

Acheron.

Atq; ille exclamat de repente maxumum?
Teu Q uis homo?an gnatus meus?Tra.ſic tace.auſculta modo.
Ait ueniſſe illum inſomnis ad ſe mortuum.
Teu Nempe ergo inſomnis?Tra.ita.ſed auſculta modo.
Ait illum hoc pacto ſibi dixiſſe mortuum.
Teu Inſomnis?Tra.mirum quin uigilanti diceret:
Q ui ab hinc ſexaginta annis occiſus foret.
Interdum inepte ſtultus es.Teu.taceo.Tra.ecce quæ ait.
Ego tranſmarinus hoſpes ſum diapontius
Hic habito.hæc eſt mihi dedita habitatio
Nam me in acherontem recipere horcus noluit.
Q uia præmature uita careo.per fidem
Decæptus ſum.hoſpes hic me necauit.iſq; me
Deffodit inſepultum:clam ibidem in hiſce ædibus
Sceleſtus auri cauſa.nunc tu hinc emigra.
Sceleſtæ hæ ſunt ædes:impia eſt habitatio.
Q uæ hic monſtra fiunt anno uix poſſum eloqui.
Secede.Teu.quid obſecro factum eſt?Tra.concrepuit foris.
Hic me percuſſit.Teu.guttam haud habeo ſanguinis.
Viuum me acceſſunt ad acherontem mortui.
Perii hiſce hodie hanc confabulabunt fabulam.
Nimiſq; formido ne manifeſto hic me opprimant.
Tr. Q uid tute tecũ loquere?abſcede ab ianua.
Fuge obſecro hercle.Tra.quo fugiam?etiam tu fuge.
Tr. Nihil ego formido p.x mihi eſt cum mortuis.
Te. Heus tranio.Tra.non me appellabis ſi ſapis.
Nihil ego commerui:neq; has percuſſi fores.
Te. Q uæſo.Tra.quid e grege es?Te.qui te agitat tranio?

Quia pmature uita careo.quia biothanatos ſum.& uiolẽter occiſus.& inſepultus: nam ii centum errant annoſ.ut habet apud Virgilium. Inſepultum.nam quis humatus eſſet:non ſepultuſ dici poterat. quia honore ſepulturæ caruiſſet:nec iuxta ſepulchri leges eſſet ſepultus.

Sceleſtæ hæ ſunt ædes. hæ addendum fuit ex codicibus antiquis. Impia eſt habitatio. ita ſcribẽdum cenſemus. & non ſimpla ut ferme habẽt codices:& plodius inſulſiſſime legit: exponẽs ſimplex unius tãtum cadaueroſi biothanati diapontii.& ut Sarracenus:exponẽs nullius pcii.nam res uiles & nullius pcii ſimplarias dixerunt antiqui. Impia ergo legẽdum eſt:ideſt omni religione carens: polluta nõ expiata furẽtibus diapontii inſepulti manibus.a uerbo Pio:a quo impio:& impius in hac ſignificatione:de quibus ſuperius dictũ eſt.

Impius.

Quid obſecro hercle factum eſt.delendum eſt hercle metri ratione dictionem illam non tollerante. Hice hodie hanc confabulabunt fabulam.ita ſcribendum cenſemus uerſum:metri neceſſitate:& ſententiæ elegantia:& etiam ex codicibus antiquis in quibus ſcriptum eſt adhuc integris litteris:& contra labunt. & non contra dabunt:ut legit plodius contra uerſum rationem: qui uno pede deficeret: & imperfectus ac mutilus ambularet: nec ſententia ulla lepida elici poſſet. Etiam tu fuge. ita ſcribendum eſt metri neceſſitate.& non fugies: ut corrigit plodius interpres delirus. Non me appellabis. fingit tranio uocem teuropidæ qui dixit heus Tranio: credere ſe fuiſſe uocem diapontii mortui: tanq̃ diapontius eum uocaſſet: & ſuperſtitioſe tanq̃ qui a mortuo uocetur moriatur:reſpondet:nõ me appellabis ſi ſapis:nihil ego cõmerui: neq; has percuſſi fores.& hæc ũba pfert:ut magis herum teuropiden in terrorem coniiciat. Quid e grege es? Quum teuropides audiſſet Tranionem ut ſupra loquentem: & timere illum crediſſet: cœpit & ipſe timere:& iterum ad tranionem

Qui cum istæc loquere? Tr.an quæso tu appellaueras?
Ita me di amabunt:mortuum illum credidi
Expostulare:quia percussisses fores:
Sed tu etiam ne astas:nec qđ dico obtemperas?
Te. Quid faciā? Tr.caue respexis.fuge atq; operi caput.
Te. Cur nō fugis tu? Tr.pax mihi est cū mortuis.
Te. Scio.modo igitur cur tantopere extimueras?
Tr. Nihil me curassis inq̄:ego mihi prouidero.
Tu ut occœpisti:tantum quantum quis fuge
Atq; herculem inuocabis. Te.hercules te inuoco.
Tr. Et ego.tibi hodie ut det senex magnum malum.
Pro di immortales:obsecro uestram fidem.
Q uid ego hodie negocii confeci:malum:

Danista.Tranio.Teuropides senex.

Da. SCelestiorem ego annum locando fœnori
Nunq̄ ullum uidi:q̄ hic mihi annus obtigit.
A mane ad noctem totum usq; in foro ago diem:
Locare argenti nemini nummum queo.
Tr. Nunc pol ego peri plane in perpetuum modum:
Danista adest:qui dedit:qui amica est empta quoq;.
Manifesta res est:nisi quidem occurro prius:
Vt ne hoc senex rescîscat:ibo huic obuiam.
Sed quid nam hic sese tam cito recipit domum?
Vt metuo ne de hac re quippiam inaudiuerit.

cōuersus dixit.Quæso.quasi diceret:audi quæso.uel maue quæso.unde magis adhuc simulās Tranio se timere ait.Quid egrege es?ac si diceret o qui me appellas an es ex grege illorū mortuorum? qđ audiens Teuropides & existimans re uera Tranionem timere:ait qui te agitat frauio?qui cum isthæc loqueris? Vnde cōuersus ad illum Tranio ait.An quæso tu appellaueras:me.s. Expostulare.lamentari:& luctuose accusare eum qui pulsauit fores. Caue respexis.pro respexeris:uel respicias. Operi caput.id enim salutare erat iis qui e manibus discedebant:unde Orpheus:q retrorsum aspexit euridicen amisit. Quid modo igitur.delenda est dictio quid: metri necessitate:& quia superfluens. Quantū quis.quantum potes.a queo. Atq; herculem inuocabis. alexicacon & depulsorem malorum. Proh dii immortales.non Teuropidæ uerba hæc existimamus: ut ait plodius : sed continuata cum pcedentibus tranionis: qui ibi remanens in scena: quum ille obuoluto capite aufugeret herculem inuocans.ait: ph dii immortales quid negocii hodie cōfeci?quasi dicat:ut lepide senem elusi:ut apte persuasi negocium de mortuis:ut ex uoto illū hinc abegi. Malum autem aduerbialiter positum est: ac si diceret in malā rem.

SCelestiorem ego annum locando fœnori. Trimeter uersus est iambicus ut superior:sex pedibus cōstans. Danistam : seu Trapezitam inducit poeta conquerētem: præsentem sibi annū male cessisse lucro.atq; ad philolachem & Tranionem proficiscētem:ut genus exigeret mutuatæ eis pecuniæ.Quem dum tranio ad se euntem uidet:& eodem tempore uidet quoq; senē teuropiden domum se recipientem(profectus enim erat ad illum qui ædes sibi uēdiderat: in quibus ille mortuos uersari dixerat:ut domum ei restitueret & pecuniam ab eo emptionis reciperet qua de re tranio nihil sciebat)anxius:& undiq; curis scatens nescit quid faciat:instatq; quibus modis potest:ue danista discedat: & nihil de fœnore:neq; de sorte coram sene loquatur:sed reuertatur alio tempore: nolens eam rem seni patefieri.

Quā hic mihi annus obtigit.hic addendum fuit metri necessitate:& sententiæ congruitate. Totū usq; in foro ago diē.ago scribēdū est.ex codicibus antiqs.& sensus cōcinnitate.& nō ego.ut scribit plodius. & adden. totū. metri necessitate.qđ ille nō uidit. Nūc pol ego peri.Tranionis v̄ba sunt.& peri uuico.i.scribeñ.est ratione metri.pro perii. Qui amica est empta quoq;.qui p quo:argento.s.& quoq; addendū fuit: ex codicibus antiqs. & uersus necessitate:cui pes unus deficeret:ac sententiæ congruitate: quæ est hæc loquente Tranione:ecce autem adest quoq; danista:qui petat argentū creditū nobis pro emenda amica:& hoc quidem ultra hanc calamitatem: & animi molestiā quā nunc habeo:dū cogito quo pacto seni persuadere possim:domū esse inhabitabilē. Manifesta res est.res nostra inquit conclamata est:senexq; iā iā est intellecturus.& manifesto dephensurus nostra crimina ppter hūc danistā ad me euntem. Nisi quidē occurro prius.quidē scribeñ.est sniæ congruitate:& nō qđ. ut legit plodius. Vt ne hoc senex rescîscat.ita scribendū est.& addendum fuit ut.metri necessitate. Ibo huic obuia.huic danistæ.s. Sed quid nam hic.dum uellet ire obuiam danistæ:uidit Teuropiden uenientem.& coactus est mutare iter.& obuiam hero proficisci. Vt metuo.dum ad herum pergit: hæc inquit: ut metuo : ne de

hac re quippiam inaudiuerit:addendum fuit.ut:metri neceſſitate. At ꝗ timeo miſer.at ſcribendum eſt.& non ut.ſententiæ congruitate. Nihil eſt miſerius.catholica ſetentia.iuxta illud Seneccæ.Nihil tam timidũ facit animum.ꝗ repræhenſibilis uitæ conſcientia. Verum ut ut res hæc ſeſe habet. ut ut ſcribendum eſt duplicatum. ideſt quocunq̃.& non ſimplex.ex codicibus antiquis.& ſententiæ cõgruitate.quin & principium huius uerſus.ita ſcribendum eſt. Sicut me nunc habet.addita illa dictione nunc.metri neceſſitate. Vnde is. unde uenis. Dixi hercle uero illi omnia.illi addendum fuit neceſſitate metri. Hei miſero mihi.hoc Tranio clam ſene cõquerens dicit.Deinde exerta uoce ait:Etiam fatetur de hoſpite?

Accedam atq; appellabo.at ꝗ timeo miſer.
Nihil eſt miſerius ꝗ animus hominis conſcius:
Sicut me nunc habet.uerum ut ut res hæc ſeſe habet:
Pergam turbare porro.ita hæc res poſtulat.
Vnde is? Te conueni illum unde haſce ædes emeram.
Tr. Num quid dixiſti de illo quod dixi tibi?
Te. Dixi hercle uero illi omnia.Tra.hei miſero mihi.
Etiam fatetur de hoſpite? Teu.immo pernegat.
Tr. Cape hercle te obſecro cum eo una iudicem.
Sed eum uideto ut capias:qui credat mihi.
Tam facile uinces:ꝗ pirum uulpes comeſt.
Metuo ne technæ meæ perpetuo perierint.
Te. Q uid tu te tecum?Tra.nihil enim.ſed dic mihi.
Dixtin quæſo?Teu.dixi inquã atq; ordine omnia.
Tr. Etiam fatetur de hoſpite?Te immo pernegat.
Tr. Negat quũ rogitas?Te.dicam ſi confeſſus fiet.
Q uid nunc faciundum cenſes?Tra.egon quid cenſeam?
Cape obſecro hercle te cum eo una iudicem.
Sed eum uideto ut capias qui credat mihi.
Tam facile uinces:ꝗ pirum uulpes comeſt.
Da. Sed philolachetis eccum ſeruum tranium:
Q ui mihi neq; fœnus neq; ſortem argenti danunt.
Te. Quo nunc te agis?Tr.nequoꝗ abeo.næ ego ſum miſer:
Sceleſtus natus.deis inimicis omnibus.
Iam illo præſente adibit me.næ ego ſum miſer.
Ita & hinc & illinc mihi exhibent negocium.
Sed occupabo adire.Da.hic ad me it.ſaluus ſum:
Spes eſt de argento hic hilarus eſt.Tra.fruſtra eſt homo.
Saluere iubeo te mi ſaturites bene.

Cape hercle te obſecro. te addendũ fuit neceſſitate metri. Quã pirum uulpes comeſt.ludit tranio ſenem his uerbis:dum ſerio illi dicere ſe oſtẽdit.nam uulpes non comeſt pirum:ſed pullos gallinaceos:& carnem. Metuo ne technæ.hoc poſtea ſecũ uoce ſumiſſiori infit.timeo ne technæ & doli mei perpetuo perierint. Technæ artes:doli græcum ẽ nomẽ.τεχνη.n. artem ſignificat. Quid tu te tecum.quia illa ṽba dixerat humiliori uoce Tranio:ideo teuropides rogat:quid loquatur ſecum. Dixi inquã. atq; ordine oia.addendum fuit atq;.ad metri integritatem cui pes unus deficiebat. Negat quũ rogitas?ita ſcribi debet:& metri:& ſententiæ habita ratione.ut Tranio deludẽs ſenem uideatur pro re difficili habere credere ꝙ ille neget eam rem:de hoſpite.ſ.quando rogatur a Teuropide. Vnde teuropides rñdet. Dicã ſi cõfeſſus fiet.hoc ẽ: quid ni neget?negat pfecto.nã ſi confiteretur:ego dicerẽ tibi:ſicut dico illũ negare.& nõ ſcribẽdũ eſt qñ cogitas:ut legit plodius.neq; quã rẽ cogitas:ut Sarrace.corrigit inepti ambo Plauti interptes & inſulſi. Sed philolachetis eccũ ſeruũ Traniũ.Daniſtæ ṽba ſũt:qui nũdũ uiderat Tranionẽ:ꝗuis ab illo ipſe uiſus fuiſſet:ut ſupra dictũ ẽ.declinauit aũt Tranius.ii a quo accuſatiuũ dixit Traniũ.ſicut alias Tranionẽ.a Tranio nõiatiuo. Danũt.p dant.& in numero plurali dixit.qa ãbos nõiauerat:philolachetẽ.ſ.& traniũ. Quo nũc te agis.nũc addẽdũ fuit:metri rõe. Nequoꝗ. ideſt nullo.i nullũ locũ. Næ ego ſũ miſer.hæc ſecũ Tranio loqtur. Sceleſtus natus:deis inimicis oĩbus.ego iqt ſum infelix.& ꝗ a ab ortu ipſo ſceleratus fui:nil mirũ ẽ ſi dei oẽs mihi inimici ſũt.nec legẽdũ: ſceleſtus natus ẽ: ut legit plodius.& Sarra.itẽ exponẽs ſceleſtus natus ẽ.ſ.mihi dies. Iã illo pñte adibit me.me addẽdũ ẽ. & metri neceſſitate:& ſniæ cõgruitate. Negociũ.moleſtiã. Hic ad me it.daniſta loqtur. Hic hilarus ẽ.hic addeñ.fuit: metri neceſſitate dicimus hilarus:& hilaris i caſu nõiandi. Saturites.uidetur nomẽ fictũ a ſaturitate.ſed græco idiomate platũ:tãꝗ flectatur hic ſaturites.æ qꝺ in uocãdi caſu faciat.o ſaturite:uel ſaturites:ut ω χρυσηκει ω χρυσησ.qua uoce illũ appellauerit:ut retũderet eũ:quẽ ſciebat uenire:ut peteret argẽtũ.Nã qꝺ ait plodius:ſe legere:mi ſaturitas:tãꝗ ita eũ appellet:cuius argẽto ſaginabatur:nõ placet:nec huic loco cõuenire uidet.

Marginal notes: Technæ. — Tranius:& tranio. — Nequoquã — Hilarus. — Saturites.

Bellua. Belluinus. Pilum. Primipilus Hariolus. Aruspex. Opportunus. Importunus.

Abi sis bellua.bellua dicitur fera inanis:quasi bellum gerens.a quo belluinus adiectiuum. unde belluinam rabie.& belluinũ furorem dicimus. Pilum iniecisti mihi.pilũ hastile erat pedũ quinq; semis: quo utebatur grauis armatura.a quo pilati pilo armati.Mar.Et pilata redit iamq; subitq; cohors.Vnde primipilus Centurio dicebatur primæ centuriæ.quasi dicat hic Tranio:uix ad me isti:quũ pilo me percussisti:argentum petens. Hariolus.hariolus dicitur diuinus:& qui diuina mente fatur a fando:quasi fariolus conuersa.f.littera in aspirationem: sicut hanula quasi famula.hoc est parua fana. neq; enim obstat:q; prima syllaba in hariolus sit breuis:& in faris longa:quum in multis simile uideamus: ut in aruspex qđ ab ara hoc est uictima q̃ ad ará ducitur inspicienda deducitur: & tamen ara primá habet longam aruspex uero breuem. & ut in curulis a curru. dicax a dico.fatuus a fádo. & multis aliis. Quin quid uis cedo. tranio loquitur.quin inquit cedo. idest dic: quid uis. Magis opportunus aduenire: q̃ aduenis. Ita scribendus uersus est.absq; illa dictione nunc. metri necessitate. opportunus autem dicitur ab ob & portus:q; nauigantibus maxime utiles optatiq; portus sunt: & significat opportunum cōmodũ: & qđ pro desiderio nostro accidit.a quo opportunitas:commoditas. Importunum autem dicitur quod est fit ue præter rationem loci: seu temporis: seu psonaæ.& pro pcaci:atq; molesto accipitur. & interdũ pro ingeto:& quasi portu carente. Virg. Bellũ importunum ciues cum gente deoꝝ. Recursem aut operá sumá.quid opus est inquit ut egó iteꝝ absumá tempus in recurrendo huc. & scribendũ est recursem: & non recursam.tam ex codicibus antiquis:q̃ ex recta uerbi inflexione:qđ prime est:& nō tertiæ coniugationis. Veꝝ hercle dico.scribendũ est hercle:ex codicibus antiquis.& non crede. Tu hercle:næ tu. cōcisa & pplexa loquitur:more metuentiũ. Hinc abi modo.hinc addendũ fuit.metri necessitate. Iam ego hercle noiabo illũ. Ita scribendus est uersus:metri necessitate.& nō iam hercle ego illũ noiabo:quia nō consisteret:& pedibus tantũ quinq; ambularet. Me ut puto.uerba sunt Tranionis cōtinuata.sed concisa ut supra. ac si diceret: me ut puto nihili facis.uel mendaciũ tibi dicere censes. Multos me hoc pacto.Nũc danista loquitur. Responsiones oēs. hoc dicit Tranio uoce submissiore.non habeo inquit quid respondeá ad hoc:quũ danista dicit.reddite argentũ abiero. Sortē accipe.hoc nũc altiori uoce ait. Quid tu nunc hoium te omniũ deterrime.Ita scribendus ṽsus est.metri necessitate.qui aliter nō cōsisteret:nisi nũc.& te.addita essent. Venisti huc ostētatũ?ostētatum scribendum est.ex uetustis codicibus:& sinæ congruitate.& nō extentatum.ut scribũt Plodius & Sarracenus:sed diuersis inuicē expositiōibus:& futilibus.Et sciendum:hæc uerba Tranionem altius dicere:ne si Teuropides audiuisset: suspicari possit quicq̃.Deinde uoce demissa inquit. Agas quod in manu est.idest accipias:& trahas ad te hoc. idest sortē de qua supra dixerat:sortē accipe. Quod in manu est.i.quá sortē in promptu habere potes. Nō dat nō debet.hoc iteꝝ altiori uoce dicit Tranio. Nec erit qdē.qđ tibi dare possit.s.quũ oia absumpserit philolaches.

Da. Salue & tu.quid de argento? Tr.abi sis bellua.
Continuo adueniens pilum iniecisti mihi.
Da. Hic homo est inanis. Tra.hic homo est certe hariolus:
Da. Quin tu istas mutiscis tricas? Tra.quin quid uis cedo.
Da. Vbi philolaches est? Tra.nunq̃ potuisti mihi
Magis opportunus aduenire q̃ aduenis.
Da. Quid est? Tr.concede huc.Da.quin mihi argentũ reddit?
Tr. Scio te bona esse uoce.ne clama.Da.hercle ego
Vero clamabo.Tr.ahah morem mihi gere.
Da. Quid tibi ego morem uis geram? Tr.abi quæso hinc domũ.
Da. Abeam? Tra.redito huc circiter meridiem.
Da. Reddetur ne igitur fœnus? Tr.reddetur:nunc abi.
Da. Quid ego huc recursem?aut operam sumã.aut conteram?
Quid si hic manebo potius ad meridiem?
Tr. Immo abi domum.uerũ hercle dico.abi modo.
Da. Quin uos mihi fœnus date.quid hic nugamini?
Tr. Tu hercle:næ tu.hinc abi modo.ausculta mihi.
Da. Iam ego hercle nominabo illum.Tr.euge strenue.
Beatus uero es nunc quum clamas.me ut puto.
Da. Multos me hoc pacto iam dies frustramini.
Molestus si sum:reddite argentum.abiero.
Tr. Responsiones omnes hoc uerbo eripit.
Sortem accipe.Da.immo fœnus id primum uolo.
Tr. Quid tu nunc hominum te omnium deterrime.
Venisti huc ostentatum?agas quod in manu est.
Non dat.non debet.Da.non debet? Tra.nec erit quidem.

Ferre hoc potes. potes inquit hoc argẽtũ ferre: quod polliceor pro ſorte. An id mauis: ut abeat foras. ita ſcribendus uerſus eſt. ex ſniæ congruitate & metri neceſſitate. Vrbem exuletq̧ a patria ſua cauſa tui. Et hic quoq̧ uerſus ita eſt ſcribendus: ut integer ſit. locus. n. hic erat feneſtratus in antiquis codicibus. Intentio aũt Tranionis eſt perſuadere daniſtæ ut abeat nunc. partim bonis uerbis: partim timore amittẽdi ſortẽ & fœnus: partim minis ſi cauſa eſſet exilii philolachetis. Ideo adhuc ſequitur. quin ſortẽ potius dare licebit. Et ille rñdet. Quin nõ peto. hic aũt finis eſt huius ſcenæ. & reliqua totius comediæ ita peruerſa erant ut minime intelligi poſſent: neq̧ ſuiæ conuenirent inter ſe: nec ſequẽtia p̄cedentibus cõcordarent. quæ quidẽ nemo unq̃ in ordinem dirigere auſus eſt: id quod nos fecimus: Doctoꝝ ad hoc iudicium requirentes.

Ferre hoc potes. an id mauis: ut abeat foras
Vrbem: exuletq̧ a patria ſua cauſa tui?
Quin ſortem potius dare licebit. Da. quin non peto.

Aduerſitor.

Erui qui quũ culpa carent: tum malũ metuunt:
Hi ſolent eſſe heris utibiles. nam qui nihil metuunt.
Poſtq̃ ſunt malum meriti: ſtulta ſibi conſilia.
Expetunt exercent ſe ad curſuram: fugiunt. ſed hi
Si repræhenſi ſunt faciunt a malo peculium:
Quod nequeunt faciunt. augent ex pauxillulo.
At illud ſuperat adhuc mihi in pectore conſili
Malam rem prius cauendã multo eſſe: q̃ ut meum.
Tergum ſubiiciam culcitram uibicibus.
Vt adhuc mihi fuit corium: eſſe oportet ſincerum
Atq̧ ut uetem uerberari. ſi huic imperabo: prope

Erui qui quũ culpa carẽt. Trimeter quoq̧ hic uerſus eſt. ſenis conſtans pedibus: ut ſuperior. In hac ſcena nec plodius: nec Sarracenus interpretes noruut quid dicant: atq̧ aerem tãtum carpunt fatentes quidem peruerſa eſſe omnia: ſed nihil corrigentes. Inducitur autem hic Aduerſitor puer: ſiue ſeruus callidatæ: qui aduerſum hero ſuo ibat domum Teuròpidæ: ubi ſciebat illum genio uacare cum philolache. & mulieribus: De quo aduerſitore habebitur etiã mentio infra. in ea ſcena: quæ incipit: hic quidẽ neq̧ conuiuarũ. ſed ibi ſociatus erit hic aduerſitor: cum altero puero: cui Daniſcus eſt nomen. hic ſolus eſt. Et incedens per uiam ſecum multa loquitur: de frugalitate ſerui boni: & qd illum facere deceat: qualem ſe eſſe autumat: diuerſum ab aliis neq̃ & ignauis ſeruis. Sẽſus eſt. Seruos illos: qui timorem innatũ habent: ita: ut etiam quũ culpa omni uacẽt metuant: heris ſolere utibiles eſſe. i. captos ex quibus herus uſum & utilitatem poſſit capere. Nam qui nihil metuunt. nam illi inquit ſerui qui nihil metuunt: nec timorẽ ullum habent facile delinquũt & quum deliquerunt: tum demum metuentes ne herus eos plectat ſtulta ſibi conſilia expetuut: & exercent ſe ad curſuram: & fugiunt: & ita domino non utibiles redduntur. Stulta. propter ſequentia: quia ſi repræhenſi ſunt. ideſt ſi aliquo modo capti ad dñm redeunt. Faciunt a malo peculium. neſcit hic plodius quid garriat: dicens faciunt in malum peculium. hoc eſt in malum ſuum lucrum. hic loquitur daniſtæ ſeruus &c. ſomniat penitus. ac delirat. Id autem ſignificat poeta. faciunt peculium a malo. ideſt peculium ſibi acquirunt ex malo. & quod peculium? Verberũ. ſ. & plagarũ. id. n. unum peculium eſt ſeruoꝝ: quod a dñis eis nõ eripitur. quod quidem magis declarat uerſus ſequens. Quod nequeunt faciunt. addendũ enim eſt faciunt: ad uerſus & ſentẽtiæ integritatem. Scimus aũt lege cautum eſſe ut quicqd acquirit ſeruus domino acquirat: & ſeruos peculium nullum poſſe facere: ideo dicit: quod nequeunt faciunt. quaſi dicat: faciunt peculium: quod tñ eis facere uetitum eſt: ſed intellige uerberum? ut diximus. Augent ex pauxillulo. Et peculium illud inquit augent ex pauxillulo. ex paruo enim delicto: quo mererentur decem plagas: & ſic facerent ſibi peculium decem plagarum: fugientes poſtea maius faciunt peculium: quia lucrantur multo plures plagas. At illud ſuperat adhuc mihi in pectore conſilii. & hunc & ſuperiorem. ac ſequentes duos uerſus ſuppleuimus ingenii noſtri acumine: ut potuimus: quum feneſtræ in codicibus relictæ eſſent. nec ſatis deprehendi ulla ſententia poſſet conſequens. ad quod doctorum iudicium requirimus. Tergum ſubiiciam culcitram uibicibus. totum hunc adiecimus uerſum conuenientem ut cenſuimus ſententiæ: & Plautinæ elocutioni: alibi etiam in caſina. dixit gladium faciam culcitram. & infra. is me ſuam quidem pol optat culcitrulam. Vt adhuc mihi fuit. quẽadmodum inquit ſeruaui mihi corium integrum & ſyncerum huc uſq̧: ita decretum mihi eſt & de cetero conſeruare. Syncerum aũt proprie ſignificat integrum. tractũ ab eo: q̧ qui diuidere fructum cõmunem alueorũ cum ſocio uolunt: ſimul cum cera mel patiuntur. Syncerum enim dicitur quaſi ſimul cum cera nam συμ apud græcos ſimul ſignificat: ut con apud nos. Nugatur hic multa plodius de ex ſyncerafto: putans etiam hoc loco exſyncerastum ſcribi oportere contra metri rationẽ. & contra omniũ codicum ſcripturam. Si huic imperabo. Si imperabo mihi: ſe enim demonſtrans hæc dicit. Prope tectum habebo. habebo domũ propinquã: ubi habitare potero. nec opus erit q̃rere tectũ: ut fugitiui alii ſerui fa- Syncerum.

Impluit. ciunt. Malum quũ impluit cæteros ne ipluat mihi.ita ꝑpe habebo tectũ ut quũ ceteris fugitiuis.s.malum aliquod cõtinget:mihi nõ contingat.Dicimus aũt impluit me.& mihi malũ. Nam ut serui.mẽtitur plodius.dicens legeñ. esse nam ut heri.Immo:ut codices oẽs habent:& snĩæ maxime conuenit legeñ. est serui.sed ita uersus supplẽdus est:metri & snĩæ cõgruitate:ut nos correximus. Nam ut serui suũ uolunt herũ esse:ita ille solet: quæ sentẽtia fere in ꝓuerbio est:ut.s.talis sit herus seruis:qualẽ ipsi illum sibi esse uolũt.nam si boni serui sunt: herus bonus est:si mali:malus. Bonus cum ꝓbis est.malus cũ malis.ita scribẽdus est uersus metri:& snĩæ necessitate omissis somniis plodii nugacis. eo sensu quem supradiximus. Nam nũc domi.Nam ĩquit hic seruus frugi:domi nostræ nũc tot malos habemus & pessimos seruos: peculii sui prodigos.prodigos peculii sui appellasse uidetur seruos:qui uideãtur expendisse peculiũ quod habebant:& aliud querere: quasi dicat uerbera & plagas habere quottidie querẽtes:unde plagigerulos appellat: uel prodigos peculii sui: hoc est tergi:qđ non curant subiici uirgis: & uerberibus. Vbi aduersum ut eant hero.ita scribẽdum est: metri ratione. Nõ eo.ita rñdet.s.hi serui ĩprobi.nolo ire aduersum hero. molestus ne sis. Quo ꝑperas. rñsiones sunt serui improbi ad seruũ frugi uocantẽ:ut dicat:sc io quo ꝑperas. Gestis aliquo iam hercle ire possum foras. ita scribẽdũ uersum hunc cẽsemus. metri & snĩæ ratione.nec nomen mula hic cõuenit.super quo plodius multa uerba facit inania. Bene merens hoc ꝑtium ubi auscultaui.uersus ita scribẽdus est ꝑfecto.hoc sensu.ubi ego seruus bene merens:tam de dño:cui fideliter seruio:q̃ de cõseruis:quos amice uocaui:ut uenirẽt & ipsi aduersum dño: auscultam hoc ꝑtium mihi ab illis reddi:ut dicant.s.me uelle ire foras pastũ aliquo. Foras solus eo nunc: nũc solus exeo aduersum hero:q̃q̃ multi eius serui simus. Hanc rem die crastini quũ herus resciuerit.uersus ita scribi debet.metri necessitate.Die crastini & crastino dixerũt ãtiqui.ut die qnti.& die pristini. Exuuiis bubulis.i. scutica:& loro ex pelle bubula cõfecto. Minoris pendo tergum illorũ:q̃ meum.ita scribendum censemus uersum.metri:& snĩæ cõgruitate.quæ est:ut dicat.Si cõserui mei ad quos ea res attinet:nihil curant:ꝑfecto ego pluris facere uolo tergum meum:q̃ tergum illorum.& sic hero meo parere:& illi aduersum ire. etiam si ipsi officiũ ꝑstare nolint. & hic finire scenam hanc putamus.

Die crastini.

Tectũ habebo:malũ quũ impluit cæteros.ne ĩpluat mihi.
Nam ut serui suum uolunt herum esse:ita ille solet.
Bonus cum probis ẽ.malus cum malis.nam nunc domi
Nostræ tot pessimi uiuunt peculii
Sui prodigi plagigeruli.ubi aduersum ut eant hero
Vocantur:non eo:molestus ne sis.scio
Quo properas:gestis:aliquo iam hercle ire pastum foras.
Bene merens hoc pretiũ ubi auscultaui: foras
Solus eo nunc aduersum hero ex plurimis seruis.
Hanc rem die crastini quũ herus nesciuerit
Mane castigabit eos exuuiis bubulis.
Minoris pendo tergum illorum q̃ meum.

Danista. Tranio. Teuropides.

Da. Misericordias habere oportet tandem hominem.
Illi bucedæ erunt multo potius:q̃ ego
Sim restio.mane tu.atq̧ assiste illico.
Tr. Molestus ne sis:nemo dat.age quid lubet
Tu solus credo fœnore argentum datas.
Da. Cedo fœnus.redde fœnus.fœnus reddite.
Datis ne fœnus?date fœnus actutum mihi.

Misericordias habere oportet tandẽ hoiem.Hic nos principiũ alterius scenæ esse censemus:quæ eodẽ trĩ metri genere cõstat:trimetro.s.In qua Danista introducitur rediens ad philolachetẽ & Tranionẽ: fœnus sibi debitũ petiturus.Et dum in uia esset:secum multa uoluens:cogitansq̧:pecuniã illis mutuatã iam absumptã esse:nec illos habere unde fœnus soluant:quasi pietate motus dicit Misericordias ꝑfecto habere hoiem oportet.postea ad se cõuersus:& ad ꝓpriam utilitatem respiciens:inqt. Illi bucædæ erunt potius:q̃ ego sim restio.illi potius bubulis exuuiis cedentur:ita.n.bucedam dixisse uidetur:pro eo q cedi-

Bucæda. Restio.

tur scuticis:& boum coriis. Quã ego sim restio.i.q̃ ego reste me suspendã.restionẽ etiam pro suspẽdioso dixit: & qui se reste suspendat.significat etiã restio eum qui funes facit. Mane tu.quum hæc diceret Danista incidit in Tranionẽ cũ Teuropide sene incedentẽ:& cũ illo loquentẽ de illo q ædes seni ipsi uẽdiderat: Quẽ Tranionẽ hic Danista manu apꝓhendit:inquiẽs. Mane tu.atq̧ assiste illico.quasi diceret.exhibe mihi statim fœnus qđ debes. Molestus ne sis.Tranio rñdet.molestus ne sis.qm̃ nõ es habiturus nunc argentũ:facias qd uelis. Tu solus.es ne solus tu qui fœnore argentũ des?quasi dicat.quũ & alii fœneratores sint:nullus est in exigẽdo æque molestus ut tu. Cedo fœnus.redde fœnus.fœnus reddite.ita scribẽdũ est ex antiqs codicibus.& similiter uersus sequens. Datis ne fœnus?Date fœnus actutũ mihi.ut Danista instantissime fœnus suum petẽs hæc uer-

ba dicat. Hic neſcit quidẽ niſi fœnus fabularier. Tranio loquitur. Verò te neq; egò tetriorem belluam. ita ſcribendus uerſus eſt. & non ueto te. ſ. fœnus fabularier. ut plodius garrit. Vero autem aduerbium eſt pro uere.
Vidiſſe me unq̄: neq; peiorem cenſeo. ita ſcribendum & hunc cenſemus. metri & ſententiæ ratione. Calidũ hoc eſt. continuata uerba ſunt Daniſtæ ad Tranionem. Et ſi procul abeſt: urit male. quanq̄ inquit hæc mea uerba procul ſint a te: & non tangant: urunt tamen? & per interrogationem legendum eſt. Quid illud eſt fœnus? Teuropides auditis Daniſtæ & Tranionis uerbis: rogat quod fœnus ſit hoc quod petit Daniſta. At etiã

Hic neſcit quidem niſi fœnus fabularier
Vero te neq; ego tetriorem belluam
Vidiſſe me unq̄ neq; peiorem cenſeo:
Da. Non ædepol nunc me iſtis tu uerbis territas.
Calidum hoc ẽ. & ſi procul abeſt: urit male?
Te. Quid illud ẽ fœnus? Da. at etiam & ſortem dabit
Pater: quũ adueniet peregre. Tr. iam multo prius
Illius tibi filius & fœnus & ſortem dabit.
Næ inconciliate: quid nos porro poſtules.
Vide num moratur? Da. quin feram ſiquid datur.
Te. Quid ais tu? Tr. quid uis? Te. quis illic ẽ? quid illic petit?
Quid philolachetẽ gnatum compellat ferox?
Sic & præſenti tibi facit conuitium?
Quid illi debetur? Tr. obſecro hercle te iube
Obtrudi argentum ob os impurum belluæ.
Te. Iubeam? Tr. iube homini argento os uerberarier.
Da. Perfacile ego ictus perpetior argenteos.
Te. Quod illud argentum ẽ? Tr. huic debet philolaches
Paulum. Te. quantillũ? Tr. quaſi quadraginta minas:
Ne ſane id multum cenſeas. Te. paulum id quidem ẽ?
Tr. Audin? uidetur obſecro hercle idoneus
Daniſta: qui ſit genus quod improbiſſimum ẽ.
Te. Non ego iſtuc curo. qui ſit. unde ſit. id uolo
Mihi dici atq; id me primum ſcire expeto.

ſortem dabit. Daniſta interrumpit: anteq̄ Tranio reſpõdeat: dicens: quin etiam dabit ſortem ultra hoc fœnus: quum pater adueniet peregre. ita enim forte promiſerant daniſtæ: ſe daturos ſortem in reditu patris. & addendum fuit. at etiam. metri neceſſitate: & ſententiæ congruitate. Illius tibi filius & fœnus & ſortem dabit. ita ſcribendum eſt. partim ex codicibus antiquis: & metri neceſſitate: & ſententiæ congruitate. Volebat Tranio pſuadere Daniſtæ ut taceret: promittens ei: ſortem & fœnus breui philolachem redditurum. & nolebat ſenem adhuc intelligere hanc rem argentariã. neq; declarare daniſtæ Senem illum eſſe patrẽ philolachis: Vnde uoce ſummiſſiore ait.
Næ inconciliate. i. certe ignaue homo. & nihili. Inconciliatus dicitur diuulſus: ſeparatus: cuius nulla eſt emptió: & qui in nulla emptione ſit habẽdus una. & inconcilliare diuellere & ſegregare: Plautus in bacchide. Ipſe quod in ſe fuit accuratum habuit. quod poſſet mali facere in me. incõciliare copias ois meas. Quid nos porro poſtules uide. altius hoc iam dicit. Nũ moratur? quaſi diceret. adhuc moraris hic. & non diſcedis.

Incõcilia tus.
Incõciliare.

Ille aſit reſpondet. quin feram ſi quid datur. non ſolum moror. ſed feram etiam argentũ: ſi mihi datis. Quid ais tu? Teuropides qui audiuit hæc interrogat Tranionem. quis illic eſt. & quid petit. Quid philolachetem gnatum compellat ferox? Nominauerat aliquo modo Daniſta philolachetem: uel rogauerat a Tranione: ubi is eſſet. propter quod motus ſenex: ac ſollicitus de filio: interrogat. cur iſte illum appellet. & addendum fuit ferox. metri neceſſitate. & ſententiæ congruitate. Obſecro hercle te. te addi oportuit. metri neceſſitate.
Obtrudi argentum. corrupti erant omnes codices hoc loco. & plodius quidem uiſus eſt aduertiſſe. ac corrigere cupiiſſe. ſed inſcitia illum occupans non eſt paſſa. ſcripſit enim obiici. quod quidem uerbum uerſus nullo modo patitur. quare ſcribendum cenſuimus Obtrudi. recta lege metri. & ſententiæ congruitate. Iube inquit Tranio obtrudi. i. iniici argentum ob os i. contra os impurum huic belluæ: daniſtæ. ſ. quem etiam ſuperius belluam dixit tetriorem. Iube homini argento os uerberarier. eadem ſententia: & declaro uerſus ſuperioris. Et ſcribendum eſt homini. ex antiquis codicibus: & recta latinitate. non in hominem: ut legit plodius amens.
Quantillum. ratione metri ſcribendum eſt. & non quantulum. Qui ſit genus quod improbiſſimum eſt. fœneratores enim odio habiti ſunt: tanq̄ improbi: & aliorum bona uſuris terentes. Mihi dici atq; id me primum ſcire expeto. ita ſcribendus eſt uerſus: metri neceſſitate. additis illis duabus dictionibus. atq; & primũ. quod plodius non aduertit.

Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio.
Tr. Q uattuor quadraginta illi debentur minæ.
Dic te daturum ut abeat. Te. egon dicam dare?
Tr. Dic. Te. ego ne? Tr. tu ipſus dic. modo auſculta mihi.
Promitte age inquã: ego iubeo. Te. reſponde mihi
Q uid eo ẽ argento factum? Tr. ſaluum ẽ. Te. ſoluite
Voſmet igitur ſi ſaluum ẽ. Tr. ædes filius
T uus emit. Te. ædis? Tr. ædis. Te. euge philolachus
Patrizat: & iam homo in mercatum auortitur
Ain tu ædis? Tr. aio inq̃. Te. ſed cuiuſmodi?
Tr. Q ui ſcire poſſum? Te. uah. Tr. quid ẽ? Te. ne me roga.
Tr. Nam quid ita ſpecula claras clamorem merum?
Te. Bene hercle factum. quid eas quanti deſtinat
Talentis magnis totidem: quot ego: & tu ſumus.
Sed arraboni has dedit quadraginta minas:
Hinc ſumpſit illi quas dedimus. ſatin intelligis?
Nam poſtq̃ hic ædis uiderat: ut dixi tibi:
Continuo eſt alias ædis mercatus ſibi.
Te. Bene hercle factum. Da. heus iam appetit meridies.

Aedes filius. quũ Tranio iam in eo eſſet: ut amplius ſe tegere nequiret: rogareturq; a Teuropide ſene: qd fa-
ctum eſſet de eo argento. celeritate ingenii nouam fraudẽ inuenit: idens emptas ædes quaſdam a philolache
fuiſſe illa pecunia: in quibus habitare poſſet: poſtea q̃ in ſuis nõ poterat: ob monſtra: quæ iam Tranio ipſe ſeni
Patrizat. dixerat ſentiri in illis. Patrizat. patrẽ imitatur more græco dixit patrizat. nam patriſſat potius latine dicẽdum
eſt: iuxta Priſciani ſniam. Et iam hõ in mercatum auortitur. & addeñ. fuit. metri neceſſitate. Aio inquã. aio
addendũ eſt metri & ſuiæ cõgruitate. Quid ita ſpecula claras clamorẽ merum. ita ſcribẽdus eſt uerſus. ex codi-
cibus antiquis. & nõ
canorẽ: ut ſcribit plo-
dius: cõtra metri ratio
nẽ. Senſus ẽ quid ita
clamas tanq̃ e ſpecu
la: uolẽs. ſ. monere ſe-
nem: ut de hac re ſũ-
miſſius loq̃retur: ne
ab aliis audiretur eo-
rum ſermo: tanq̃ ne-
gociũ huius emptio-
nis ſit tenẽdum ſecre-
tum. & hoc: ut magis
ipſi ſeni perſuaderet:
uerã eſſe emptionẽ:
quæ prorſus falſa &
nulla erat. Vnde ſe-
nex iam perſuaſus in-
qt. Bene hercle fa-
ctum. hoc eſt bene fe
cit: mercaturã exerce-
re: & emere ædes. qd'
aũt exponit plodius
Specula. i. ſpeculare
nunqd filius perpera
egent quũ pulcherri-
mas ædes emerit: ſom
nia ſunt: ut legenti il-
lius cõmenta patere
poteſt. Quid eas:
quanti deſtinat. ſenex
ut pote auarus ad pecuniam primũ oculos & animũ intendit: & cupit ſcire: quanti ædes ipſas emerit. Deſti-
Deſtinare. nat. aũt pro deſtinauit: hoc eſt emit. Nam deſtinare interdum ſignificat deliberare aſſignare. deputare. Virg. Et
Preſtinare. me deſtinat aræ. Iuue. q; ſedem figere cumis deſtinet. Interdum ſignificat emere. quod & præſtinare dicitur. Lu-
cilius. Facio ab lenone tribus ut libertatem milibus deſtinet. Apuleius. Viginti denariis præſtinaui. Plau. in pſeu-
dolo. ut piſcium quicquid eſt ꝑtio præſtinem. Hic uero alius eſt error ingens: & codicis peruerſio ab aliis non
animaduerſa. nec a plodio ac Sarraceno intellecta. nõ enim ſequitur contextus: ut legunt omnes: uidelicet: Da-
niſta etiam reſpicis: Sentẽtiæ: & uerſus ratione. Sed ſequitur. Talentis magnis totidem quot ego & tu ſumus.
Quũ ergo rogaſſet Teuropides. quanti filius ædes emiſſet: rñdet Tranio. totidem talẽtis quot ego & tu ſumus.
Talentum hoc eſt duobus Talẽtum apud antiquos uarii fuit ponderis. duplexq; ꝓprie fuit: atticum. & euboicum. Et iterũ
atticum duplex: magnum & paruum. magnũ octoginta librarũ. & pauloplus. Paruum aũt ſexaginta. ut Priſcia-
nus inquit: & ex Plauto in hac ipſa comœdia colligitur. nam quum ſciret Teuropides ex uerbis Tranionis duo-
bus talentis emptas ædes ſimonis fuiſſe: loquens poſtea cũ Simone ait. minas quadraginta accæpiſti iam quas
ſciam deinde ſubiungit: Minas tibi octoginta argenti debeo: quæ ambæ ſummæ faciunt centum uiginti. qua-
rũ dimidia eſt ſexaginta. Id tñ aduertendũ eſt: Teuropiden ibi: uti auaꝶ ſenem quum de duobus talentis recte
meminiſſet: declinare ad minorem quãtitatẽ. & de paruo talento loqui: q̃uis ſeruus de magno rettuliſſet. Sed
arraboni has dedit quadraginta minas. ita ſcribendus eſt uerſus. ex codicibus antiquis & non. Si arraboni. neq;
Arrabo. quadraginta. ut legit plodius. Arrabo aũt maſculini generis eſt tam apud nos: q̃ apud græcos: quorum ea dictio
eſt. αρραβών enim illi dicunt. & ſignificat eam partem pretii quã damus uenditori quum aliquid emimus:
tanq̃ in fidem & pignus uenditionis factæ: ne ille alteri rem uendat. De quo Au. gellius hæc. quum tantus in-
quit arrabo penes ſamnites populi roma. eſſet. Arrabonem dixit ſexcentos obſides. & id maluit: q̃ pignus dicere:
qm̃ uis huius uocabuli in ea ſententia grauior acriorq; eſt. Sed nunc arrabo in ſordidis rebus haberi cœptus. ac
multo rectius uidetur arra: q̃q̃ arram quoq; ueteres ſæpe dixerint. Hinc ſumpſit illi quas dedimus. illi adden-
dum fuit & quas ſcribendũ. non quaſi. metri neceſſitate. & ſentẽtiæ congruitate. Vt dixi tibi. uexari. ſ. a ſpiriti-
bus: & monſtris. Bene hercle factum. Teuropides loquitur. Heus iam appetit meridies. Daniſta loquitur
Tranioni: qui ſuperius dixerat ei. redito circiter meridiem. & ei memorat iam aduentare meridiem. quaſi dicat:

solue iam fœnus mihi.& appetit meridies scribendũ est:metri & sentẽtiæ ratione.nõ aperit meridie:ut legit plodius. Absolue hunc quæso uomitum.ꝓponẽda est hic persona Tranionis:ad senem uertẽtis sermonẽ: & suadentis:ut illi Danistæ satisfaciat:atq; illum quasi uomitum pecuniarum absoluat. Quattuor quadraginta illi debetur minæ.sicut superius etiã dixerat:qñ dicebat.Dic te daturũ. Velim quidem hercle.qm̃ lex erat:ut qui plus peteret q̃ sibi deberetur caderet a causa. Adolescens mecũ habe rem.Teuropides loquitur danistæ.constituẽs se illi debitorem:& dicens:habe rem mecum.hoc est petito a me hanc pecuniã. Nempe abs te petet.

Tr. Absolue hunc quæso uomitum.ne hic nos enecet
Q uattuor quadraginta illi debentur minæ.
Et sors.& fœnus.tantũ ẽ.Da.nihilo plus peto.
Tr. Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas.
Te. Adolescens mecum habe rem.Tr.nempe abs te petet.
Petito ab eo cras.Da.sat habeo.si cras fero.
Tr. Malum quod isti dii deæq; omnes duint.
Ita mea consilia perturbat planissime.
Nullum ædepol hodie genus ẽ hominum tetrius:
Nec minus bono cum iure q̃ danisticum.
Te. Q ua in regione istas ædis emit filius?
Tr. Ecce autẽ perii.Te.dicis ne hoc quod te rogo?
Tr. Dicam.sed nomen domini quæro quod fiet.
Te. Age cõminiscere ergo.Tr.quid agam nunc iam?
Nisi in uicinum hunc proximum mendacium
Eas emisse ædis dicam huius filium.
Calidum hercle audiui esse optimum mendacium
Quicquid dii dicunt id decretum ẽ dicere.
Te. Q uid igitur iam cõmentus?Tr.dii istum perduint
Immo istunc potius.de uicino hoc proximo
Tuus emit ædis filius.Te bona fide?
Tr. Siquidem es argentum redditurus:tum bona
Si redditurus non es:non emit bona.
Te. Non in loco emit perbono.Tr.immo peroptimo.
Te. Cupio hercle inspicere has ædis.pulta dum fores
Atq; euocato aliquem intus ad te tranio.
Tr. Ecce aũt nunc iterum quid dicam nescio
Iterum iam ad unum saxum me fluctus efferunt

Tranio loquitur primo teuropidæ. dicẽs nẽpe abs te petet.deinde Danistæ: dicens petito ab eo cras.& ita scribẽdus est ṽsus. Adolescens mecũ habe rem.Tr. nempe abs te petet.& nõ habet.neq; petit: ut inscite legit plodius. suffragantibus etiã huic nostræ lectioni codicibus antiq̃s. Malum qđ isti.isti addẽdũ fuit ex codicibus ãtiquis:& metri & sententiæ necessitate.loquitur Tranio de Danista. Danisticum. fœneratorium.possessiuum est græcum a danista. Danisticũ. Qua in regione. Teuropides interrogat a Tranione: qua in regione filius emerit illas ædes. Ecce aũt. Tranio qui mendacium dixerat de emptiõe ædiũ facta. rogatus nunc qua in regione sint illæ ædes: nescit quid respondeat. Vnde ait: ecce aũt perii nihil interim respondẽs hero rogãti. propter quod teuropides iterũ ait; Dicis ne hoc quod te rogo? Dicam. Trãnio rñdet: se dicturũ in qua regione: sed quærere nomen dñi. tanquã oblitus illud sit. Quid fiet.pro quod sit. Calidũ.Mendacium calidum appellatur:quod cito dicitur:dum res exigit. alias si differtur:frigidum uidetur. Mendaciũ calidum. Quicquid di dicunt.quicquid dei dicunt:inquit:& suggerunt in mẽtem meam decretum est mihi dicere. Iam cõmentus.Les' interrogatiue. hoc est repperisti ne adhuc nomen & domini & regionis? Di istum perduint.dii inquit perdant istum hominem: cuius nomen nequeo meminisse. Immo isthanc potius.hoc profert uoce summissiori:& intelligit Teuropiden:qui illum animo exagitat nimis.
De uicino hoc proximo. hoc iam altiore uoce respondet Teuropidæ.& dicit: filium eius emisse ædis de uicino hoc proximo.i.a uicino proximo Simone. Immo peroptimo. scribeñ. est peroptimo metri necessitate. & sententiæ congruitate . ut respondeat uerbis teuropidæ qui dixerat: non in loco emit perbono.immo inquit peroptimo. Atq; euocato aliquem intus ad te Tranio. ita scribendus est uersus. & metri: & sententiæ ratione. Intus autem de loco significat.ut hic.& alibi apud Plautum pluries:& etiam apud alios.Interdum etiã in loco significat.Euoca inquit o Tranio aliquem ad te de intus:qui mihi has ædes cõmonstret. Intus. Ecce aũt nunc iterũ. loquitur Tranio:hærens ac dubius quid faciat:quum iam eius technæ sint apparituræ.

Tr. Quid nunc? non hercle ego quid nunc faciam scio
Manifesto teneor. Te. euoca dum aliquem foras
Roga circũducat. Tr. heus tu at hic sunt mulieres
Videndum est primũ: utrum ex uelint ne: an non uelint.
Te. Bonum tu æquũq oras. percontare: & roga
Ego hic tantisper dum exis: te operiar foris.
Tr. Dii te deæq omnes funditus perdant senex.
Ita mea consilia undiq oppugnas mala.
Danista etiã respicis? Da. mihi molestus ne sis.
Tr. Vide ut fastidit simia. Da. mihi sum: sic sum
Libet esse. quid id tu curas? manes tu ne illico
Impure parasite? Tr. quin parasitus sum quidem.
Da. Ego enim dicam: cibo perduci potes quouis.
Tr. Ferocem facis: quia te æratus amat. Da. num oculi dolent?
Tr. Cur? Da. quia fumus molestus ẽ. Tr. tace sis faber
Qui cudere soles plumbeos nummos. Da. non potes
Tu cogere me ut tibi maledicam. Tr. noui te
Is me suam quidem pol optat calcitrulam.
Da. Si sobrius sis: male non dicas. Tr. tibi obtemperem
Quum tu mihi nequeas? Da. at tu mecum pessume.
Tr. Aduersus quæso hercle abstine iam sermonem

Quid nunc? s. faciam? Non hercle ego quid nunc faciam scio. ita scribendus uersus est. metri necessitate & sententiæ congruitate. At hic sunt mulieres. hic scribendum est. & non hinc. ex codicibus antiquis. hæc aũt est excusatio tranionis: ut mulieres esse dicat in illis ædibus: itaq nescire: an uelint nolint ue: aliquem ingredi: Vtrum ex uelint. scribñ. est. & non utrum esse uelint. ut legit plodius. Bonum tu æquumq oras. tu addendum fuit metri necessitate. Ego hic tantisper dum exis te operiar foris. ita scribendus est uersus. & metri & sententiæ congruitate. & ex codicibus antiquis: in quibus scriptum est dum exis to operiar foris. Dii te deæq omnes. Tranio relicto ibi Teuropide sene discedens: hæc dicit.

Funditus.

Funditus penitus. ex. toto. aduerbium est a fundo tractũ. ut a medulla medullitus. Ita mea consilia undiq oppugnas mala. ita obstas undiq: & aduersum is meis. malis consiliis & dolis. Hić autẽ alius error est peruersionis maxime. non enim sequitur. Ego illũ ãte ædis pstabat ut scriptum ẽ in omnibus codicibus. sed sequitur ex sententiæ cõgruitate: & sequela. Danista etiam respicis. Nã postq̃ senex danistæ dixerat. Adolescens mecum habe rem: & ipse rñdit. Sat habeo si cras fero: Teuropides & Tranio ibi una loqui cœperunt: & dixerunt quæcunq supra scripta sunt: Danista uero semper ibi remãserat: nec discesserat illinc. nam ut uidetur nõ ipse Danista dñs erat: sed quidam adolescens: & ut adolescentum mos est: nõ multum ppere res dominorũ peragere: ibi moram traxerat: usq dum Tranio discederet a teuropide pergens uocatũ aliquem foras ab ædibus Simonis ficte emptis utsupra: Quem quidẽ danistam uidens Tranio: & pteriens tetigit manu: fortasse appræhendens illi mentum: uel malam. Danista etiam respicis? quasi diceret: quid me adhuc respicis: quasi debitorem tibi: quũ herum meum Teuropidem tibi debitorem tradiderim? Vnde ille rñdet. Mihi molestus ne sis. uerbis tuis scilicet. Vide ut fastidit simia. Simia uerbum est contumeliosum. ac si diceret bellua. ideo respondet. Danista. Mihi sum. sic sum. q. d. Si simia sum: mihi sum. & sic sum: qd ad te? libet esse. Manes tu ne illico. hoc est quod diximus supra. q parasitus illum tetigit. mentitur enim plodius: dicens. in codicibus antiquis scriptum esse numeras ne illico. immo manes apertissimis & claris litteris scriptum est in omnibus codicibus tam manu scriptis: q̃ impressis. Quin parasitus sum quidem. hic præponenda est persona Tranionis. & hi uersus ita scribendi sunt: ut diximus: q̃q̃ mancos mutilosq illos legat plodios: contra metricam rationem. Quia te eratus amat. Quia inquit te amat danista herus tuus æratus: & pecuniosus te ferocem & superbum facis. Conuitiis aũt se simul lacessunt Tranio & Danista. sed turpitudinem insimulati probri cauta loquutione cõtegunt. Num oculi dolent? idest nũ nam mihi inuides? Inuidia enim plurimum ppter oculorum sensum nascitur: quia uidentes alterũ fortunatiorẽ illius fortunis dolere solent. Sed qa tranio rñdit cur? uertit danista sermonem in aliam sniam: & inquit. Quia fumus molestus est. Solet enim etiã fumus oculos molestare: & ita per transuersam oblocutionem oĩo id intelligit: an mihi inuides? an meum bonũ oculis tuis nocet? Plũbeos nũmos. ac si diceret pecuniæ falsæ sculptor. & hoc: quia danista: & pecuniæ mutuator: fœneratorq. Is me suam. uerba sunt Tranionis. & nõ Danistæ: ut corrigit indoctus Sarracenus. hoc dicit. noui te. & cõuersus ad auditores ait. is. danista. s. optat sibi me calcitrulã: hoc est: cuperet me subigere. nec scribẽdum est. rus. ut idem Sarracenus inaniter exponit. Si sobrius sis. danista loquitur. Tibi obtẽperem. Tranio loquitur. At tu mecũ pessume. Danista loquitur. hoc sensu. at tu mecũ pessume te geris. s. nõ exhibendo mihi pecuniam quã debes. Aduersus quæso. Tranio loquitur in hanc sniam. Iam desine habere sermonem de istis

rebus aduerſus me.hoc eſt de re pecuniaria nihil amplius me appelles. Faciam.rñdet Daniſta.nõ amplius te appellabo.ſed pulſabo fores:ut philolachem.ſ.uel teuropidem rogem:qui mihi argentũ reddant. Heus ecqs. uidens Tranio illum pulſare uolentem:cœpit clamare.& quaſi uocare qui in domo eſſent:ut exirent ad ꝓpellẽdum daniſtam fores uerberare uolentem.Vnde Daniſta & ipſe clamans inquit. Ecquis huc exit atq; aperit. Deinde ſecum ait.Nemo hinc quidem foras exit:ut eſſe addecet.nam ianitores ſolent in limine ædiũ cõſiſtere: & rñdere aliquid rogantibus.Tum addit. Sed eo magis cauto eſt opus.ſed ꝑfecto inquit mihi cautio eſt: ne quiſq̃ huc exeat q me mulctet male. Vnde illinc daniſta recedere cœpit.

De rebus iſtis.Da.faciam & pultabo fores.
Tr. Heus ecquis hic ẽ:maximam qui his iniuriam
Foribus defendat.Da.ecquis huc exit:atq; aperit?
Nemo hinc quidem foras exit:ut eſſe addecet
Neq̃ homines ita ſunt.ſed eo magis cauto eſt opus
Ne quiſq̃ huc exeat qui me multet male.
Tr. Fuge.optume eccum dominus ædium foras
Simo progreditur ipſus.huc conceſſero
Dum mi ſenatum conſilii in cor conuoco
Igitur tum accedam huc:quando qd agam inuenero.
Simo ſenex.Tranio ſeruus.
Melius hoc anno non mihi fuit domi.
Nec qui eſca una ſibi me demeruerit magis.
Vxor.nam prandium mihi perbonum dedit.
Nunc illa dormitum iubet me ire.minime.
Non bonus ẽ ſomnus homini de prandio.apage.
Ex ædibus me clanculum edidi foras.
Tota mihi turget uxor:nunc domi.ſcio.
Tr. Parata res mala ẽ in ueſperum huic ſeni
Nam & cœnandum:& cubandum ſi intrabit male.
Si. Quum magis ac magis ego cogito cum meo animo:

Seqtur aũt hic: non: Quid tibi uiſũ ẽ hoc mercimonii:ut in oĩbus codicibus ſcriptũ ẽ.nõ enim ſnĩa cohæreret:& omnia ꝑpoſtera irent.ſed ſequitur. Fuge optume eccũ dñs ædium foras. Fuge ĩquit Tranio Daniſtæ iam ut diximus inde recedẽti.poſtea ſecũ ait. Optume eccũ.Ecce inquit cõmodum Simo dominus ædiũ de quibus hero meo uerba feci: exit foras:ad quem ibã:ut uiderẽ:ſi Teuropides illas inſpicere poterat. Huc cõceſſero.huc inquit tranio paulum diuortã: ne me uideat. Dũ in ſenatum conſilii in cor cõuoco.i.dum cogito: quo illũ ſermõe aggrediar. Igitur tũ accedã.ita ſcribendũ eſt:metri neceſſitate:& ex codicibus antiquis:in quibus itur tum accedam legitur. Et ſic finis ẽ huius ſcenæ.

Melius hoc anno non mihi fuit domi. Trimeter & hic uerſus eſt.ſex pedibus cõſtans: quẽadmodum ſuperiores.Simo dñs ædium quas Tranio dixerat Teuropidæ hero ſuo:philolachem emiſſe:dũ Tranio ad illũ pergeret exibat domo:ut in fine ſuperioris ſcenæ dictũ eſt.In hac ponuntur ſermones habiti:primũ ab ipſo Simone ſolo:deinde a Tranione etiã ſolo & qui in inſidiis ſtabat:auſcultans quid diceret:deinde utriuſq; ſimul collocutio. Melius hoc anno nõ mihi fuit domi.ita ſcribi debet uerſus:ut cõſtet ſuis pedibus.hoc dicit.Toto hoc anno nõ melius habitus fui domi.nec uxor mea me magis ſibi demeruit una eſca:q̃ hodie:quũ mihi dedit prandiũ perbonũ.uerum prandio ſumpto uolebat ducere me in cubiculũ:iubens me paulũ dormire:ſed eam fefellit opinio:quũ ire noluerim:quin me ex ædibus clanculum amouerim.ꝓpter qđ nõ dubito:quin tota mihi turgeat:& mecũ irata ſit.Corrupta aũt admodum tota erat ſcena: in qua redintegranda:& elimanda:nõ nihil laboris abſumpſimus ut legentibus patebit. Nec qui eſca una ſibi me demeruerit magis uxor:nam prandiũ mihi perbonũ dedit.ita ſcribi debent ambo hi uerſus:metri neceſſitate:& ſnĩæ concinuitate:quos quũ plodius & Sarracenus uani interꝑtes nõ intelligerent: perperã corruptos:& nõ intellectos reliquerunt.Demereor aũt ſignificat nõ male mereor:ut quidã putant:ſed bene mereor:& beneficio cõcilio.conſtruiturq; cũ actõ.ut hoc loco. Nunc illa dormitum iubet me ire.addendũ fuit illa:metri rõne. Minime.ſ. ire nolui. Nõ bonus eſt ſomnus homini de prãdio apage.ita ſcribẽdus eſt hic uerſus.& metri & ſnĩæ cõgruitate.Meridiari dicitur:ſomnũ capere a prandio:qđ quidem dicit hoĩ bonũ nõ eſſe:& ita ferme eſt cõſenſus omnium & ꝑcipue ꝓfunde.nam modice nõ ita nocet.reliquos aũt tres uerſus qui erant ſupra:inter hunc:& nũc illa dormitum iubet me ire:uti ſuperfluos:& ineptos:ac nõ plautinos:delendos cenſuimus. Ex ædibus me clanculũ edidi foras.ita metri ratione ſcribẽdus eſt hic uerſus.& ſequẽs ita. Tota mihi turget uxor nũc domi ſcio. tota irata eſt mihi. Parata res mala eſt in ueſperũ huic ſeni.ita ſcribendus hic uerſus eſt.& loquitur Tranio.q clanculum audit uerba ſenis.paratum eſt inquit huic ſeni in ueſperum mala res.nam & male cœnabit.& male cubabit:ſi domum intrauerit. Quum magis ac magis ego cogito.ita ſcribendus eſt uerſus.ut integer ſit. hoc

Demereri.

Meridiari.

ſenſu quanto magis cógitaui:& rem mecũ animó uolutaui:ita prorſus deꝑhendó uerũ eſſe:ut melius ſit habere domi uxorem male dotatam:q̃ benedotatá.nam ſi male dotata eſt:nõ audet inſolẽter uocare uirũ ut dormitũ eat.nec in ſopore uerſatur:ſollicitando alios:ut ſe ſopori dedant. Si quis domi dotatam.domi addendũ fuit metri neceſſitate. Nemiuem ſollicitat ire dormitum ſopor.& ſic hic quoq; uerſus ẽ ſcribendus ratione metri.
Odioſa hæc.ita ſcribeudũ cenſemus ſniæ concinnitate.& nõ odio es tu.neq; odio eſt ut plodius legit.hoc ſenſu hæc uxor mea odioſa eſt.i.digna quæ odio habeatur.erat enim dotata bene.& ideo faſtidio & arrogátia ple-

Sí quis domí dotatam uxorem habet male:
Nemínem ſollícitat íre dormitum ſopor.
Odíoſa hæc.exequí certa res eſt:ut abeam
Potíus hínc ad forum:q̃ nunc domí cubem.
Atq; ego pol neſcío.ut moríbus ueſtræ fient:
Hæc ſcío q̃ me habeat male.peíus poſthac fore.
Tr. Abítus tuus tíbí ſenex fecerít male.
Nihíl erít:quod deorum nullum accuſites.
Te ípſum íure optímo merito ıncuſes lícet:
Sed tempus hunc ẽ me ſenem nunc alloquí.
Hoc habeo.repperí ſenem quí ducerem:
Quoq; dolo a me procul dolorem pellerem.
Accedam.dí omnes plurímum te ament ſimo.
Sí. Saluos ſis tranío.Tra.ut uales?Sí.ego non male.
Quíd agís?Tra.hominem optímũ teneo.Si.amice facis:
Quũ me laudas.Tra.decet certe.Si.hercle ego haud bonũ.
Te teneo ſeruũ.Tr.quí dũ?Sí.eia maſtigia
Nunquíd ad merendam iſthíc ero?quíd nunc?q̃ mox?

na. Quá nunc domi cubem.nũc addẽdum fuit. metri neceſſitate. Atq; ego pol neſcio:ut moribus ueſtræ fient.ita metri neceſſitas ſcribi iubet. hic ſenſus eſt ad auditores conuerſus. profecto neſcio qbus moribus ueſtræ uxores ſint ornatæ.uerũ hác meá ſcio:q̃ male me habeat.& peius etiá habitura in futuꝝ ſit. Hæc ſcio q̃ me habeat male.peius poſt hac fore.ita ſcribẽdus & hic uerſus eſt:& metri ratione.& ſniæ cõgruitate. Abitus tuus. Tranio qui eſt in Inſidiis inquit. abitus hic tuus domo o ſenex tibi male faciet.
Nihil erit.nihil ſcribeñ.eſt. ex codicibus antiquis.& metri neceſſitate. Sed tẽpus hunc eſt me ſenem nũc alloqui.ita ſcribẽdus uerſus ẽ.metri neceſſitate.& ſniæ cõgruitate:qđ plodius interpres nõ aduertit. Eſt inqt Tranio nunc tẽpus:ut hunc Simonẽ ſenem alloquar. Hoc habeo.habeo inuentũ:machiná & dolum quẽ uolebá.& ſcribendũ eſt habeo.nõ habet.ut plodius legit. Ducerem.deciperẽ:fraudarem.
Quoq; dolo a me ꝑcul dolorẽ pellerẽ.ita ſcribẽdus ẽ ṽſus.metri neceſſitate.& ſniæ cõcinnitate.nõ ut plodius legit.abſq; illa dictioneq; & ꝑcul. Dii oẽs plurimũ te ament Simo.ſcribẽdus eſt hoc modo uerſus.metri neceſſitate.qđ plodius nõ uidit. Ego?nõ male.Simonis uerba ſunt.& ego addẽdũ fuit.metri neceſſitate:& ſcribẽdũ cũ iterrogatione. Hoiem optimũ teneo.Tranio cæperat manũ Simonis manu ſua quũ illũ ſalutauit:ideo ait: hoiem optimũ teneo. Hercle te ego.Simo loquitur.& tollendũ ẽ te:metri rõne:& infra locandũ. Te teneo ſeruum.hic anteponendũ fuit te:metri neceſſitate. Qui dũ.hoc addendũ fuit:& anteponẽda Tranionis pſona metri & ſniæ cõgruitate. Eia maſtigia.hic anteponẽda eſt Simonis perſona.Maſtigias.ſeu maſtigia in caſu nominádi ꝓprie dicitur uerbero.a uerbo μαστιγόω:quod flagello & uerbero ſignificat.& μάστιξ·γος.maſ.gñis flagellũ apud illos ẽ.nõ aũt lachryma lẽtiſci:ut multi exiſtimát:& ꝑcipue medici noſtri neoterici:q maſticis drachmá in medicinis ſuis addi ꝑcipiunt.ꝓducẽtes ẽt penultimá.quũ Maſtiche illa uocetur:& fœminí ſit gñis. cuius gtũs ſit maſtiches:& penultima breuis.De qua Dioſcorides abũde & cæteri. Nunqd ad merendam iſthic ero? qd nũc?q̃ mox?Plodius hic:& Sarrace.interꝑtes mera delirıa ſibi fingũt exponẽtes uarie locũ.Dánans.n.plodius ṽſum ſcriptum. A meridie amiſti cero.diſpũgẽda pruſus ṽboꝝ portẽta exclamat.& ſcribẽdũ.amiſti gerro.ſubitelligẽdo potaſti.& multa nugalia ſup dictione amiſtis facit.adducẽs lucianũ.calphurniũ & labienũ. nec ad metri rõnẽ reſpiciẽs.nec ad ſniam ullá cõmodá & cohærẽtẽ.Sarracenus ṽo cõiectás litteraꝝ ordinẽ ſcribẽdũ putat.amare occœpiſti:nec ṽſus & ipſe:nec ſenſus cõcinnitatis rõnẽ tenẽs.Nos ṽo ita ſcribeñ.cẽſuimus nunqd ad merẽdá iſthic ero.& ṽſus & ſniæ cõcinnitati ſeruiẽtes.nec ab antiqs codi.multũ aberrátes.qppe in illis ſcriptũ ẽ. Ad meredi amiſticero.ex quo litteraꝝ ductu facile cõiici potuit ad merẽdá iſtic ero ſcriptũ fuiſſe.qđ qdẽ ſniæ optime cõuenit:ut Simo itẽdẽs arguere Tranionẽ cõpotationũ quas ibi faciebát:interroget primũ:ut fieri ſolet. heus bone.nũqd & ego iſthic eſſe poſſem ad merẽdá uobiſcũ. Quid nũc?i.an nũc poſſum uenire?q̃ mox?idest ſi nõ parata ẽ nũc merẽda:& ſic nõ poſſum uenire nũc:q̃ mox adero?& q̃ dudũ differá?& qd nũc q̃ mox?ſcriptũ ẽ ẽt in priſcis exemplaribus.nõ qd nunc mox.qñ aũt locus paulo corruptus uiſus ẽ: & feneſtratus: nõ abre:neq; ꝑter ſniæ & metri rõnẽ uiſum ẽ addi iu ꝑncipio.nuuqd.& ſic oia reſtituere.& integrũ ṽſum:cũ ſenſu abſolutiſſimo legẽtibus ꝓbere.ſup quo doctoꝝ iudicium nõ refugimus.Merẽda autẽ ꝓ cibo meridiano ſumitur:ut ẽt ifra. Vide ne forte ad merendá copiá diuerteris.

Maſtigias.

Quid est? Tranio qui intellexit Simonē ea uerba protulisse: ut eū argueret: ostendit se nō intelligere: & ait qd est? Vnde Simo iterū arguens inquit. Quid hic solet fieri? Et Tranio iterū ostendit se nō intelligere: & interrogat. Quid id est? Et Simo respōdet. Loquar sic decet: absente ut hero filio morē geras? Hic aūt uersus sic supplendus a nobis uisus est metri & sniæ habita ratione: quum fenestratus item esset. & solum scriptum principiū. Sic dolet. & relictū spacium. & deinde addita finis. Morem geras. super quo item ingeniorum nobilium cē suram regrimus. Vita q̄ sit breuis simul cogitas? Ecce Simonē arguentem. Et scribendū est cogitas? interrogatiue nō cogita: ut sit interrogatio Simōis cū rephensione: quasi dicat. nō cogitas hæc tu?

Tr. Quid est? Si. quid hic solet fieri? Tra. quid id est? Si. loquar.
Sic decet absente ut hero filio more geras
Vita q̄ sit breuis simul cogitas? Tr. hem tandem quidem
Percæpi super his rebus nostris te loqui.
Si. Musice hercle agitis ætatem: itaq; uti uos decet:
Vino: & uictu: piscatuq; probo electili
Vitam colitis. Tra. immo sic uita ante hac erat.
Nunc nobis isthæc exciderunt omnia.
Si. Qui dum? Tr. quia oppido occidimus omnes simo:
Si. Non tu taces? prospere uobis cuncta usq; adhuc
Processerunt. Tra. ita ut dicis facta haud nego.
Profecto nos probe ut uoluimus: uiximus.
Sed ita simo nunc uentus nauem deseruit.
Si. Quid est? quo pessume: modo? quæ ne subducta erat.
Tuto in terram? Tr. hei. Si. quid est? Tra. hei. me miserū occidi.
Si. Qui? Tr. quia uenit nauis nostræ quæ frangat ratem.
Si. Velim ut tu uelles tranio. sed quid negocii est?
Tr. Eloquar. herus peregre uenit. Si. tuus ne herus?
Tr. Cor tenditur inde ferit iterum. post hem obsecro:
Ne indicium hero facias meo. Si. e me: ne quidem
Metuas: nihil sciet. Tr. patrone salue. Si. nihil.

Hem tandē qdem. Ita metri rōne scribendū est. Et Tranio loqtur. ostendens se nunc tandem intelligere: de quo loquatur Simo: quasi prius non intellexisset. Musice her Musice. cle perseuerat Simo in repræhensione. Musice delicate. genialiter. nam musicos adipate. & genialiter uiuere manifestum est. quippe aīa & corpus quoq; cantilenis excitantur: & uegetantur: ut facilius concoquuant & delicatioribus etiā cibis farciātur. Itaq; addendum fuitq; metri necessitate. & duæ sunt dictiōes. nō una tātum itaq;. pro & ita. Piscatuq; probo. iterum addēdum fuitq; ratiōe metri. Electili. electo. delicato. Immo sic uita ante hac erat. sic addēdū fuit. metri necessitate. & sniæ cōcinnitate. hæc aūt minuta nō ope p̄tiū ē nobis semp plodio & Sarraceno interp̄tibus obiicere: quū tñ in illis peccauerit ambo. ut ne tēpus cōteramus: & illos tātū p̄sequi uoluisse iudicemur. Nunc nobis isthæc exciderunt oīa. Ita scribendū cēsemus u̇sum hūc & metri necessitate: & sniæ cōgruitate non: nunc nobis communia hæc exciderunt contra metri & sententiæ rationem ut legunt ambo interpretes superiores ignarissimi. Quia oppido occidimus omnes simo. Quia scribendum est potius: q̄ ita: tū sententiæ congruitate: tū uero metri necessitate. Non tu taces. tu addendū fuit metri necessitate. Profecto nos probe ut uoluimus uiximus tranionis uerba sunt. & ita est scribendus uersus. Sed ita simo nunc uentus. & hic quoq; ita scribēdus est. necessitate metri. Quid est? quo pessumæ modo? quæ ne subducta erat tuto in terrā? Ita scribendus estcontextus metri & sniæ congruitate: quæ est hæc: ut quum Tranio dixisset. Ita simo nunc uentus nauem deseruit: Simo nūc respōdeat. Quid est? quo pessume modo? appellat autem Tranionem pessumū: quēadmodum & supra Mastigiam appellauit: perstansq; in eadem nauis metaphora quā ille cœpit: ait. quæ ne subducta erat tuto in terram? idest: quomodo perire potuistis uos: qui uidebamini tam laute & opipare ac in tuto uitam agere? Subducere autem est nauem in terram trahere. Virgi. quassatam uentis liceat subducere classem. Deducere autem de terra in mare ducere: idem Virgil. Deducunt socii naues. Hei me miserum. occidi. Hei addendum fuit. metri necessitate. Nostræ quæ frangat ratem. Adhuc in translatione illa nauis perstans: uenit inquit nauis: hoc est teuropides senex: quæ frangat ratem nostræ: naui scilicet hoc est: qui nos non sinat ire uelo & remis: & genio indulgere: ut soliti sumus. Velim ut tu uelles tranio. Simo non intelligens ad quid pertineat metaphora hæc nauis adducta in medium a Tranione: respondet illi: dicens o Tranio uellem ego ac cuperem tibi omnia quæ uelles: ac si diceret: ut omnia tibi prospere irent. Sed quid negocii est? Sed quid est hoc: & quorsum hæc tua uerba? Tuus ne herus. Herus addendum fuit. metri necessitate. & sententiæ concinnitate. Cor tenditur. affligatur & torquetur. Ne iudicium hero facias meo. Ne illi indices uitam nostram scilicet uoluptariam: & libidinibus deditam. E me ne quidem metuas. Ne timeas inquit Simo. nam ex me nihil sciet.

Subducere
Deducere.

	Moror mihi clientis istius modi.
Tr.	Nunc hoc quod ad te noster me misit senex.
Si.	Hoc mihi responde primum: quod ego te rogo.
	Iam de istis rebus uester quid sensit senex?
Tr.	Nihil quicq̃. Si. nunquid increpitauit filium?
Tr.	Tam liquidum est. q̃ liquida esse tempestas solet.
	Nunc hoc te orare iussit opere maxumo:
	Vt sibi liceret inspicere hasce aedis tuas.
Si.	Non sunt uenales. Tr. scio equidem istuc: sed senex
	Gynaeceum aedificare uolt hic in suis:
	Et balneas: & ambulacrum: & porticum.
Si.	Quid is consomniauit? Tr. ego dicam tibi.
	Dare uolt uxorem filio quantum potest.
	Ad eam rem facere uolt nouum gynaeceum:
	Nam sibi laudasse aedis ait architectorem:
	Nescio quem: esse aedificatas has sane bene.
	Nunc hinc exemplum capere uolt: nisi tu ne uis.
Si.	Nae ille malo quidem ab opere sibi exemplum petit:
	Quia hic aestate constat esse perbonam.
	Nam subdiu sol agit hic perpetuum diem.
	Immo aedepol uero quum usq̧ quaq̧ umbra est: tamen
	Sol semper hic est. usq̧ a mane ad uesperum:
	Quasi flagitator adstat usq̧ ad ostium:
	Nec umbra mihi usq̃ est: nisi si in puteo quaepiam est.

Cliens. Patronus. Moror mihi clientis istiusmodi. Ita scribendus est uersus. metri ratione. Cliens autem & patronus correlatiua sunt. Nunc hoc quod ad te. Audi nunc (inquit Tranio) hoc: quod. i. propter quod: noster senex misit me ad te. Sed Simo interrumpit: dicens. Hoc mihi responde primum uester quid sensit senex? Interrogatiue legendum Sensit ne quid pro aliquid uidetur senex de istis rebus? Nunquid increpitauit filium? Increpitauit ex codicibus antiquis scribendum est. Liquidũ. Tam liquidum est. Liquidum aliquando significat molle & fluens. Virgi. aut quum liquentia mella stypant & dulci distendant nectare cellas. Interdum significat purum. Idem. liquidumq̧ per aera lapsae. & ut hoc loco. tam liquidũ est. i. res tam pura: & sine ulla sorde ac suspicione est. aliquando significat p̃sperum ut Plautus alibi. liquido auspicio exeo foras. Tempestas Quã liq̃da esse tẽpestas solet. Tẽpestas significat tempus. Sallustius. ea tempestate in exercitu nostro fuere cõplures noui atq̧ ignobiles. interdũ significat Serenum tẽpus atq̧ trãquillum. Virgi. Vnde haec tam clara repente Tempestas. & ita accipitur hoc loco. interdũ etiã significat procellam. Ply. hunc diem festum tempestatibus leniendis ferunt institutum. Virgi. Et foedam glomerant tempestatẽ imbribus atris. Nunc hoc te orare. Addẽdũ fuit hoc: ex codicibus antiquis: & metri necessitate. Et hic iam cõtinetur altera fictio: & alter dolus a Tranione orditus i Simonẽ: ut. s. ei persuadeat ut aedes suas ĩspici a Teutopide patiatur: quoniam is uelit in suis aedibus aedificare gynaeceum & quaedã alia ad exẽplum eorũ quae sunt in aedibus ipsius Simonis: & sic duos senes eodem tempore: sed diuersa credulitate capit. ac frustratur. Teuropidem credentem se iturum ad uidendum aedes a filio suo emptas: quod minime erat uerum. Et Simonem existimantem uera esse mendacia Tranionis: q̧ scilicet eius herus aedificare uellet gynaeceum & ambulacrum & porticum in suis aedibus. Non sunt uenales. quia mos est: ut qui emere uolunt aedes alicuius prius eant illas uisum: ideo Simo Tranioni respondet: non esse uenales aedes suas. Gynaeceũ. Gynaeceum. Locus est mulierum in aedibus. Andron. γυναικεῖον graece dicitur. & γυναικωνῖτις sicut ἀνδρὼν & ἀνδρωνῖτις. locus uirorum. Quid is consomniauit? Quasi dicat: quae insaniae nunc mentem eius occuparunt: ut ista aedificare uelit hoc tempore? Et addendum fuit. is. metri necessitate. Quantum potest. Quantum possibile est. tam cito quãtum possit. Nam sibi laudasse aedis ait architectonem. Ita scribendus est uersus. & addendum aedis. metri necessitate: & sententiae Architectõ congruitate. & Architectonem scribendum. non architectorem. Architecton autem. & Architectus. & Architectonicus is dicitur. qui fabricae & aedificio praeest. Esse aedificatas. Esse addendum fuit. metri necessitate. Nae ille. Nae cum diphthongo scribendum est. pro certe. Sibi exemplum petit. Sibi metri necessitate addendũ est. Subdiu. Quia hic aestatẽ constat esse perbonam. Ita scribendus est uersus: metri & sententiae congruitate. Nam sub Diu. diu sol ait hic perpetuum diem Et hic quoq̧ uersus ita scribendus est. & metri ratione. & sententiae congruitate: Interdiu. Nam fragmentis scatebat totus hic locus. ut adhuc in codicibus antiquis apparet: ubi fenestrae sunt relictae. Subdiu autem sicut diu. & interdiu. dicimus pro die. Vnde Subdialis. i. diurnus. hoc est qui die fit. Ply. xiiii. Vna uitis romae in Iuliae porticibus subdiales ambulationes opacat. Quasi flagitator. Veluti qui pecuniam flagitat & petit. Nec umbra mihi usq̃ est: nisi si in puteo quaepiam est. Ita scribendus est uersus. & addendum. si. metri

neceſſitate.& ex codicibus antiquis. Si umbram non habes. Alludit ad umbram:quæ notum habet ſign.ficatum.& ſignificat etiam · am quæ nata eſt in terra umbria.alludit quoq ad patriam ſuam:quum ait. Quid ſar Sarſinatis:Nam poeta ipſe fuit ſarſinas.ex ſarſina umbriæ ciuitate.de qua Silius.Et diues ſarſina lactis. Attamen inſpicere uolt.Tranio loquitur? Inſpiciat ſi lubet præponenda eſt Simonis perſona. Ipſe ædificato.ipſe ædificet. Eon.i.eo ne:Vocatum huc teuropiden. Alexandrum magnum.Tranio loquitur:Alexander macedo Alexander a magnis rebus per eum geſtis magni cognomen adeptus eſt.De quo.Q.Curtius.& Plutarchus diffuſe tractát. magnus.

Atq Agathoclem. Agathocles.

Tr. Quid ſarſinatis ecqua eſt?ſi umbram non habes?
Si. Moleſtus ne ſis.hæc ſunt ſicut prædico.
Tr. Attamen inſpicere uolt:ſi inſpiciat ſi lubet:
Si quid erit quod illi placeat:de exemplo meo:
Ipſe ædificato.Tra.eon?uoco huc hominem?Si.uoca.
Tr. Alexandrum magnum atq agathoclem aiunt maxumas
Duo res geſſiſſe.quid mihi fiet tertio.
Qui ſolus facio facinora immortalia?
Vehit clitellas:uehit hic autem alter ſenex.
Nouicium mihi quæſtum inſtitui:non malum.
Nam muliones mulos clitellarios.
Habent.ego homines habeo clitellarios.
Magni ſunt oneris:quicquid imponas uehunt.

Tranio ſeruus. Teuropides. Simo ſenes duo.

Nunc illum ego hinc ex inſidiis auſculto:an colloquar?
Cõgrediar.heus teuropides.Te.hem qs me nominat?
Tra Seruus hero multum ſuo.quo me miſeras:oẽ affero.

Hic ſyracuſarum tyrãnus fuit:qui ex paupertate uenit ad tyrannidis faſtigium.fuerat enĩ patre figulo oriũdus:uñ figulina ſemper uaſa menſis adhibuit.de quo Auſonius.Fama eſt fictilibus cœnaſſ. agathoclea regem:Atq abacum ſamio ſæpe oneraſſe luto:Fercula gemmatis quum poneret aurea uaſis.& miſceret opes pauperiemq ſimul. Quærenti cauſam:reſpõdit.rex ego q ſum ſicaniæ figulo ſum genitore ſatus. Vehit clitellas: uehit hic autem alter ſenex.Quẽadmodũ inquit Teuropidæ ſeni hero meo clitellas ipono: & uehere facio:ut ſuper illis omne onus:hoc eſt dolos & fallacias meas imponam:Ita & hic alter ſenex Simo uehit clitellas:nam ſuper eo quoq ſarcinã quãcunq pono.hoc eſt itidem & huic Simoni recte perſuaſi:herum meum uelle ipſius ædes inſpicere:ut in ſuis ad illius exemplum ædificet:quẽadmodum illi iam perſuaſi philolachem filium huius ædes emiſſe:& monſtra in ſuis ſentiri. Clitellæ ſunt ephippia:quæ iumentis imponũtur:ad ſuſtentãda onera quas uulgus baſtos appellat feſtus. Clitellæ dicũtur nõ tantũ hæ quibus ſarcinæ colligatæ mulis portantur:ſed etiam locus romæ:ppter ſimilitudinem.& in uia flaminia loca quædam deuexa ſubinde & accliuia.Etiã tormenti genus eodẽ nomine appellatur hæc ille.unde clitellariũ aſinũ dicimus clitellas ferentem. Clitellæ. Nouiciũ mihi quæſtum inſtitui. nouiciũ ſcribendũ eſt.ex codicibus antiquis.& metri neceſſitate.& non nouum ut legit plodius.licet nouicium pro nouo dixerit. Muliones.qui mulos agunt.ſed non agaſones ſunt qui aſinos tantum agũt.ut Sarracenus ait.immo:ut diximus in uocabulario noſtro:Non aſinos tantum:ſed equos quoq ducit agaſo.ut multis autoribus liquet. Muliones. Agaſones. Ego homines habeo clitellarios.ita ſcribendus uerſus eſt.metri ratiõe.ego inquit habeo homines clitellarios.i.clitellis ornatos:paratos ad ſubeũdum quodq onus. Magni ſunt oneris.magnũ ferũt onus. quicquid eis imponas uehunt.& ſic gloriabundus lætatur:q fallaciis.& deceptiõibus ſuis herum & Simonem ſenes fallat.hæc autem omnia dicebat intra ſe Tranio:relicto iam Simone & pergens uocatum Teuropidem herum.

Nunc illum ego hinc ex inſidiis auſculto?an colloquar?uerſus eſt tetrameter brachicatalecticus:ſeptem cõſtãs pedibus:uſq adeo autẽ fragmentis ſcatet hæc ſcena:& tam peruerſa:ac in uarias diſſecta paginas:& ut non modicus fuerit labor:eam in unũ cogere ſed uani caſtigatoris futiliſq interpretis fuiſſet:nõ redactã prius in ordinem attingere.ut plodius & Sarracenus fecerunt:ſed ille audacius:ac maiore temeritate.hic.n.quum laceram peruerſamq uidiſſet:ſaltem faſſus eſt.ſed id ab eo minus ſcite prolatum:uel hãc uel quæ ſequebatur hoc eſt.Serui qui quum culpa carent:ſuperuacaneam eſſe.Neutra enĩ ſuperuacanea uidebitur:ſi eo ordine legantur quo a nobis ſunt digeſtæ.In hac igitur continetur ſermo Tranionis redeuntis a Simone:& euntis uocatum Teuropiden herum ſuum qui ueniat ad uiſendum ædes. Nunc illum.ita ſupplendum & ſcribendum uerſum eſſe cenſemus:ut nos ſcripſimus:metri neceſſitate.& ſentẽtiæ cõgruitate.feneſtrati enim ſunt hoc loco antiqui codices. Dicit autem hoc Tranio uidens Teuropiden:qui illum expectabat:ut ſupra habuimus:quãdo dixit.Ego hic tãtiſper dum exis te operiar foris:Debeo ne abſcondere me hic paulum:& ex inſidiis auſcultare:quid loquitur hic teuropides herus meus?an.melius eſt:ut illum colloquar? Congrediar.Quum deliberaſſet nõ ſtare in inſidiis ad illum auſcultandum:inquit.Congrediar.hoc eſt hominem adibo.& alloquar.Et ſic ipſum alloquitur. heus teuropides. Seruus hero multum ſuo.ita ſcribi oportet metri neceſſitate.ille inquit qui multum ſeruus eſt hero ſuo te nominat:ideſt qui bene & ſatagẽter ſeruit tibi. Quo me miſeras omne affero.impetratum.affero im-

Impetratū. Te. Quid illic destitisti obsecro tam diu?
Tr. Seni non ocium erat.id sum operitus.Te.antiquum obtines.
Hoc tuum:tardus ut sis.Tr.heus tu:si uerbū hoc cogitare uoles:
Simul flare:sorbereqꝫ.haud factu facile est.ego hic esse,
Et illic simul:haud potui.Te.quid nūc? Tra.uise specta tuo.
Arbitratu.Te.age.duc me.non moror.te subsequor.Tr.senex:
Ipse ante ostiū eccum operitur.sed mœstus est:uendidisse hasse?
Te. Q uid tādē? Tr.orat ut suadeā philolacheti:ut istas remittat sibi.
Te. Haud opinor.sibi quisqꝫ in iure cauet si male emptæ forent.
Nobis:istas redhibere haud placeret.lucri quicquid est:
Id domum trahere oportet.Tr.satius demum est.opere pretium.
Nunc est iuisse.morare hercle.atqꝫ illi indignum facis.
Te. Q uin tu recte ædepol mones subsequere me. Tr.fiat.
Do tibi ego operā.senex illic est.hem adduxi hominem tibi.
Si. Saluum te aduenisse peregre gaudeo teuropides.
Te. Dii te ament. Si.inspicere ædis te has uelle aiebat mihi.
Te. Nisi tibi incōmodum est.Si.immo est cōmodū.i intro.atqꝫ inspice.
Tr. Et enim mulieres? Si.caue tu ullam floccifaxis mulierum.
Q ualibet perambula ædes oppido tanq̄ tuas.
Te. Tanq̄.Tr.ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine
Te has emisse.non tu uides hunc uultu tristi ut est senex?
Te. Video.Tr.ergo irridere ne uideare:& gestire admodum:
Noli facere ei mentionem te emisse.Te.intelligo:
Et bene monitum duco:ac esse existimo humani ingenii.

Remittere
Redhibere

pettata omnia ab illo.s.quō me miseras. Quid illic destitisti obsecro tam diu? uersus hic ita scribi debet:si suis illum pedibus cōstare uolumus.Istorum autem nihil a plodio illo:neqꝫ a Sarraceno interpretibus intellectum: nedum non correctum est.quorum iam nomina mihi tedio sunt. Destitisti.commoratus es.a desisto uerbo: cuius præteritū sit destiti. Id sum operitus.ideo expectaui. Antiquū obtines.is est mos tuus. Si uerbum hoc cogitare uoles.Ita uersus ratio scribi exigit:ut uoles in fine scribatur.Si uis inquit cogitare hoc:quod dici solet. Simul flare sorbereqꝫ:quia unum impedit aliud. Et illic simul haud potui.Sic est scribendum.& non illic simul & ordine cōtextus & orationis ita existente. Sed mœstus est uendidisse hasse.ita scribendū ē.metri ratione. Remittat sibi.Remittit quidem emptor.redhibet aūt uēditor. Haud opinor sibi quisqꝫ in iure cauet.Ita scribendum cēsemus nos:potius:& metri ratione.& sententiæ quæ est:ut dicat quenqꝫ cauere sibi:& rem suam agere in iure.i.quando pro se stat ius:q̄ sibi quisq̄ iure metuit: ut legit plodius:nullo cum recto sensu. Redhibere.recipere.retro habere. Satius demū est. Tranionis ūba sunt: qui quū audisset herū dicentē:oportere domum trahere quicqd lucri esset ait Satius.i.melius demum est ita facere scilicet ut dicis. Operæ pretiū.Hoc loco:ut ī multis aliis: sed pcipue huius comœdiæ aptissime patet:neqꝫ plodiū interp̄tē:neqꝫ Sarracenū qd dicant:qd ue nō dicat intelligere:sed somnia laruales qꝫ nugas proferre:quum peruersus sit contextus totus scenæ:& Iterpositi diuersarum scenarū uersus:nihil ad sensum supra positum facientes:& tamen ipsi prosequantur comentationes suas:tanq̄ si consequerentur omnia.pudor profecto litterarum.Sic igitur sequatur littera ut nos digessimus. Operæ pretium nunc est iuisse.Tranionis sunt uerba cōtinuata ad Teuropiden:cui iam dixerat Senex ipse ante ostium eccum operitur. Nūc inquit eamus:operæ pretium est iuisse.nam dum multa uerba mecum facis:moraris illum qui expectat in limine. Atqꝫ illi indignum facis.idest rem indignam:quæ in illum a te fiat. Quin tu recte ædepol mones.subsequere me.Teuropidæ uerba sunt. Fiat.Tranio loquitur. Do tibi ego operam.s.ut te subsequar. Senex illic est.hoc dicit teuropidæ ostendens ei Simonem.postea alloquitur Simonem.& ait:hem adduxi hominem tibi.Et ita aptandus:supplendus:& redintegrandus uisus est nobis totus hic contextus:partim ex multis uerbis ex his:quæ erant in codicibus uetustis:partim quia fenestræ relictæ erant:& sensus cohærens & consequens redditur.ac metri ratio continetur his supplementis ac redintegrationibus:super quibus doctissimorum iudicium suscipimus. Saluum te aduenisse.Simonis uerba sunt ad teuropiden:consequentia uerbis Tranionis: qui dixit:hem adduxi hominem tibi. Dii te ament.Teuropides loquitur. Floccifaxis.flocciféceris. Tanq̄:quū teuropides existimet ædes suas esse atqꝫ emptas a philolachete filio:admiratur:Simonem dixisse tanq̄ tuas.& nō tuas simpliciter.Ideo dicit tanq̄? Quod quum uidisset Tranio:ne ille.suspicari possit:se dolis capi: occurrit dicens. Ah caue ne illi obiectes nunc in ægritudine &c. Non tu uides hunc uultu tristi ut est senex.ita scribendus est uersus metri ratione. Noli facere ei mentionem.Ei addendum fuit metri necessitate. Humani ingenii.humanæ caritatis non obiicere scilicet aliis eorum infortunia.

Quid nunc? hoc dicit Teuropides conuersus ad Simonem. Vin qui perducte? perducet scribendum est. ex codicibus antiquis: & metri necessitate. i. uis aliquem a me tecum mitti: qui per domum totam te ducat? Apage istum perductorem. quia si perductorẽ illi daret: uideretur quasi in domo aliena eẽ Teuropides: & nõ in sua: Perductare ideo renuit sibi dari perductorem: quã Tranionis euocãdum aliquem foras superius dixerit roga circunducat. Perductor. nisi magis placet quod inquit plodius: innuere significatum pudendum. quia perductare sit lenocinari: & pductor leno uocetur: & ductare significet uirilia tractare ad quæ hic alluserit &c. Vestibulum. Vestibulum locus Vestibulũ.

Q uid nunc? Si. quin tu is intro: atq; otiose perspecta ut lubet.
Te. Bene boniq; arbitror te facere. factum ædepol uolo.
Si. Vin qui pducte? Te. apage istum perductorem. non placet.
Si. Quid est? Te. errabo potius. q̃ perducet quispiam.
Tr. Viden uestibulum ante ædis. & ambulacrum cuiusmodi.
Te. Luculentum ædepol. Tr. age specta postes cuiusmodi. Luculẽtus.
Quanta firmitate facti: & quanta crassitudine.
Te. Non uideor uidisse postis pulchriores. Si. pol mihi
Eo pretio empti fuerant olim. Tr. audin fuerant dicere?
Vix uidetur continere lachrymas. Te. quanti hosce emeras?
Si. Tris minas pro istis duobus præter uecturam dedi.
Tr. Hercle quin multo improbiores sunt: quã a primo credidi.
Te. Q ua propter? Tr. q; ædepol ambo ab infimo terram secant.
Si. Intempestiuos excisos credo: id eis uitium nocet.
Atq; etiam nunc satis sunt boni: si sunt induti pice.
Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.
Eho istum puer circumduce hasce ædis: & conclauia.
Nam egomet ductarem: nisi esset mihi ad forum negocium.
Te. Apage. istum a me nihil moror ductarier quicquid est.
Si. Perducet quispiam per ædes dico. Te. ego eo intro igitur
Sine ullo perductore. Si. ilicet. Te. ibo intro igitur. Tr. sed est?
Mane sis uideã ne canis. Te. age dũ uide. est? Si. abi. Te. canis ẽ?

est ante lanuá domus uacuus. per quẽ a uia ad ædes itur. nam qui domos amplas faciebant: locũ ante lanuã relinquebant: qui inter fores domus & uiá medius eẽt: in quo loco qui dominum salutatum uenebant? consistebãt: prius q̃ admitterẽtur: ita ut neq; in uia starent: neq; intra ædes. ab illa enim constitutiõe. & quasi quadam stabulatione: uestibulum ẽ appellatũ: ut inquit Macrobius. Luculentum. luculentus dicitur luce plenus. unde luculẽte: luculentius: luculentissime: & luculentitas p splendore. Eo p̃tio. i. tanto pretio: ut merito laudari possint. Audin fuerant dicere? Traniõis uerba: quærentis quo pacto psuadere possit hero teuropidæ uerũ eẽ de emptione ædiũ: & uerbũ illud fuerant obiicientis: quasi dicat: audis: q & ipse Simo non amplius existimat ædes suas esse? quum dicat fuerant? unde id credens teutopides rogat Simonem per idem tempus: quanti hosce emeras? quasi dicat: quando tui erant. Ambo ab infimo terram secant. ambo postes uidentur secare terram ab infima sui parte. putrescebant enim & cariem emittebãt: quæ utiq; uidetur terra esse dissecta iuxta illud fulgentii. Deniq; cremontis lunæ abscissa ligna furfuraceis tinearum terebraminibus fistulescunt. Intempestiuos. non tempestiue cæsos existimo fuisse. Materia enim statis temporibus: hoc est luna decrescente cesa ualet ad perpetuitatem. hoc loco plodius arrogantissime: ut solet: & perq̃ stolide Hermolaum barbarum litteratorum decus notat: inquiens: Quæ cæcitas hermolaum corripuit: an potius posterorum despicientia: ut non pensiculatius hunc locum pensitauerit? Plynii uidelicet libro. xvi. Vbi scriptum ẽ: in Capitolio condendo: De qua quidem re nullum prorsus ab hermolao factum est uerbum: quippe qui: uel cũ in suo codice errorem non habuerit: uel uti facilem correctu consulto prætererit. Sed plodium istum futilem & nugacem non damnatum a nobis quis uiderit silentu: & eorum: quæ non dixerit: uerum maledictorum: maleq; præceptorum: & arrogantissime effutitorum: ad trium millium: uel circiter numerum. Non enim hæc pultifagus. non fecit hæc opera opifex barbarus plutisagus. i. ignauus: inscius: & nundinalis: qui pultem edere solitus sit. φαγω comoedo. Et addendum fuit hæc: metri necessitate. & ex antiquis codicibus. & sententiæ congruitate. Eho istum puer circumduce. continuata uerba sunt Simonis: ad aliquem seruorum: iubentis ut Teuropiden circũducat per ædes: & se excusantis: q nisi haberet negocium ad forum: ipsemet ductaret illum. Apage. Iterum renuit Teuropides perductorem. Et quia dixerat: nihil moror ductarier: timens Simo ne teuropides acciperet in aliam partem uerbum illud ductarier: inquit. Perducet quispiam per ædes dico. Per ædes. per. addendum fuit metri ratione. Sine ullo perductore. ullo etiam fuit ascribendum: necessitate metri. Sed est? loquitur Tranio. & ascribendum est. Sed necessitate metri. Et hic iste Tranio eludit diutile Senem herum suum. circa hanc canem. Agedum uide. est? Loquitur Teuropides. Abi. loquitur Simo. Canis est? Teuropides loquitur. Pultisagus

Abi die recta. Simo ad canem loquitur. Est? Tranio qui audit Simonem iam bis dixisse cani: abi: adhuc interrogat est? Abi hinc in malam crucem. Simo adhuc canem expellit: eam alloquens. & Tranio iterum interrogat. est? ex quo cognoscitur illum senex eludere. Abi hinc. Simo iterum ad canem. Nihil pericli est. tam placida est: q̄ foeta. Tranio loquitur. perstans in eludendo senec. scimus enim canes quum peperunt nō placidas eē: immo asperimas. Quando uis ire intro: audacter licet. uerba sunt Simonis. Et uersus ita scribendus est. ex codicibus antiquis metri & sententiæ ratione. Et non qua ui sere: ut legunt plodius. & Sarracenus interpretes ignari. Ego eo hinc ad forū. continuata sunt Simonis uerba. A foribus face abducas. ita scribēdum esse uersum ratio metri exigit & non abducat: cui & ordo sententiæ astypulatur: quū iam discessisset simo. Quin tu istā aspice quæso. addendum fuit quæso. metri ratiōe. Vis uideri te: atq; ignauum. nisi inquit tranio: uis te uideri molestum: & ignauum potes iā ingredi ut lubet: oī pulso timore. Equidē ego haud usq̄ ab ædibus abscedam tuis. tranio loqtur: sed sermone cōtortuplicato: oñdit enim dicere: se nusq̄ discessurum ab his ædibus Teutopidæ: quas inspectāt: & intelligit: ab aliis ædibus: ī quibus Teutopides ipse habitabat: utpote qui illius seruus esset. sed hoc dicit: uolēs illi persuadere ueram esse emptionē harū ædiū Simonis: quæ utiq; falsa est. Viden. hic erat alia codicis & Scenæ huius discissio. a plodio. & Sarraceno non cognita: quā nos sustulimus: cōiungētes uersus suo loco: ut patet. Viden. hæc dictio finis est huius uersus superioris: in quo loquitur Tranio ad Teutopiden.

Coagmēta ostendens ei fores ædium: uides ne inquit coactiones: & coagmenta in foribus? Coagmēta. sunt rimarum & commissurarum simul coactarum cōpagines. a cogendo. Vt cōniuent iocus est. in uerbo dormire: & cōniue-

Cōniuere. re: non dormiunt inquit: uerum cōniuent. hoc est clauduntur Conniuere est oculos claudere. Silius. Cōniuent: cælumq; pauent cōprehendere uisu. Ennius. tertiæ cōiugationis fecit. eo uersu. Iam grauis ingenti cōniuere pupula somno. Vt quicqd magis cōtēplor: magis placet: delenda dictio tanto: quæ erat ante magis: metri necessitate. Cornix uulturios duo. uides inquit pictum in his foribus. ubi una cornix ludificatur duos uultures? hoc aūt dicit: ludificans herū teuropiden: quasi se cornicem dicat: q deludit teuropiden & Simonē senes. Duo aūt pro duos dixit. sicut etiam paulo post. & delenda fuit dictio. una quæ erat ante uulturios: metri ratiōe: quæ tamē

Vellicare. subintelligitur. Vellicat. non uellitat legendum est. ex codicibus antiquis: uellicare enim est quasi plumas euel-

Vulturius. lere. Vulturios. dicimus: uultur. & uulturius in recto. At tu istac aduorsum obtuere. aspice inquit a parte ista aduorsum: si potes uidere uulturios duos: posteaq̄ uidere nequis cornicē. Ignosco ætati. tuæ scilicet qa senex es & uisu hebetiore. Hæc quæ possum scilicet obtueri.

Si. Abi dierecta. Tr. est? Si. abi hinc in malam crucē. at etiam restas?
Tr. Est? Si. abi hinc. Tr. nihil pericli est. age tam placida est: q̄ foeta.
Si. Quando uis ire intro: audacter licet. ego eo hinc ad forum.
Tr. Fecisti commode. bene ambula. Te. tranio age canem
Istam a foribus face: abducas & si non metuenda est.
Tr. Quin tu istam aspice quæso: ut placide accubat. nisi molestum.
Vis uideri te: atq; ignauū. iam ut lubet. Te. sequere hac me igitur.
Tr. Equidem ego haud usq̄ ab ædibus abscedam tuis. uiden.
Coagmenta in foribus? Te. uideo. Tr. specta qua arte dormiunt.
Te. Dormiunt? Tr. illæ quidem: ut conniuenr uolui dicere.
Te. Satin habes. ut quicquid magis comtemplor: magis placet?
Tr. Viden pictum ubi ludificatur cornix uulturios duo?
Cornix astat. ea uulturios duo uicissim uellicat?
Quæso huc ad me specta: cornicem ut conspicere possis.
Iam uides? Te. profecto nullam equidem illic cornicem intuor.
Tr. At tu istac aduorsum: obtuere. quoniam cornicem nequis
Conspicari. si uulturios forte duos possis contui.
Te. Omnino ut te absoluam: nullam pictam conspicio hic auem.
Tr. Age iam mitto: ignosco ætati: non quis obtuerier.
Te. Hæc quæ possum: ea mihi profecto cuncta uehementer placēt.

Tranio seruus. Teuropides senex.



Tr. QVid tibi uisum est hoc mercimonii? Te. torus gaudeo.
Tr. Num nimio ēptæ tibi uidētur. Te. nūq̄ ædepol me scio

QVid tibi uisum est hoc mercimonii. Metrum est tetrametrum brachicatalecticum: septem cōstans pedibus. ut proximum supra. In hac scena inducuntur Tranionis uerba interrogantis herum teuropiden post uisas Simonis ædes: quid sibi uideatur de mercimonio illo: hoc est de ipsis ædibus: quas mercatum fuisse philolachem existimabat senex: Et ipsius Teuropidæ læti ex huiusmodi emptione: & parantis se ad exhibēdum alteras. lxxx. minas pro integra solutione ædium ultra illas quadraginta: quas iam arraboni traditas fuisse psuasus erat. Hoc mercimonii. hoc addendum fuit. metri necessitate. & loquitur Tranio. Nunq̄ ædepol me scio. Ita scribēdū est.

metri ratione. absq; ego. Ablectas. electiles. nitidas elegantes. Cuiusmodi gynæceum: & porticum. s. uidisti. casus acti. & ita scribẽdũ est. metri necessitate. nam nõ potest in uersu stare. quod ut plodius legit cõtra metri rationẽ. Insanum bonam. i. ualde boná. insanum. n. pro ualde ponitur: & ꝓcipue ab hoc poeta. & boná porticũ intellige. Nam qđ ait plodius: se legere insanum. s. gynæceum: pro nõ sanũ. mera delina uidentur. quum. n. ipse ædes laudet: & gratissimá habeat illarũ emptionem: nõ conuenit: ut uituperet. ꝑterea quũ sequatur: nõ equidem ullam in publico esse maiorem hac existimo ad porticũ ꝑdere uidetur: tanq̃ ad rem proximiorẽ: & de qua ipse senex paruæ memoriæ tantũ recordetur. Et sic insanum boná. pro ualde bonam dicere. Mercimonii lepidi. quid hoc est. s. Hercle nunc ferat. subaudi si. hoc sensu. Si hercle qs ferat nũc mihi senex talenta ꝓ his ædibus quæ duobus tãtũ emptæ sunt: nõ acciperem. Nũq̃ acciperem. ita scribendum est ex codicibus antiquis & non accipiet: ut legit plodius. & magis etiá sensui cohæret acciperẽ: q̃ accipiet. Si hercle accipere cupies. hercle scribẽdum est. ex codicibus antiqs. & sententiæ congruitate. ac metri necessitate. & nõ recte: ut plodius legit. Seruasti omnem ratem. seruasti per syncopam legẽdum est: metri necessitate. & etiam ex codicibus antiquis: et nõ seruauisti. ut plodius legit. Nempe octoginta debentur huic minæ? cõtinuatus sermo est Teuropidæ. & nõ traniõis. Haud nũmo amplius. Tranio loquitur. nõ teuropides. & scribendũ

Insanum.

Vidisse unq̃ ablectas ædes nisi modo hasce. Tr. ecquid placent?
Te. Ecquid placent me rogas? imo hercle uero perplacent.
Tr. Cuiusmodi gynæceum? quã & porticum? Te. insanũ: bonam:
Non equidem ullam in publico esse maiorem hac existimo.
Tr. Quin ego ipse & philolaches in publico omnis porticus
Cõmensi sumus. Te. quid igitur? Tr. longe omniũ longissima ẽ.
Te. Dii imortales mercimonii lepidi. hercle nunc ferat
Sex talenta magna argenti pro istis præsentaria
Nunq̃ acciperem. Tr. si hercle accipere cupies: ego nunq̃ sinam.
Te. Bene res nostra collocata est istoc mercimonio.
Tr. Me suasore atq; impulsore id factum audacter dicito.
Qui subegi fœnore argentum ab danista ut sumeret:
Quod isti dedimus arraboni. Te. seruasti omnem ratem.
Nempe octoginta debentur huic minæ? Tr. haud nũmo ãplius.
Te. Hodie accipiat. Tr. ita enim uero: ne qua causa subsiet.
Vel mihi denumerato, ego illi porro denumerauero.
Te. At enim nequid captioni mihi sit: si dederim tibi.
Tr. Ego ne te ioculo modo ausim dicto aut facto fallere?
Te. Egon abs te ausim: non cauere: ne quid cõmittam tibi?
Tr. Quin tibi nunq̃ quicq̃ postq̃ sum tuus uerborum dedi.
Te. Ego enim caui recte. Tr. eandẽ inis gratiã. Te. atq; animo meo
Sat sapio: si abs te modo uno caueo. Tr. tecum sentio.
Te. Nunc abi rus, dic me aduenisse filio. Tr. faciam ut uoles.
Te. Curriculo abi, iube in urbem ueniat iam tecum simul.
Tr. Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam.
Dicam ut hic res quietæ sunt, atq; ut hunc hinc amouerim.

est haud nũmo. non at imo. ut legit plodius. tam ex codicibus antiquis: q̃ ex sntiæ concinnitate. rñdet enim tranio: tantũ deberi danistæ. & nõ nummo amplius. Hodie accipiat. Teuropides loquitur. Ita enim uero. loquitur Tranio. Nequa causa subsiet. idest ne quá causam ille adducere possit: ꝑpter quá rem infectam faciat. Ioculo modo. ego ne ausim inquit Tranio fallere te dicto aut facto: ioculo modo. i. nedũ serio: sed uel ioco. diminutiuũ aũt ioci fecit ioculo. Et ita habẽt codices antiqui. nõ loculo. ut legit plodius. i. pecunia: uel nũmis q in loculamentis cõtinentur. Nõ cauere ne qd cõmittam tibi. ita scribendũ est ex codicibus antiquis. & nõ ne quidem mittá tibi. ut legit plodius. sine ulla etiá recta snia. Quin tibi nunq̃. certe iquit postq̃ tuus sum: nunq̃ ulla tibi uerba dedi. Eandẽ inis gratiá. qa dixit teuropides: ego. n. caui recte: rñdet tranio: eandem inis gratiá. quasi diceret: tibi plurimũ debeo ꝑfecto: quia nunq̃ mihi fidem habuisti. Curriculo abi. i. cito: & illico. ut alibi Plautus. licet nos abire curriculo. Ouidius. Curriculo facta est nostra ruina grauis. Iam tecum simul. expungẽdũ est. licet. qđ erat scriptũ post tecum. qa superfluẽs. Nunc ego me illac per posticũ. posticũ ostiũ dicunt in posteriori parte ædiũ: a post stando. & postica etiá fœminino gñe dicitur. a quo posticula diminutiuũ legitur apud apuleiũ. Cõgerrones. Cõtubernales in rebus uillioribus. gerrones. n. leues. & inepti appellantur. a nõie gerræ quas nugas appellát: ꝑpterea ꝙ quũ athenienses syracusas obsiderent: & crebro gerras. i. crates poscerent: irridẽtes siculi gerras clamare cœperunt: quo factũ est: & gerræ pro nugis haberentur.

Ioculo.
Curriculo.
Posticum.
Postica.
Posticula.
Congerrones.
Gerræ.

Hic quidē neq̧ conuiuarū. Tetrametrū & hoc metrum ē brachicatalecticū ut supra primum: septē pedibus cōsistens. In hac scena Tranionis fallaciæ oēs deteguntur. Serui. n. callidatæ: qui illi aduorsum ueniebant

Aduersitor domum teuropidæ: ppalant & detegunt ipsi teuropidæ oīa. Aduersitores aūt romani seruos appellāt: qui eunt aduersum dño: illūq̧ deducunt & reducunt. hic aduersitor ē: qui in superiore scena incipiente Serui qui quū culpa uacant etiá introductus est laudás boni serui officium. Cum eo aūt hic alius est seruus: appellatus Daniscus. Qui ambo adeuntes teuropidæ domū mirantur: nullū inter strepitum cōuiuaɀ sentiri: neq̧ tibiciná. Quæ illhæc res est. Teuropides nō procul ab ædibus suis existens: quū uidet seruos istos propiquare ædibus suis: & per rimas intro spectare: hæc uerba inqt.

Aduersitor. Daniscus. Teuropides senex.



Hic quidē neq̧ cōuiuarū sonitus itidem ut ante hac fuit:
Neq̧ tibicinam cantantē: neq̧ alium quēq̄ audio.
Te. Quæ illec res est? quid illi hoies q̄rūt apud ædis meas?
Quid uolunt? qd intro spectant? Da. pergam pultare ostium.
Heus reclude: heus tranio etiam aperis? Te. quæ hæc ē fabula?
Da. Etiā ne aperis? callidati nostro aduersum uenimus.
Te. Heus pueri. qd istic agitis? quid istas ædis frangitis?
Da. Herꝰ hic noster potat. Te. herus hic uester potat? Da. ita loquor.
Te. Puer nimium delicatus es. Da. ei aduersum uenimus.
Te. Cui homini? Da. hero nostro. quæso quotiens dicēdum est tibi?
Te. Puer hic nemo habitat. nā te esse arbitror puerū probum.
Da. Non hic philolaches adolescens habitat in hisce ædibus?
Ad. Senex hic cerebrosus est certe. Da. erras peruerse pater.
Nam nisi hic hodie emigrauit: aut heri: certo scio
Hic habitare. Te. qn sex mēses iam hic nemo hitat. Da. somnias.
Te. Ego ne? ad tu tu. Te. ne molestus. sine me cū puero loqui
Nemo habitat hic. Da. habitat pfecto. nā heri & nudius tertius
Quartus quintus sextus. usq̧ postq̄ hinc peregre eius pater
Abiit: nunq̄ hic triduū unum desitum esse. & bibi. Te. qd ais?
Triduū profecto unum est haud intermissum: hic esse & bibi:
Scorta duci. pergræcari: fidicinas: tibicinas
Ducī. Te. qs faciebat istæc? Da. philolaches. Te. q philolaches?
Quois patre? Da. cui patrē teuropidē esse opinor. Te. hei occidi:
Si hæc hic uera memorat. pergam porro percontarier.
Ain tu istic potare solitum philolachem istū qui est
Cum hero uestro? Da. hic inq̄. Te. puere præter speciē stultus es.
Vide ne forte ad merendam quopiá diuorteris
Atq̧ ibi melius q̄ tibi satis fuerit biberis? Da. quid est?
Te. Ita dico ad alias ædis perperam ne ueneris.
Da. Scio quo me ire oportet. & quo uenerim noui loqui
Philolaches. hic habitat: cuius est pater teuropides.
Qui postq̄ pater ad mercatum abiit hic tibicinam

Quid intro spectát. legēdum qd: ex codicibus antiqs: & sniæ cōcinnitate. nō quin ut plodius corrigit. Pergam pultare ostiū. Danisci alterius serui v̄ba sunt. Heus reclude. pulsans ostiū hæc uerba dicit. heus aperi. Callidati nostro. declinauit secundū tertiā declinationē callidates. is. Heus pueri. Teuropides loquitur. & delēdū fuit. uos. tanq̄ superfluēs. Delicatus es. es addēdum fuit: metri necessitate: q̄si dicat ob delicias delirans. Hero nostro. addēdū fuit hero. ex codicibus átiqs: & metri necessitate: ac sniæ congruitate. Cerebrosus. Cerebrosus. fatuus: isulsus. stolidus: sui capitis. Columella: qđ eo tēpore satū pecori sit noxiū: & præcipue bubus: quos pabulo suo cerebrosos reddat. Horatius. Donec cerebrosus psilit unus. Nemo habitat hic. addēdū fuit hic. ex codicibus átiqs: & metri necessitate. Nunq̄ hic triduū unum desitū. nunq̄ cessatum est triduū unū: quin hic cōpotationes fierent.

Quid ais? ex codicibus antiqs. nō qd agis. Triduū pfecto unū est. pfecto addendū fuit ad metri integritatem. Quo is patre? ita scribēdū ē: ex codicibus antiqs. & metri necessitate. Philolachē istū q est. ita scribendū

Merenda. & hoc ē. & nō q̄sqs est: ex codicibus antiqs: & metri rōne. Ad merendá. ad cōpotationem: quæ meridiæ fiebat.

Meridiari. Vñ deductū est meridiari. Atq̧ ibi melius q̄ tibi satis fuerit liberis. tibi addēdum fuit. metri necessitate. Et quo uenerim noui loqui. ita scribēdū ē. ex codicibus antiqs. scio inqt loq: & dicere locū quo uenerim. & ita loqtur & dicit. philolaches hic hitat: cuius est pater teuropides: ut ostēdat se loq scire. Qui postq̄ pater ad merca-

tum abiit.pater addẽdum fuit.metri necessitate.& ex codicibus ãtiqs. Ita philematiũ quidẽ.hic locus plodio & Sarraceno aperire oculos debuerat saltẽ:si cetera dormitabant.nam clare philematiũ scriptũ est in utrisq; codicibus:& nõ philocomasiũ.sed plodius adhuc pstat in insania.& philocomasiũ legẽdum cõtẽdit.hic aũt appellatam philematium amorabundo:ut inquit: noie:quo blandulo noie amatores puellas appellare consueuere. nec uidet cæcus homo:uersus plerosq; in tota hac fabula stare nõ posse:si philocomasium legat. Ma ton apollo.ostendit quidem plodius se multas græcas litteras scire.& græcissat sæpius: sed ut alias diximus: magis adumbratam sapit:q̃ solidam mineruam. nõ enĩ significat:ma tou apollo:per apollinem uerũ ne hoc est:ut ipse exponit. sed non per apollinẽ. Sũt.n. apud græcos hæ duæ dictiones significatione cõtrariæ. μη & μα. & utraq; iurantis ẽ: sed μη affirmatiua includens in se per: ut μη τον Δια.i.ita per iouem. μα.uero negatiua. includẽs similit̃ p. ut μα τον απολλω.i.non per apollinẽ.ut hic.negat enim Teuropides uere esse emptã fuisse tibicinã triginta talentis.ut ẽt in captiuis.dixit ægio μα τον απολλω.i.nõ per apollinẽ & μη την κοραν. μη την πραιπεστην. μη την στυγιαν.&c. affirmatiue:pro: ita per coram.ita p pnesten. ita per signũ ut ibi diximus. Sed minis. corrigit se Daniscus qa errõre dixerat talentis:quum dicere uellet minis.

μη.ita per.
μα. nõ p.

Liberauit.Te.philolaches ergo?Da.ita philematium quidem.
Te. Quanti?Da.triginta talentis.Te.ma ton apollo.Da.sed minis.
Te. Ain mnis triginta amicam destinatum philolachem?
Da. Aio.Te.atq; eã emisisse manu?Da.aio.Te.& postq̃ ei⁹hinc pater
Sit profectus peregre:perpotasse assiduo cum tuo
Domino.Da aio.Te.quid ais emit ædis uicini hic proximas?
Da. Non aio.Te.quadraginta etiã dedit huc usq; pignori?
Da. Neq; istud aio.Te.hei perdis.Da.imo suum illic patrẽ perdidit.
Te. Vera cantas.uana uellem patris amicus uidelicet.
Heu ædepol patrẽ eum miserum prædico.Da.nihil hoc qdẽ est.
Triginta mnæ præterq; alios dapsiles sumptus facit.
Perdidit patrem unus istic seruos acerrimus tranio.
Is uel herculi conterere quæstum posset.Te.ædepol.
Me eius patris miseret:qui quũ isthæc facta scietita
Amburetur misero ei corculum ut carbũculus:
Si quidem isthæc uera sunt.Da.quid merear quãobrem mẽtiar
Heus uos ecqs hasce aperit.Te.quid ita pultas ubi nemo itus ẽ:
Alio credo comessatum abiisse.Da.abeamus nunc iam.
Te. Puer iam ne abis?libertas penula est tergo tuo?
Da. Mihi nisi herum ut metuam & curem:nihil est qui tergũ tegam.

Ain mnis triginta.hoc loco mnis scribendum est.pro minis. metri necessitate.& ex codicibus antiquis. Quid ais?emit ædis uicini hic proximas? ita scribendum est. metri necessitate. & addendum emit: & uicini.nam locus fenestratus erat in codicibus antiquis. Quadraginta etiam dedit hucusq; pignori. Et hic ita supplendus fuit uersus: ut integer esset. Immo suum illhic patrem perdidit. ita & hic redigendus in ordinem fuit: metri necessitate. Patris amicus uidelicet.non uult ostendere teuropides se esse patrem philolachis:sed amicum.uana uellem inquit esse hæc ego amicus patris uidelicet: idest qui amicus sum eius patris. Nihil hoc quidem est triginta mnæ. triginta mnæ inquit nihil sunt.ultra eas enim alios quoq; sumptus dapsiles: aliasq; prodigentias facit. Præterq;.i.præterea etiam. Dapsiles. profusos. lautos. largos. Dapsile enim abundans significat.& dapsilia græcis abundantia. Is uel herculi conterere quæstum posset.idest:Is tranio tam uafer & ueterator atq; extremæ gulæ est:ut quæstum herculeum:& lucrosas illas decimas quæ herculi dicantur: prodigere posset & conterere. nam herculi decimæ dabantur: ut notum est. Amburetur misero ei corculum: ut carbunculus. ita scribendus uersus est metri necessitate: & sententiæ congruitate: quam nullo modo elicere potuerunt plodius & Sarracenus legentes amburet misero ei corculum carbunculus. hæc enim recta est sententia . ita amburetur ei corculum : ut carbunculus.s. amburitur. Quid merear quãobrem mentiar.quasi dicat.nihil omnino lucrarer mentiendo tibi.ideo debes mihi credere:iuxta illud Ouidii in ponto.Sed quum sint præmia falsi nulla:ratam debet testis habere fidem. est enim Ouidii: non Propertii:ut ait plodius delirans. Libertas penula est tergo tuo. iocosum uidetur esse dicterium senis in daniscum seruulum. nam quum uestimento careret: quo sibi tergum tegeret: illuditur a teuropide dicente: libertatem ei esse pro penula: quasi diceret illum penula carere: sicut & libertate. Penula enim uestis erat: quam supra tunicam induebant. Quæ uero fabulatur hoc loco plodius deliramenta potius: & nugarum ambages censemus: q̃ ut eis adherendũ putemus. Mihi nisi herum ut metuam. hoc cum superiore nostra expositione conuenit.ac si diceret:non habeo ego aliam penulam: qua tergum mihi tegam:nisi ut metuam herum: & curem. nam si id fecero:tergum mihi bene tectum erit.Sin aliter ille mihi detegeret tergũ uerberando.

Dapsile.

Penula.

PEri hercle.quid opus est uerbis?ut audio. Versus est trimeter iambicus sex pedibus constans. Teuropides auditis uerbis puerorum:siue seruorum Callidatæ:uidet quidem iam partim se irrisum a Tranione: sed in ea tantum parte:qua persuasus ab illo fuit:ædes suas nõ habitari propter monstra:ueretur autem:ne & in cæteris delusus sit:unde in hac scæna conqueritur in principio de hac sibi irrisione facta.post aũt cognoscet ex uerbis Simonis:qui ei obuiam fiet:se etiam elusum fuisse de emptione ædium:& pecuniam a Danista acceptã absumptam fuisse a filio compotationibus & luxu & parabit se ad uindictam contra Tranionem. In ægyptum. fuerat in ægypto peregre teuropides. ideo ait. non solum se uectum fuisse in ægyptum. naui enim eo iuerat. Sed circũuectum. ludit in dictione uectus. non uectus tm̃ illuc. Sed circũuectus in terras solas. .i. sed delusus & circũductus:tanq̃ in terras desertas & ultimas orbis partes adeo ut ne sciam ubi sim. Nã eccum Simonem scilicet. Processit ad forũ forte hodie noui. processit scribendũ ẽ ex codicibus antiquis:& sententiæ cõgruitate. illud enim significat. nunquid peruenit usq; in forũ forte hodie noui? uerebatur enim ne irrisiones sibi factæ a Tranione de domo sua:a qua amotus & expulsus fuerat operto capite fugiens:peruenisset iam usq; ad forũ: & ab omnibus intelligerentur. Et addẽdũ est forte:metri necessitate. Etiam. i. sic. affirmantis est. Efferri. ad sepulchrũ ferri. ut nigros efferre maritos.

Teuropides. Simo senes duo.

Eri hercle.quid opus est uerbis?ut audio:
Non equidem in ægyptum modo hinc uectus fui.
Sed etiam in terras solas:orasq; ultimas
Sum circũuectus.ita ubi nunc sim nescio.
Verum iam ibo.nam eccum ædis unde filius
Meus emit.quid ais tu?Si.a foro incedo domum.
Te. Num quid processit ad forum forte hodie noui?
Si. Etiam.Te.quid tandem?Si.uidi efferri mortuũ?Te.hem.
Si. Nouum unum uidi:efferri mortuum foras:
Modo eum uixisse aiebant.Te.uæ capiti tuo.
Si. Quid tu ociosus res nouas requiritas?
Te. Quia hodie aduení peregre.Si.promisi foras.
Ad cœnam:me ne te euocare censeas.
Te. Haud postulo ædepol:uerum cras:nisi prius
Vocauerit me:quis apud te cœnauero.
Si. Ne istuc quidem ædepol postulo.Te.nisi quid magis
Es occupatus:operam mihi da maxime
Mnas quadraginta accæpisti iam quas sciam
A philolachete.Si.nunq̃ nũmum quod sciam.
Te. Quid a tranione seruo?Si.multo equidem id minus.
Te. Quas arraboni tibi dedit.Si.quid somnias?
Te. Ego ne?Si.at quidem tu.Te.qui istoc te speras modo
Potesse dissimulando infectum hoc reddere?

Etiam. Modo eum uixisse aiebant.quia interrogauerat.an aliquid noui pcessisset:rñdet Simó.q̃ sic. nam uidit efferri mortuũ unum:quem paulo aute uixisse aiebant.hoc enim admodum nouum uisum est:q̃ uiuus nuper nunc mortuus esset. Væ capiti tuo.imp̃catio mala est.ac si diceret.quid me irrides? Promisi foras.hic ãteponenda est persona Simonis:nam quũ dixisset Teuropides:se hodie peregre aduenisse:quia mos erat:ut peregre aduenientibus cœna daretur:rñdet Simo:nõ posse se illi cœnam dare:quia ipse alio inuitatus sit ad cœnã:itaq; nõ expectet:ut eum uocet. Ad cœnam:me ne te euocare censeas.ita scribendũ est.ex recta sentẽtiæ cõgruitate. & nõ meme tu euocare cẽseas:ut legit plodius.& sunt continuata Simonis uerba. Vocauerit me quis.quis addendum fuit. metri & sententiæ congruitate. Nisi quid.Teuropides:qui uerebatur:ne etiam delusus esset in emptione ædium Simonis. cupiens certior fieri:alloquitur Simonem:sed caute: dicens: huc usq; accæpisti minas quadraginta:quantum ego scio:a philolachete filio.Vnde ille q̃ primum rñdet. nunq̃ nũmum quod sciam.

Mnas quadraginta.ita scribendũ est.ex uetustis codicibus:& ueritate rei.nã quadraginta dixerat Tranio superius arraboni datas.& non triginta.& supra etiam teuropides interrogauit a danisco dicens:quadraginta etiã dedit huc usq; pignori? Quo magis miror plodium & Sarracenum ineptos interpretes hic legere triginta.

Mnas autem scriptum est in codicibus antiquis.& non minas. Accæpisti iam:quas sciam.& ita metri ratione scribendum est:& ex uetustis codicibus. Multo equidẽ id minus.equidẽ: metri necessitate addẽdũ fuit.

Nummus. Nunq̃ nũmum.Nũmus a νομισμα uocabulo græco deducitur una littera addita:ut positura syllaba producatur.significat aũt nũmus generaliter oẽm pecuniã.Vnde nũmũ aureũ:argẽteũ:denariũ.quinariũ.uictoriatũ

dicimus.item assem nummum libralem.dipondium nummum bilibrem quotiens tamen nummum simpliciter ponimus pro denario accipimus:qui erat uigintiquattuor siliquarum.Siliquæ tres scrupulum faciebant.Denarius autem uocitatus est:q hic nūmus pro dece libris æris constitutus sit.sicut quinarius pro quinq; sestertiū pro dipondio ac semisse. Quod me absente hic tecum filius.tecum addendum fuit metri necessitate.& sententiæ congruitate. Tu caue quadraginta.hic etiam locus ostendit quod superius diximus:quadraginta scribi debere:non triginta. Hæc satis.ædificare uolui:Ita scribi debet uersus:metri necessitate.non habeo satis.neq;:hic Denarius. Quinarius

Si. Quid autem?Te.quod me absente hic tecum filius
Negocii gessit.Si.mecum ut ille hic gesserit:
Dum tu hinc abes negocii?quidnam:aut quo die?
Te. Minas tibi octoginta argenti debeo.
Si. Non mihi quidem hercle.uerum si debes:cedo
Fides seruanda est:ne ire inficias postules.
Te. Profecto non negabo debere & dabo.
Tu caue quadraginta accæpisse hinc ne neges?
Si. Quæso ædepol huc me aspecta:& responde mihi.
Te uelle uxorem aiebat tuo nato dare.
Ideo ædificare hoc uelle aiebat in tuis.
Te. Hæc satis.ædificare uolui?Si.sic dixit mihi.
Te. Hei mihi disperi.uos o uicini.peri.interi.
Si. Nunquid tranio turbat?Te.immo exturbauit omnia.
Si. Te ludificatus est?Te.me hodie indignis modis.
Si. Quid tu ais?Te.hæc res sic est:ut narro tibi.
Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.
Nunc te obsecro:ut me bene iuues:operamq; des.
Si. Quid uis?Te.i mecum hercle obsecro te una simul.
Si. Fiat.Te.seruorumq; operam:& lora mihi cedo.
Si. Sume.Te.atq; eadem opera hæc tibi narrauero:
Quibus me exemplis hodie ludificatus est.

Tranio seruus. Teuropides.Simo senes.Lorarii. Danista.

Tr. Qui homo timidus erit in dubiis rebus.is nauci nō erit.
Atq; equidem quid id esse dicam uerbū nauci nescio.
Nam herus me postq̄ rus misit:ut filium suū accersere
Ab illo per angiportum ad ortum nostrum clanculum
Ostium.quod in angiportu est orti:patefeci fores.
Eaq; eduxi omnem legionem:& maris:& fœminas.
Postq̄ ex obsidione intutum eduxi maniplares meos.
Capio consilium:ut senatum congerronem conuocem.
Quem quum uocaui:atq; illi me e senatu segregant.

ædificare uolui ut scribit & legit plodius:qa v̄sus non staret. Nū qd tranio turbat.turbat scribēdum est.metri necessitate:nō turbauit ut legunt plodius:& Sarrace. Hæc res sic est:ut narro tibi.ita scribendum est:ex codicibus antiqs:& metri necessitate.& nō:hic est.ut legit plodius. I mecū hercle.obsecro te una simul.Ita scribendum est:metri necessitate.nō i mecū obsecro una simul.quia uersus nō staret. Atq; eadem opera hæc tibi narrauero.ita scribendum est:necessitate metri.nō eadēq; opera. Quibus me exemplis.nō quis me exemplis.legendū est.quia aliter uersus non constaret.

Qui homo timidus erit in dubiis rebus.uersus est tetrameter brachicatalecticus.septem constans pedibus.Tranio lætitia plenus inducitur exultans:qa dolis suis & senem teuropiden multifariam eluserit:& nunc demum cōtubernales adolescentes cum scortis ex ædibus ipsius teuropidæ:quē p certo habet fraudes ipsius didicisse in aliū tutum locum traduxerit. Nauci non erit. Nauci ut in uocabulario nostro diximus:membranula ē in medio nucis iuglādis.uel nucleus oleæ:aut putamē nucis.& interdū p nihil accipere.ut si dicas tu es nauci.i.nihil.hic p ea mēbranula:uel nucleo:aut putamine accipitur.tanq̄ si diceret:homo timidus ī dubiis rebus nō ē ullius pretii:non ualet cassam nucē.aut oleæ nucleū:q uilissima sunt. Ab illo p angiportū ad ortū nostrū clanculū.s.perrexi.iui. Ostiū qd in angiportu est orti:patefeci fores.cōstrue sic.patefeci fores eius.s.ostii:quod ostium est in angiportu orti. Quem quum uocaui.quē senatū postq̄ uocaui.ita.n.scribendū censemus:& nō.quoniam conuocaui:ut fere habent codices. Atq;.i.statim.ut Virg.atq; illum in p̄ceps prono rapit alueus amni. Illi me e senatu segregant.illi loquuntur inter se:non admittentes me ad suos sermones. Nauci. Atq; p statim.

Vbí ego uideo rem uertí in meo foro:quantum poteſt
Facio idem:quod plurimí:quibus res timida aut turbida eſt.
Pergunt turbare uſq;:ut quod fit cœpit conquieſcere.
Nam ſcio equidem nullo pacto:iam eſſe poſſe clam ſenem.
Sed quid hoc:q; foris concrepuit proxima uícinia?
Herus meus hic quidem eſt.guſtare eius ſermonem uolo.
Te. Illic uos íntra limen aſtate:ut quum extemplo uocem:
Continuo exiliatis:manicas celeriter connectite.
Ego illum ante ædis præſtabo ludificatorem meum.
Cuius ego híc ludificabo corium:ſi uiuo.Tr.res palam eſt.
Nunc te uídere melius eſt quid agas cum íllhoc tranío.
Te. Docte atq; aſtute míhí captanduſt:ubí huc aduenerít.
Non ego íta extemplo meum oſtendam ſenſum.mittam líneam.
Díſſímulabo me horum quicq̃ ſcire.Tr.o mortalem malum.
Alter hoc athenis nemo doctior dici poteſt.
Verba íllí non magís hodíe quíſq̃ q̃ lapídí poteſt.
Aggredíar hoíem.appellabo.Te.nũc ego ílle huc ueníat uelím.
Tr. Si quidem pol me quæris:adſum præſens præſentí tibí.
Te. Euge tranío quid agitur? Tr.ueniunt rurí ruſtící.

Vbi ego uideo rem uerti in meo foro.Ita ſcribẽdus eſt uerſus.metri ratiõe.i.quũ aduerto rẽ ad me attinere:& in ceruicem meam oĩa declinare.& ſic quaſi ante tribunal meũ cauſam actitari:quia ego ſim.ſ.ad quẽ pertineat iudicare.& mihi cõſulere. Vt quod fit cœpit conquieſcere.Ita ſcribendus uerſus eſt.metri neceſſitate.& ſententiæ congruitate. Vt.i.donec.id quod fit cœpit ad quietem:& tranquillitatem peruenire. Clam ſenem.clam cum actõ & ablatiuo conſtruitur. Sed quid hoc q; foris cõcrepuit.ita ſcribẽdus uerſus eſt:abſq; eſt:metri neceſſita ẽ. Guſtare eius ſermonem uolo.Ita ſcribendus & hic uerſus eſt.& delendum ego.metri ratione. Guſtare aũt pro ſub auſcultare poſitum ẽ. Illic uos intra limen aſtate:ut quum extemplo uocem.Ita ſcribendus uerſus eſt.& non illico contra limen aſtate illic:ut legũt plodius & Sarrace.interpretes:cõtra metri rationẽ:& ſentẽtiæ congruitatẽ. Teuropidæ ſermo eſt ad lorarios ſeruos Simonis quos locat intra limẽ ædium Simonis:ornatos loris & manicis ad uinciẽdũ tranionem:quẽ ſperat ſe bonis ṽbis illuc adducturum:donec ipſi exiliant:& illum comprehẽdãt:ac uinciãt. Manicæ dicuntur uincula manuũ.Virg.manicas atq; arcta leuari uicla iubet Priamus. ſicut pedicæ pedũ uincula ſunt.Idem.Tum gruibus pedicas:& retia ponere ceruis. Hic autem ſequitur:non. Talentis magnis: ut ſcriptum eſt in omnibus codicibus: ſed. Ego illũ ante ædis præſtabo ludificatorẽ meũ. ego inquit præſtabo uobis illum.i.adducam & tradam uobis hic ante ædis.nec ſcribendũ eſt præſtolabor:ut corrigit inſulſiſſimus plodius interpres.contra metri rationem:& codicum omnium ueterum & nouorum ſcripturam. Nunc te uidere melius eſt quid agas cum illhoc Tranio.Docte atq; aſtute mihi captanduſt:ubi hoc aduenerit.Iſti duo uerſus ita ſcribi debent:& metri ratione:& ſententiæ congruitate.quos omnino corruptos & cõfuſos prætererunt duo rudes interpretes plodius & Sarracenus:ut pote non intellectos.hic ſenſus eſt:loquẽte Tranione ad ſe ipſum: o Tranio:audis quæ dicat.nunc melius eſt ut uideas quid cum illo agas.i.quomodo te erga ipſum geras:& ab illo non plectaris.illa enim duo uerba.cum illhoc.quæ erant in ſecundo uerſu debent ſcribi in primo.poſtea loquitur Teuropides ſenex dicens.docte atq; aſtute mihi captandus eſt quum huc aduenerit hic Tranio ſceleſtus. Non ego ita extemplo.continuata uerba ſunt teuropidæ dicentis: ſe non oſtenſurum tranioni ita ſubito:quid in pectore habeat.ſed miſurum lineam.quo in loco plodius garrit more ſolito.intelligens lineam hamatam dicere:a ſimilitudine illius qua piſces capiuntur.immo potius mittam lineam: cenſemus illum dicere:per metaphoram a pictoribus:qui ubi pingere aliquid uolunt:lineam prius umbræ cuidam ſimilem mittunt:per quam ipſi picturam dirigant:ſed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi poteſt de picturæ futuræ. O mortalem malum.Tranionis uerba ſunt audientis hic Teuropidæ uerba:& deridentis:ac dicentis:o mortalem malum.ac ſi diceret o hominem aſtutum:& qui ſe doctiſſimum athenis pũtat.quem q; ego dolis meis inſcitiſſimum & excordem comprobo. Verba illi.totum hoc a Tranione prolatum eſt.uerba inquit non magis quiſq̃ huic tam docto ſeni dederit:q̃ lapidi.ac ſi diceret lapis eſt.& ſe doctum cenſet. Qui lapidi poteſt ſcilicet dare.nam non conueniunt Simoni hæc uerba:ut ait plodius. Aggrediar hominem.Tranio continuans ſermonem ſuum:ſe illum appellaturum ait.& dum ſe monet illum alloquuturus:Teuropides inquit. Nunc ego ille huc ueniat uelim.nunc inquit optarem illum Tranionem ſceleſtũ huc uenire:dum lorarios paratos habeo. Siquidem Tranio loquitur:offerens ſe Teuropidæ hero. Adſum præſens.ita legendum eſt:ſñiæ cõgruitate.& non idſum ut fere habent codices:& plodius legit. Euge tranio.quid agitur.Ecce q̃ blande Teuropides Tranionẽ appellat:ſicut ſupra ſe facturum dixerat:quum ait:docte atq; aſtute mihi captãduſt ubi huc aduenerit &c. Veniũt uiri ruſtici.ridet Tranio:q reminiſcitur ſe miſſum fuiſſe uocatũ

Clam.

Manicæ.
Pedicæ.

philolachem:quē ruri eſſe ſeni dixerat.& dicit ruſticos rure uenire.hoc eſt philolachem qui ruſticatus ſit iam aliquot dies.ruri autem pro rure poſuiſſe uidetur:niſi potius rure ſcribendū ſit.q̄ ruri. Noſtrum ego hunc uicinum.ecce quomodo mittit lineā:ut ſuperius dixit ſe miſſurū. Neq; ædis philolachi uendidiſſe.ita ſcribendus uerſus eſt.& nō neq; ſe haſce ædis.metri ratione. Eho an negauit.an addendū fuit.ex codicibus antiqs.& ſnīæ cōcinnitate. Neq; ſibi argentū datū.ſubaudi eē.nō aūt aſcribe.metri ratiōe. Dixi ego iſtuc idem illi.eſſe datum argentū.ſ. Nugas nunq̄ mihi.oſtendit Teuropides ſe loqui de Simone:ꝙ nugas nunq̄ ſibi dabit.ſed intelligit de Tranione ibi

Philolaches iam hic aderit.Te.ædepol mihi opportune aduenit.
Noſtrum ego hunc uicinū opinor eſſe hominē audacē:& malū.
Tr. Q ui dum?Te.q negat nouiſſe uos.Tr.negat?Te.nec uos ſibi
Nummū unq̄ argēti dediſſe.Tr.abi.ludis me:credo:haud negat.
Te. Immo ædepol negat profecto:neq; ædis philolachi
Vendidiſſe.Tra.eho an negauit ſibi datum argentum obſecro?
Te. Quin iuſiurandum pollicitus eſt dare:ſi uellem:mihi.
Neq; ſe haſce ædis uendidiſſe.neq; ſibi argentum datum
Dixi ego iſtuc idem illi.Tr.qd ait?Te.ſeruos pollicituſt dare
Suos mihi omnes quæſtioni.nugas nunq̄ mihi
Aedepol dabit.Tr.dat profecto.quin illum in ius inueniam
Mane experiar:ut opinor:certum eſt mihi.hominem cedo.
Te. Q uid ſi igitur ego accerſam homines.Tr.factū eſſe iā oportuit.
Vel hominem iube ædis mancipi poſcere.Te.immo primū uolo
Q uæſtioni accipere ſeruos.Tr.faciundum ædepol cenſeo.
Interi ego hanc aram occupabo.Te.quid ita?Tr.nullā rē ſapis.
Ne enim illi huc confugere poſſint:quæſtioni quos dabit
Hic ego tibi præſidebo:ne ulla interbitat quæſtio.
Te. Surge.Tr.minie.Te.ne occupaſſis obſecro arā.Tr.cur.Te.ſcies.

pſenti:q̄ſi dicat.ego illū ita plectā:ut nugas nō mihi fruſtra dederit.& quia dicit nunq̄ dabit:reſpōdet ueterator Tranio ad hoc:dicens. Dat pfecto.uidetur.n.dicere.ꝙ Simo dat pfecto ei nugas.ſed intelligit de ſe quaſi dicat:dat profecto tibi nugas tranio. Quin illum iu ius inueniam.E iuſdē tranionis uerba ſunt dicentis:ſe citaturum in ius Simonem.& experturum mane cōtra eū lege.modo eum reperiat. Quid ſi igitur. Teuropides iam propinquās domui Simonis quærit modū:quo ſine ſuſpiciōe Tranionis euocare poſſit ſeruos:qui cum uinciāt.unde quū Tranio dixerit ſe conſtituiſſe lege experiri:& i ius uocare Simonē:rñdet:quid ſi igitur ſeruos illius uocē:ut ab eis interrogare poſſis:& diſcere:quæ illis teſtibus pbare uelis in iudicio? Factū eſſe iam oportuit.Tranio loqtur.quaſi dicat.fac ut libet.quid tantū moraris.iam feciſſe debueras. Vel hominē iube ædis mācipi poſcere.i.uel ſi ædes Simo habere intendit:eas a te emat.& ſic poſcat eas ſibi mācipi.Mancipi res appellauit antiquitas ꝙ manu captabiles alienari poſſunt.Et emptione mācipi: ſine mancupi acqri dicuntur quæ manu capi poſſunt.ac ſi diceremus mancipi rem.i.emibilem.& quæ emi pōt. Manceps autē emptor appellatur:ꝙ manu ſublata autorē ſe emptiōis aſſerit. Et inde Mācipia dicūtur ſerui:ancillæq; empticiæ quaſi manu ſublata empta uel ꝙ manu ad hoſtibus capta eſſent. Immo primū uolo.properabat Teuropides:ut qđ maximē ptendebat ſerui exilirent ad cōpræhendendū Tranionē.Ille aūt qui hoc iam puiderat:aram ſibi quandā ibi uicinā animo & oculis pppoſuerat:in quā cōfugeret:ne caperetur:qđ ſenex nō aduerterat. Interim ego hanc aram occupabo:dū ſenex pperat uocatū ſeruos:audit Tranionem dicentē interim ego hanc aram occupabo:unde reſtat.dicens. Quid ita?ideſt cur occupare uis aram?ſciebat.n.ſe tum demū illum habere nō poſſe ſi aram occuparet:qa non liceret ad aram cōfugientē ui extrahere. Nullam rem ſapis.tam ſceleratus erat Tranio:ut ad oīa & uerba:& facta prompta haberet.nihil ſapis inquit o Teuropidæ.quaſi diceret:credebas fallere me:& uinciri facere.at ego plus ſapio:qa mihi caui ne id faceres:ſed aliam rōnem adducit:ut adhuc ſenē ludificet:& ait.ego pſidebo tibi hic in hac ara:& curabo qđ maxime in re tua eſt:ne illi ſerui Simonis:quos q̄ſtioni.i.examinari tradere uelle ais ſint tibi quæſtioni i.inq̄ſitiōi.& ſic ludit in noīe quæſtio. Quos dabit.dabit ſcribendū eſt.ex codicibus antiqs.& ſnīæ cōgruitate.qa ſubauditur Simo:iuxta illud quod ſupra dixit.Seruos pollicituſt dare ſuos mihi oēs q̄ſtioni.& nō dabis:ut corrigit plodius amens. Præſidebo.aūt ſcribēdū eſt.ex codicibus antiqs & recto ſenſu.nec opus eſt ſubaudire uolo:ut ait plodius inſulſus. Ne ulla interbitet quæſtio. plodius hic ſe prorſus rudē & ignauiſſimū oſtēdit:quū ſcribit. Bone interbitat.& ait ſcribēdū bona interbitat pro interuenit maxima quæſtio.o pudor ingens litteratorum codices antiqui habent.præſidem bone interbitat. quis adeo eſt cæcus & ſomno obrutus:ut plodius?qui neſciuit elicere ex his tribus dictionibus.pſidebo ne interbitat. & interbitet ſcribendum eſt nō interbitat:ſi latinitati mere inſeruire uolumus.& addendū:ulla:metri neceſſitate. Ne occupaſſis obſecro arā.Tr.cur?Te.ſcies.Ita ſcribendus eſt uerſus:metri & ſententiæ ratione quæ eſt:ut Teuropides Tranioni dicat:ſed uoce quadam humana & ſuadenti ſimili ac blandienti:ne uelis obſecro occupare hanc aram:bono reſpectu.Cui Tranio reſpondet.Cur?& præponenda eſt perſona Tranionis. Sciès.

Mancipi.

Manceps.

Mancipia.

præponenda est hic persona Teuropidæ.dicentis:scies quur nolim a te aram occupari: Plodius autem scopulis & freto surdior:atq; incudibus obtusior. legit armati cur sient:asserens codices priscos ita habere.& mentitur in suum caput. habent enim codices antiqui arma cursies.ex quibus ingenii nostri facilitate deprehendimus.arā. cur.scies. scribi debuisse:cum interpositiōe personarum.super quo nedum doctissimos litteratorum:sed ipsum quoq; plodium iudicem constituimus. Quia enim id ita maxime uolo.hæc est ratio:quam adducit Teuropides:propter quam nolit aram a Tranione occupari:ut serui illi scilicet quos quæstioni accepturus est possint si uoluerint : ad eam aram aufugere : quia tum se magis suspectos reddent: & tanto facilius Simonem cō demnabit argenti negati apud iudicem.

Q uia enim id ita maxime uolo.illi istoc confugiant fine.
Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.
Tr. Quod agis.id agas.quid tu porro uis serere negocium?
Nescis q̄ meticulosa res sit.ire ad iudicem?
Te. Surge dum huc.est consulere igitur quiddam quod tecū uolo.
Tr. Sic tamen hinc consilium dedero:nimio plus sapio sedens.
Tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.
Te. Surge ne nugare:aspice dū cōtra me.Tr.aspexi. Te.uides?
Tr. Video.huc si quis intercedat tertius:pereat fame.
Te. Q ui dum? Tr.quia nihil quæsti sit.mali hercle ambo sumus.
Te. Perii? Tr.quid tibi est? Te.dedisti uerba:qui tandem probe
Me emunxti? Tr.uide sis satine recte nummi huic affluunt.
Te. Immo etiam cerebrum quoq; omnem e capite emunxisti meo.
Nam omnia malefacta uestra repperi radicitus.
Non radicitus quidem hercle:uerum etiam eradicitus.
Nunq̄ ædepol hodie inultus destinauerim tibi.

Quod agis id agas. Tranio loquitur.agas inqt:quod agis.idest: fac quod facis.& prosequere quod cœpisti. Quid tu porro uis serere negocium.quid uis litem incohare:ex qua multum tibi negocii erit? Nescis q̄ meticulosa res sit.nescis inquit tranio:q̄ sit res timoris plena ire ad iudicem.uidetur q̄dem tranio consulere hero teuropidæ:ut potius de plano uideat componere cum Simone:q̄ ire ad iudicē. sed nō simplex est eius oratio.nam id illi significare uult: sed occulte : nolle se discedere ex ara:ne sibi eundum sit ad iudicium ipsius Teuropidæ : a quo puniatur. Surge dum huc. Teuropides instat:ut Tranio surgat ex ara : & ad se eat:fingens habere nescio quid quod cum eo consulat. sed ille dolosus omnia intelligens respondet. Sic tamen hinc consilium dedero.quasi dicat.Dic modo quid uelis.dabo ego tibi consilium etiam hinc:sedens in ara. nam & plus sapio sedens. Et ex locis diuinis dantur consilia firmiora. Surge.ne nugare. Teuropides adhuc instat : ut surgat . & ait. Aspice dum contra me.Adnutans scilicet ei.& signum ostendens beniuolentiæ. Ille uero cautus respondet. Aspexi.ego inquit te aspexi satis. Vides? Teuropides signum iterum aliquod ei facit.& dicit uides? Cui respondet Tranio. Video. quasi dicat quid ni uideo? Huc si quis intercedat tertius : pereat fame.Sumus inquit ambo tu & ego : tam fraudulenti : & ueteratoriæ calliditatis p̄pollentes : q; si quis interueniret : qui nos eludere uellet : procul dubio periret fame . quia nihil nobiscum lucraretur . quæsti autem pro quæstus dixit ut tumulti. Perii.hic tandem Teuropides aperte loquitur. & iratus delusum se a Tranione dicit. Dedisti uerba.i.fraudasti. & elusisti me. Qui tandem probe: qui me probe emunxisti . probe enim scribendum est : ex codicibus antiquis : & recta sententia . non probri:ut legit plodius : exponens qui probri.i.quanto probro : contra omnem rectam grammaticam. Videsis.satine recte nummi huic affluunt.Ita scribendus est uersus : partim ex codicibus antiquis :partim ex sententiæ congruitate . quæ est hæc : ut quum teuropides dixisset emunxti me : emungere autem non ad nasum

Emungere

tantum tergendum pertinet : sed etiam ad marsupium : quemadmodum usus est teuropides in hoc significatu accæpisse : tranio dicat : per irrisionem quandam : profecto recte loqueris:uide q̄ huic nummi bene affluunt : ut ab eo accipi possint : quasi dicat : quomodo potui te pecunia emungere : si nullam habes? Immo etiam cerebrum quoq; omnem e capite emunxisti meo.Ita scribendus est uersus ex codicibus antiquis. & metri ratione. immo inquit senex : non marsupium tantum sed cerebrum quoq; mihi e capite emunxisti. Et cerebrum omnem masculino genere protulisse uidetur . ut alibi nasum neutro. Non radicitus quidem hercle . uerum etiam eradicitus. hic uersus addendus fuit . ex uetustis codicibus: ubi ludere uidetur in duobus illis uerbis : radicitus: & eradicitus. Nunq̄ ædepol hodie inultus destinauerim tibi. nunq̄ profecto inquit ego hodie destinauerim : & conduxerim tibi lorarios : inultus.idest quin de te supplicium summam . nam si lege nequeo te hinc inuitum abstrahere : aram hanc omnem igne circundabo & sarmentis. teq; intus cremandum curabo . legendum est autem inultus : & destinauerim . metri ratione . & sententiæ congruitate.

Cerebrum omnem.

Iam iubebo ignem & sarmenta carnifex circundari. Versus hic ita omnino scribendus est. metri necessitate. & sententiæ cócinnitate. Et non: iam iube ignem & carnem: ut legit plodius: multis ambagibus: & stultiloquiis dicens se legere canem pro uinculo ferreo: & per aliam non illepidā lectionem: Iube ignem & acapna circundari o furor hominis q̄ se ille interdum euehit: tollitq; ultra hominis sensum. Ne faxis. Ludit adhuc illum Tranio. dicens. ne adduci huc ignem & sarmenta iubeas ad me torrendum: quia elixus melior: q̄ assus: esse soleo. Exemplum petis. quia exempla pro pœnis accipiuntur: & dixerat teuropides. exempla ædepol faciam ego in te: hoc est Exempla. pœnis te multabo: & exempla etiam sunt q̄ ad aliorum imitationem sumuntur. ludit iterum tranio in dictiōe illa exemplum. & ait: scio cur exemplum habere cupis de me: quia tibi placeo.

Iam iubebo ignem. & sarmenta carnifex circundari.
Tr. Ne faxis: nam elixus esse q̄ assus soleo suauior.
Te. Exempla ædepol faciā ego in te. Tr. q; placeo exēplū expetis.
Te. Loquere cuiusmodi: quom hinc abibam reliqui filium.
Tr. Cum pedibus manibus. cum digitis. auribus oculis. labris.
Te. Aliud te rogo. Tr. aliud ego nunc tibi respondebo.
Sed eccum tui gnati sodalem uideo huc incedere
Callidatem. illo præsente mecum agito: si quid uoles.

Callidates adole. Teuropides senex. Tranio Seruus.

VBi somnū sepeliui oēmq; obdormiui crapulam:
Philolaches uenisse mihi suū peregre huc dixit patrē.
Quoq; modo hominē tranio seruos ludificatus fiet.
Ait se metuere in conspectum illius accedere.
Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus:
Qui a patre eius conciliarem pacem. atq; eccum optime.
Iubeo te saluere. & saluos quum aduenis: teuropides
Peregre gaudeo. hic apud nos hodie cœnes. Te. Salue & tu
Callidates dii te ament: de cœna facio gratiam.
Cal. Quin uenis? Tr. promitte. ego ibo pro te: si ire non libet.
Te. Verbero etiam irrides? Tr. q̄n me pro te ire ad cœnam autumo.
Te. Non enim ibis. ego ferare faxo: ut meruisti: in crucem.
Tr. Age mitte ista hæc. & me ad cœnam dic iturum. quid taces?
Cal. Sed tu istuc quid confugisti in aram hanc inscitissimus?

Cuiusmodi. i. q̄ bene moratum: & institutum. ille autem deludens respondet: nō ad mores: sed ad membrorum compositionem. Video huc incedere. ita scribi debet ex codicibus antiquis: & metri necessitate. & sententiæ congruitate. non: uideo hic cedere: ut legit plodius. Callidatem. Et nō callidamantem legendum est ut alias diximus.

VBi somnum sepeliui: omnemq; obdormiui crapulam. Idem genus est carminis huius scenæ: qd superioris. tetrametrū uidelicet brachicatalecticum: septem pedibus constans. Introducitur Callidates adolescens: philolachis sodalis: ab illo orator ad Teuropiden patrem missus: qui illum sibi & Tranioni reconciliet: cuius intercessione: Teuropides utriq; noxam remittit. Obdormiui. Longo sopore decoxi. obdormire: & edormire significat per somnum decoquere. Crapula ebrietas dicitur. græcum nomen est. & non latinum. κραιπαλη apud illos dicitur. α καρα quod significat caput. & παλλω quatio: quia caput concutiat. Vnde κραιπαλῶ: & κραιπαλιζω uerbum significat crapulor. Huc dixit patrem. Addendum fuit dixit. metri necessitate. & sententiæ congruitate. Quoq; modo hominem Tranio seruos ludificatus fiet. Ita scribendus est uersus metri necessitate. & sententiæ concinnitate. & non: is seruos ludificatus sit: ut corrigit plodius insulsus: contra metri rationem: & sensum rectum. non enim potest legi. is seruos: quum in hac scena nullus adhuc seruus nominatus sit. In conspectum illius accedere. Illius addendum fuit metri necessitate. Salue & tu. Quāq̄ omnes codices habeant. sic tale: non placet plodii emendatio: scribentis sit tale: idest hoc re uera sit: ut me peregre aduenientem gaudeas. quia loqutio illa. sit tale: uix a romana facundia recipi digna uidetur eo sensu. Neq; placet lectio codices Plautini & Sarraceno impressi: qui habet sic talem. neq; emendatio eiusdem: quæ habet. sic Salue. quia metri ratio non patitur. certū aūt est: codices ueteres hoc loco fragmentū habere. Quare censemus legendū Salue & tu. quod quidē sententiæ pulchre cōuenit. & uersus rationē nō impedit. Super quo doctorum nos iudicio subiicimus. De cœna facio gratiā. i. cōdono. nolo tecū cœnare. Pro te ire ad cœnā autumo. Autumo. p. nigidius ex ab & æstimo cōpositū putat: ut Gellius inqt. significat aūt mō opinor. mō censeo. mō affirmo: ut hic. & alibi Plautus. nisi hoc factū est perinde ut factū esse autumo ut in amphi. diximus. & ita scribi debet hoc loco: ut etiā habent omnes codices. non autem autuma: ut corrigit plodius amens. Sed tu istuc quid confugisti in aram hanc inscitissimus.

Obdormire. Edormire. Crapula. Autumo.

Callidatos tranioni loquitur:quum illum in ara sistere uidisset.quid inquit:tu inscitissimus confugisti huc in aram?Et ita scribi debet uersus.metri ratione.& sentētiæ cōgruitate.nō istic.cōtra codicū ueterū scripturam: qui isthuc habent.neq; absq; illa dictione hāc:sine qua uersus nō cōstat.ut plodius ille interpres futilis legit. Adueniens.Tranio respondet Callidati:qui eum rogauerat:cur in aram confugisset. Loquere nunc.uertit Tranio sermonem ad Teuropidē inquiens.loquere nunc quid fecerim. Nunc utriusq;.Vtriusq; scribendum est.ex codicibus antiquis & sentētiæ cōgruitate.& nō utrisq;:ut legit plodius. Disceptator.internuncius.intermedius:

Disceptator.

qui se in amicorum litē interponit.& purgata simultate:illos iterū in gratiā recōciliat:discussis & disceptatis:quæ inter illos agebatur. Ausculta mō. Callidatæ uerba sunt. Absente te.ita scribendū est.& nō absentem. Nunqd aliud fecit.Ex codicibus antiqs ita scribendū est.non.nunc quid aliud fecit. Nisi quod faciūt summi gnati.nō est addendū hic generibus quia superfluit.& uersus non patitur qd plodius non uidit. Hercle mihi cauendū est.ita scribēdus est ūsus.metri necessitate & sniæ cōgruitate.& non hercle mihi tecū. Nimis orator clues catus.& hoc ita scribēdū ē.metri & sniæ congruitate clues aūt pro es.interptare.hoc ē nimis es bonus & sapiēs orator.ac scitus.Et sūt ūba teuropidæ ad callidatē.

Clues.

Tr. Adueniens perterruit me.loquere nunc quid fecerim.
Nunc utriusq; disceptator eccum adest.age disputa.
Te. Filium corrupisse aio te meum.Cal.ausculta modo.
Fateor peccauisse.amicam liberasse absente te.
Fœnori argentum sumpsisse.id esse absumptum prædico.
Nunquid aliud fecit nisi quod faciunt summi gnati.
Te. Hercle mihi cauendum est.nimis orator clues catus.
Sine me istuc iudicare.surge ego isthic adsedero
Maxime.& accipiam hanc ad me litem.enim istic captio est.
Tr. Fac ut ego te ne metuam.& tu meam timeas uicem.
Iam minoris fecero prædem.Te.quid iam quibus modis
Me ludificatus es.Tr.bene factum hercle.& factum gaudeo.
Sapere ista ætate oportet.quis capite candido capi?
Te. Q uid ego nunc faciā?si amicus dephilo aut philomontes.
Tr. Dicito his quo pacto tuus te seruos ludificauerit.
Optimas frustrationes dederis in comœdiis.
Cal. Tace parumper.sine me uicissim loqui ausculta.Te.licet.
Cal. Omnium primum sodalem me esse scis gnato tuo.
Is me adiit.nam illum prodire pudet in conspectum tuum.
Propterea q; fecit.quæ te scire scit nunc te obsecro.
Stulticiæ atq; adolescentiæ eius ignoscas.tuus est.

Qui postea uertēs sermonē suū ad tranionē in ara sedētē inqt. Surge ego isthic ad sedero.& ita scribendus ē ūsus.absq; illa dictiōe dū.metri & sniæ congruitate. Et accipiā hāc ad me litem.ita scribendum nos censemus.metri necessitate.& sniæ cōcinnitate.nō accipite huc ad te litē.neq; accipito.ut legit plodius:sine ullo sensu.& cōtra ūsus rōnē. Eni isthic captio ē.certe inqt Teuropides habeo suspectū callidatē.& ualde timeo:ne in me captiones & tēdiculas pparet:dū impensius æquo filio & tibi fauet surge ego.& ego hic sedebo tanq̄ iudex.& auditis omnibus:ac tota re intellecta iudicabo.Enim autem particulam inceptiuā esse & Seruius putat.& Lucius attestatur. Fac ut ego te ne metuam:& tu meam timeas uicem.Hic & sequēs uersus corrupti ac fenestrati erāt propterea mirum non est:si & plodius multas ambages & futiles commentationes circa illos facit:& Sarracenus nescit quid loquatur.Nos ita reficiendos censuimus:recta lege metri:& sententiæ concinnitate:quæ est.ut Tranio dicat.Si uelles:ut ego hinc discederem opus esset ut te non metuerem.& tu meam timeres uicem.idest seruus esses mihi sicut ego sum tibi.nam dum me tibi seruum esse scio & te potestatem in me habere:non confido tibi: Iam minoris fecero prædem.i.si ego in te habeam tantum iuris quantum habes in me.non curabo:ut tu mihi prædem des & fideiussorem de parendo iuri:& iudicatum soluendo. Præs autem fideiussor dicitur in re pecuniaria:uas autem in re capitali:quam differentiā Ausonius duobus uersibus expressit dicens:Quis subit in pœnam capitali iudicio?Vas.Quis quum lis fuerit nummaria:quis dabitur?præs. Quid iam?quibus modis.quid iam:ex codicibus antiquis ascribendum fuit:& metri necessitate. Me ludificatus es.ex codicibus antiquis ita scribi debet.& ex recta & congrua sententia.uertit enim Teuropides sermonem suum ad Tranionem:postq̄ illum ab ara excipere non potuit. Benefactum hercle.respondet Tranio audacter:quia non timet uerberari:dum in ara sedet. Quis capite candido capi.i.senecta ætate:& cano capite quo maxime tempore deberes prudētissimus eē:potes a seruulo decipi?& capi adiiciēdū fuit:ex codicibus antiquis:& metri necessitate.

Enim.

Præs.

Vas.

Dephilo aut philomontes.graues uidelicet uiri mihi amici:& qui me catum & prudentem rentur:& subaudi per aposiopesim:nouerint hoc modo mihi data esse uerba ab impuro seruulo. Dicito his.Tranionis uerba sunt:herum adhuc irridentis. Stulticiæ atq; adolescentiæ eius ignoscas.Ita scribendus uersus est:metri ne-

ceſſitatē. Non delinquimus.quia dixerat ſcis ſolere illhac ætate tali ludō ludere:nō delinquimus inquit: quaſi dicat non eſt delictum:facere eiuſmodi:ſed ludus quidam:quia ſic ludunt iuuenes.nec in eis appellari delictum debet. Qui amica eſt.empta ſcilicet. Magis impetrabilis.ideſt magis aptus ad impetrandum. & licet huiuſmodi nomina in bilis-paſſiuam ut plurimū ſignificationē teneāt ut amabilis:aptus amari:ſcibilis aptus ſciri &c. tamen hic uidetur actiuam habere ſignificationem. Neq; illi ſum iratus. ita ſcribēdus eſt:ex codicibus antiqs. Impetrabilis.

Feciſſe ſumptum.dum modo inquit ſenex:hoc tantum pudeat philolachem:feciſſe.ſcilicet ſumptum:ſatis ab eo ſupplicii habeo.

Scis ſolere illac ætate tali ludo ludere.
Quicquid fecit una nobiſcum fecit.non delinquimus.
Fœnus:ſortem: ſumptūq; omnē: qui amica eſt. omnia
Nos dabimus.nos conferemus noſtro ſumptu:non tuo.
Te. Non potuit uenire orator magis ad me impetrabilis:
Quā tu. neq; illi ſum iratus. neq; quiq̄ ſuccenſeo.
Immo me præſente:amato:bibito:facito quod lubet.
Si hoc pudet:feciſſe ſumptum:ſupplicii habeo ſatis.
Cal. Diſpudet iſtam ueniam.Tr.quid de me fiet nunc iam?
Te. Verberibus cedere lutum pendens:tametſi me pudet:
Interimam hercle.Cal.ego iubeo.fac iſtā cunctā gratiā.
Tranioni remitte quæſo hanc noxiam cauſa mea.
Te. Aliud quid uis impetrari a me facilius perferam.
Quā ut non iſtunc ego ſuis pro factis peſſumis
Peſſum premā.Tr.mitte quæſo.Te.uiden ut reſtat furcifer.
Cal. Tranio?Te.quin tu ſi ſapis quieſce hanc rem modo petere.
Ego illū uerberibus ut ſit quietus ſubegero.
Tr. Nihil opus eſt profecto.Cal.age iam ſine te exorarier.
Te. Nolo.Cal.quæſo hercle.Te.nolo inquā ne ores.ne quicq̄ uenis.
Cal. Hanc modo unam noxiam unā.quæſo fac cauſa mea.
Quid grauaris quaſi gratiam non cōmeream?ſi aliā noxiā:
Ibi utrunq; & hoc & illud poteris ulciſci probe.
Sine te exorem.Te.age.habe.abi impune.hem huic hēto gratiā.
Spectatores fabula hæc eſt acta.uos plauſum date.

Diſpudet. reſpondet callidates. non modo pudet illum: ſed diſpudet. Iſtam ueniam. diſpudet illum iſtam ueniam.ſcilicet impetrare oportere. cuperet non deliquiſſe. Quid de me fiet. addenda eſt perſona Tranionis: qui loqtur.& ſcribēdū de me.& non me &:metri neceſſitate. & ſententiæ congruitate.

Lutum. cœnum. ſordes.uocatiuus caſus eſt. Tametſi me pudet. me addeñ. eſt: eiſdem rationibus.

Ego iubeo.intercedit callidates pro Tranione. Hanc noxiam. hāc culpam. hoc peccatum.Et ſcribendum eſt noxiā.& non noxā. neceſſitate metri. & etiam ex antiqs codicibus. Quā ut nō iſthunc ego ſuis pro factis peſſumis. ita ſcribendus uerſus eſt metri ratione: quoniam aliter non conſiſteret. Peſſum premam.pedibus conculcem. peſſum aduerbium ſignificat retrorſum. ut peſſum eo. hoc eſt cedo: ſiue retrocedo. & interdum Peſſum.

ſignificat deorſum:quaſi ad pedes. unde fit peſſundo: quod ſignificat conculco. Mitte quæſo.Tranionis uerba ſunt.& ſubaudiendum:hanc noxiam:& non aſcribendum eſt. tu me. ſuperfluunt enim duæ illæ dictiones. nec uerſus illas patitur:quod plodius non aſpexit. Quin tu ſi ſapis quieſce. Teuropidæ uerba ſunt ad calliten.& ita ſcribendus uerſus eſt:ut integer ſit. Nihil opus eſt profecto. Tranionis ſunt uerba. & addendum fuit eſt.metri neceſſitate. Nolo inquam.ne ores.Ita ſcribendus uerſus eſt.& non nolo nunquā oras.ex codicibus antiquis.& ſententiæ congruitate. Hanc modo unam noxiam unam.quæſo fac cauſa mea.ita ſcribēdus eſt uerſus ex codicibus antiquis.& metri ratione.& ſententiæ concinnitate.remitte inquit unam hanc ſolam noxiam.quæſo ut facias amore meo:& cauſa mea. Si aliam noxiam.admiſerit ſcilicet. Age habe.abi.impune. Teuropides Callidatæ p̄cibus delinitus ei concedit impunitatem Tranionis.deinde Tranioni ait. abi impune. & huic habeto gratiam.

Ei subrupto clam altero·clam ꝓposito ascribenda est·ut uersus integer sit:cui pes unus deficeret: & hoc a Pio interprete ignoratū est:relicto perperā uersu ipso mutilo:& cū quinq̧ tantū pedibus:cui sex omnino debeantur. habita trimetri iābici ratione. Nomen surrepti illius illi indidit·& hic:illius:ascribi debet ratione eadē metrica. nam pes quoq̧ unus idētidem huic uersui deficeret·a Pio non perpensus. Atq̧ hoc poetæ faciunt in comœdiis. mirari est Pium interpŕtem addi debere:ut asserentem·ac legi:atq̧ hoc ut poetæ. qd.n.hic ea dictione opus est? quando integra clarissimaq̧ sententia est.nec alio indiget adminiculo:qđ ꝓsertim legentiū offusce mentem.

Sicilicissitat·nō sicilicissat scribendum ē metri necessitate : qđ a Pio nō est animaduersum legente sicilicissat & multis uerbis de eo uerbo mentionem faciente.

Huic argumento· hic uersus aperte superfluit:ut legentibus facile notum est q̄q̄ Pius illū legat ac multa super illo uerba faciat.

Tantum ad narrādum uestra adest benignitas·ita scribēdus ē ũsus:& uestra adest benignitas pro uestra adsit benignitas: legēdum. non argumentum adest benignitas nam ea dictio argumentum nō est in priscis exēplaribus: neq̧ necessaria neq̧ concinna admodum fuerit si adhibeatur. Sed Pius interpres huiusmodi non uacauit: quum tamē huic uni uacauerit: ut diceret: in priscis exēplaribus tanta non tantum legi·qua in re apte mētitus est:quū codices omnes:tantū:habeāt. non tanta: super quo legentiū sit iudiciū.

Plauti Comici festiuiss. Menæchmi.

Argumentum.



Ercator siculus cui erant gemini filii
Ei subrupto clam altero:mors obtigit.
Nomē subrepti illius illi indit:qui domi est
Auos paternus·facit menæchmū sosidem.
Et is germanum postq̄ adoleuit quæritat·
H c fuerat alitus ille subrepticius.
Menæchmum ciuem credunt omnes aduenam.
Eumq̧ appellant meretrix:uxor:& socer.
Ii se cognoscunt fratres postremo inuicem.

Prologus.



Alutem primum iam a principio propiciam
Mihi atq̧ uobis spectatores nuncio.
Adporto uobis plautum lingua:non manu:
Q uæso ut benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite:atq̧ animum aduortite.
Quā potero in uerba conferam paucissima.
Atq̧ hoc poetæ faciunt in comœdiis.
Omnis res gestas esse athenis autumant.
Q uo uobis illud græcum uideatur magis.
Ego nusq̄ dicam:nisi ubi factum dicitur.
Atq̧ adeo hoc argumentum græcissat tamen: — Græcissat.
Non atticissat.uerum sycilicissitat. — Atticissat. Sicilicissitat.
Nunc argumentum uobis demensum dabo
Non modio:neq̧ trimodio.uerum ipso horreo.
Tantum ad narrandū uestra adest benignitas.
Mercator quidam fuit syracusis senex.
Ei sunt nati filii duo gemini.
Ita simili forma pueri:ut mater sua
Non internosse posset:quæ mammam dabat.
Neq̧ adeo mater ipsa:quæ illos pepererat.
Vt quidem ille mihi dixit:qui pueros uiderat.
Postq̄ iam pueri septuennes sunt:pater — Septuēnes.
Onerauit nauem magnam multis mercibus.
Imponit alterum geminum in nauem pater. — Geminum
Tarentum auexit secum ad mercatum simul.
Illum reliquit alterum apud matrem domi.

In epidamnum. metri necessitate addenda est præpositio in: nam claudicaret uersus: quum epidamnum primas duas habeat breues. quod Pius interpres non uidit. Pater eius illum. illum: addendum est metri necessitate: cui pes unus deficeret. id quod Pius non aduertit. Atq; ea ægritudine. ex codicibus antiquis. & recte sententiæ concinnitate. & non aquis ægritudine. ut Pius perperam & male legit. Subruptum. ex codicibus antiquis. & non subductum ut Pius legit. Post tarenti. addendum est post. ne uersus claudicet. quum tarentum prima breui constet. quod a Pio interprete non est uisum. Epidamni curari sibi uolt. ita scribi debet uersus: ex codicibus ãtiquis: in quibus epidãni plane legitur. uolt aũt non uelit: necessitate metri scribẽdum est. qui non constaret: si uelit scriberes: ꝓterea grammaticæ iniuria fiat si epidamnum legas ut Pius legit: utroq; in loco grauiter lapsus. Vt det mihi unde curari. mihi necessitate metri ascribendũ est. pes enim unus deficeret. quod Pius nõ uidit. legens mutilũ uersum. Nam nisi qui argẽtum dederit nugas egerit. Qui dederit: magis maiores nugas egerit. ita scribendi sunt ambo uersus: ex recta & concinna sententiæ rectitudine. & uersuum necessitate. nec in primo est scribendum non: nec in secũdo: nam nisi: quæ utiq; uerba superfluunt. & uersuũ mẽsuram iugulãt. quod a Pio interprete sordido non est pensitatũ. Quem uobis dudum. addendum est uobis. ad metri integritatẽ. cui pes unus deficeret. a Pio interprete nõ perpensus.

Tarenti ludi forte erant: quom illuc uenit.
Mortales multi ut ad ludos conuenerant.
Puer inter homines aberrauit a patre.
Epidamnensis quidam ibi tunc mercator fuit.
Is puerum tollit. auehitq; in epidamnum
Pater eius illum postq̃ puerum perdidit:
Animum despondit. atq; ea ægritudine.
Paucis diebus post tarenti est mortuus.
Postq̃ syracusas de re ea rediit nuncius
Ad auom puerorum: puerum subruptum alterum:
Patremq; pueri post tarenti esse mortuum.
Immutat nomen huic auos gemino alteri.
Ita illum dilexit: qui subruptus est: alterum:
Illius nomen indit illi: qui domi est.
Menæchmo idem quod alteri nomen fuit.
Et ipsus est eodem uocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius:
Quia illum clamore uidi flagitarier.
Ne mox erretis: iam nunc prædico prius.
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in epidamnum pedibus redeundum est mihi:
Vt hanc rem uobis examussim disputem.
Siquis quid uestrum epidamni curari sibi uolt.
Audacter imperato: & dicito: sed ita
Vt det mihi unde curari id possit sibi.
Nam nisi qui argentum dederit: nugas egerit.
Qui dederit: magis maiores nugas egerit.
Verum illuc redeo. unde abii. atq; uno adsto in loco.
Epidamnensis ille: quem uobis dudum dixeram:
Geminum illum puerum qui subripuit alterum.
Ei liberorum: nisi diuitiæ: nihil erat.
Adoptat illum puerum subrepticium
Sibi filium: eiq; uxorem dotatam dedit:
Eumq; hæredem fecit: quum ipse obiit diem:
Nam rus ut ibat: ut multum forte pluerat:
Ingressum fluuium rapidum ab urbe haud longule:
Rapide raptorem pueri subduxit fides.

Epidánũ.

Gemino.

Examussim.

Ploerit multũ.
Longule.

Ita illi.addendũ eſt ita:ad metri integritatem cui pes unus deficeret a Pio ignoratus. Atq; iſtic habitat.atq; addendũ eſt rõne uerſus exigente.ne uno pede mancus ambulet.ut Pius paſſus eſt. Sicut familiæ mutari ſolent quoq;.ita ſcribendũ hunc uerſum potius cenſemus.& ex metri.& ſniæ cõgruitate:q̃ ut Pius ſcriptũ reliquit: quoq; ſolẽt mutari modo nullo recto ſenſu:nobis q̃dem liquido. Malũ ſi accedit ad malum.ita cõſequẽtia ſe uerba ſcribẽda ſunt:& nõ:ſi ad malũ accedit malũ.ut ſcribit Pius cõmentator inſulſus.nõ aduertens:eo mõ uerſum uno pede mutilũ fieri. Ianum lima p̃tereunt.Eſt opere p̃tiũ ineptias Pii interpretis ruminare.is.n.hoc loco.p̃tereunt legẽs.nomũq; ita legentẽ adducens:ianuam lima p̃tereunt.legentes inſcitia opletus fallit: nã nonius. nõ ianuã inquit.ſed anũ. codices aũt ueteres habẽt ianũ.nõ ianuã.& propterea legẽdũ potius eſt ianũ.q̃ ianuã. quippe quidẽ ſi ianuã legas. p̃tereunt legi nõ põt. nã ṽſus ſyllabæ unius abũdantia peccaret: ianũ aũt qui ſit deus principiorũ oium:pro ianua accipi nemo neget. a quo & ianua ipſa domus principiũ deducatur.Vñ nõ inepte dictũ ſit:ſi ianum lima p̃tereunt:pro ianuã limæ diſſectione fractã:& apertã trãſeunt:& ſic fugiunt dixeris. Nugæ ſunt meræ.ſcribẽdum ẽ.& nõ:nugæ ſunt hæ:ſi ṽſus integritatis rõ habeatur.qui q̃dẽ mancus mutiluſq; eſſet.id quod Pius interpres non uidit.

Dum illo uinclo illo.& nõ eo:ſcribeñ.eſt metri neceſſitate.q̃d Pius non uidit.

Recreatq;.ſcribẽdũ eſt.ex codicibus antiq̃s.& ſniæ cõgruitate: nõ.recte atq;:ut inſulſe ſcribit Pius interp̃s.

Ita eſt adoleſcens ipſus:ipſus ſcribendũ eſt:pro ipſe.ex codicibus antiquis. & recta ſniæ concinnitate : & nõ ipſius:ut inepte:& ſine ullo ſenſu legit Pius interpres.ignariſſimus. Menſas. ex codicibus antiquis.& metri neceſſitate.non menſam ut Pius iperitus cõmẽtator legit.

Abſtraxitq; hominem in maximam malam crucem.
Ita illi diuitiæ euenerunt maxumæ:
Atq; iſtic habitat geminus ſubrupticius.
Nunc ille geminus qui ſyracuſis habet
Hodie in epidamnum uenit cum ſeruo ſuo
Hunc quæritatum geminum germanum ſuum.
Hæc urbs epidamnus eſt:dum hæc agitur fabula.
Quando alia agetur:aliud fiet oppidum.
Sicut familiæ mutari ſolent quoq;.

Epidãnus. Oppidum

Peniculus. Paraſitus.

Peniculus.



Iuuentus nomen fecit peniculo mihi: yi
Ideo quia menſam quando edo detergeo:
Homines captiuos qui catenis uinciunt:
Et qui fugitiuis ſeruis indunt compedes:
Nimis ſtulte faciunt mea quidem ſententia.
Nam homini miſero malum ſi accedit ad malum:
Maior libido eſt fugere:& facere nequiter.
Nam ſe ex catenis eximunt aliquo modo
Tum compediti ianum lima prætereunt.
Aut lapide excutiunt clauum.nugæ ſunt meræ.
Quem tu aſſeruare recte ne aufugiat uoles:
Eſca atq; potione uinciri debet.
Apud menſam plenam homini roſtrum deliges.
Dum tu illi quod edat & quod potet præbeas:
Arbitratu ſuo affatim quotidie:
Nunq̃ ædepol fugiet:tametſi capital fecerit:
Facile aſſeruabis:dum illo uinclo uincies.
Ita iſthæc nimis lenta uincla ſunt eſcaria:
Quam magis extendas:tanto aſtringant arctius.
Nam ego ad menæchmum nunc eo:cui iam diu
Sum iudicatus.ultro eo ut me uinciat:
Nam illic homo homines non alit:uerum educat:
Recreatq;.nullus melius medicinam facit.
Ita eſt adoleſcens ipſus eſcæ maxumæ.
Cerealis cœnas dat.ita menſas extruit.
Tantas is ſtruices concinnat patinarias:
Standum eſt in lecto:ſi quid de ſummo petas.

Roſtrum. Affatim. Capital. Cœna cerealis. Struices.

Sed mihi interuallum iam hos dies multos fuit. Interuallū.
Domi sum domitus usq; cum caris meis.
Nam neq; edo:neq; amo:nisi quod est carissimum.
Ii quoq; iam cari qui instruxerunt:deserunt.
Nunc ad eum inuiso.sed aperitur ostium.
Menæchmum eccum ipsum uideo progreditur foras.

Menæchmus adolescens. Peniculus parasitus.


I mala:ni stulta:ni indomita:iposq; animi:qđ uiro vii
Esse odio uides:tu te tibi odio habeas:pter hac si mihi
Tale post hūc diem faxis:faxo foris uidua uisas patrē
Nam quotiens ire uolo:me retines:reuocas:rogitas quo eam
Quā rem ego agam:quid negocii geratur:quid detur:
Quid dicam:quid faciam:quid foris egerim:quid d xerim.
Portitorem duxi domū.ita omnē mihi rem necesse est loqui:
Quicquid egi:atq; ago.nimium te habui delicatam:nunc adeo
Vt facturus dicam quando ego tibi ancillas.penum
Lanam:aurum.Vestem purpuram bene præbeo:nec quicq̄ eges Eges quicq̄
Malo cauebis:si sapis:obseruare uirum desines
Atq; adeo ne me nequicq̄ serues:ob eam industriam Ob eā industriā:q̄.s.
Hodie ducam scortum ad cœnam.atq; aliquo conducam foras. usa ē uxor i me obseruādo.& nō ob eā.s.causam:ut Pius iscite exponit.
Pe. Illic se homo uxori simulat male loqui.loquitur mihi.
Nam si foris cœnat:me profecto haud uxorem ulciscitur.
Me. Euax.iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.
Vbi sunt amatores mariti.quid dona cessant mihi
Conferre omnes gratulantes:quia pugnaui fortiter
Hanc modo uxori intus pallam subrupui.ad scortum fero
Sic decet dari.facete uerba custodi cate.
Hoc facin⁹ pulchrū ē.hoc pbū.hoc lepidū ē.hoc factū ē fabre.
Meo malo a mala abstuli.hoc ad damnum defertur
Auerti prædam ab hostibus:nostrum salute socium.
Pe. Heus adolescens ecqua in istac pars mihi est præmii.Me. perii.
In insidias deueni.Pen.imo in præsidium.ne time.
Me. Quis hō ē?Pe.ego sū.Me.o mea cōmoditas.o mea opportuitas.
Salue.Pe.salue.Me.quid agis?Pe.teneo dextra genium meum.
Me. Non potuisti per tempus magis aduenire:q̄ aduenis.
Pe. Ita ego soleo.cōmoditatis omnis articulos scio.
Me. Vin tu facinus luculentum inspicere?Pe.quis id coxit coquus Luculentū
Iam sciam siquid titubatū est:ubi reliquias uidero.
Me. Dic mihi nūquid uidisti unq̄ tabulam pictam in pariete
Vbi aquila catamitum raperet.aut ubi uenus adoneum? Catamitū. Adoneum
Pe. Sæpe.sed quid istæ picturæ ad me attinent?Me.age me aspice.
Ecquid assimulo similiter?Pe.quid istic est ornatus tuus?
Me. Dic hominem me lepidissimum esse. Pe. ubi esuri sumus?
Me. Dic mō hoc qđ ego te iubeo.Pe.dico:hō lepidissime.

Captũ sit collegiũ augurũ·augurũ:addẽdum ẽ:ad uersus integritatem. & sniæ.nec omittẽdũ ullo mõ.ne claudicet:atq; uno pede mutilus incedat.qđ Pius interpres cæcus nõ uidit. Olfacta.ex priscis codicibus & nõ dic facta·ut iqt Pius.& male·ac cũ nulla sensus cõcinnitate. Decet.peniculus loqtur·rñdẽs ad id qđ menæchmus dixerat: ut fastidis·q.dicat.decet fastidũ: te iubẽtẽ me olfacere uestimentũ muliens. neq; est continuatus sermo menæchmi: q dicat: decet uxorẽ despoliare:ut uane & ruditer legit & exponit Pius.

Me. Ecquid audes de tuo istuc addere? Pe.atq; hilarissime.
Me. Perge porro.Pe.non pergo hercle:nisi scio qua gratia
Litigium tibi est cũ uxore.Me.hoc mihi abs te caueo cautius.
Clam uxorẽ ubi sepulchrũ habeamus:atq; hũc cõburamus diẽ.
Pe. Age sane igitur.quãdo æquũ oras.q̃ mox incendo rogum.
Me. Dies quidẽ iam ad umblicũ est dimidiatus mortuus.
Remorare:mihi quom obloquere.Pe.oculũ effodito psolũ mihi
Menæchme si ullũ uerbũ faxo:nisi quod iusseris.
Me. Concede huc a foribus.Pe.fiat.Me.etiam cõcede huc. Pe.licet.
Me. Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.
Pe. Heu ædepol.næ tu:ego opinor:esses agitator probus.
Me. Quidũ.Pe.ne te uxor sequatur:respectas identidem.
Me. Sed quid ais? Pe.ego ne?id enim.qđ tu uis:id aio:atq; id nego.
Me. Ecquid tu de odore possis:siquid forte olfeceris:
Facere coniectutam?captũ sit collegium augutum.
Hãc quã ego habeo pallã quid olet? summũ olfactare abstines?
Pe. Agedum:odorare oportet uestimentum muliebre.
Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.
Me. Olfacta igitur hinc penicule lepide:ut fastidis? Pe.decet.
Me. Quid igitur?quid olet rñde.Pe. furtum.scortum. prandiũ.
Me. Nunc ad amicam defertur hanc meretricem erotium.
Mihi tibi atq; illi iubebo iam apparari prandium
Inde usq; ad diurnam stellam crastinam potabimus.
Pe. Expedite fabulatus.iam fores ferio.Me. feri
Vel mane etiam mille passum commoratus cantharum.
Placide pulta.Pe.metuis credo:ne fores famiæ fient:
Me. Mane mane obsecro hercle abse ecca exit.Pe.o solem uides?
Statim ut occæcatust præ huius corporis candoribus.

Erotiũ mulier.Peniculus parasitus.Menæchmus adolescẽs.

Ero. ANime mi menæchme salue. qd ergo extra nũeꝝ es mi-
Me. Idem istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet. (chi?
Ego isthic mihi apparari iussi apud te præliũ. yũ
Hodie aliud feci.næ uterq; pro illo potabimus.
Vter ibi melior bellator erit inuentus cantharo.
Tua legio est.adiudicato cum utro hanc noctem sies.
Vt ego uxorem:mea uoluptas ubi te aspicio:odi male.
Er. Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.
Quid hoc induuiæ est? Me.tuæ:atq; uxoris exuuiæ.rosa:
Er. Superas facile:ut superior sis mihi:q̃ quisq; qui imperat.
Pe. Meretrix tantisper blanditur:dum illud quod rapiat:uidet.

Metuis.ex codicibus antiqs.& vsus necessitate:& nõ subaudiendũ erit ueteris:ut Pius cõmẽtatur rõnis uersus ignarus.

Dimidiatus.

Ego isthic mihi apparari iussi.isthic scribẽ.ẽ.ex codi. ãtiqs: & recta grãmaticæ rõe. & nõ istuc:& hodie ex pũgẽdũ uti supfluẽs. Quæ Pius iterpres inscius nõ uidit.

Cauo.

Hodie aliud feci.næ uterq; pro illo potabimus. ita vsus scribẽ.ẽ & metri necessitate:& sniæ.q̃ ẽ ut dicat:se hodie aliud pliũ fecisse: cũ uxore.s.deinde addit.næ.i.certe usq; potabimus p illo plio a me gesto.& næ scribẽdũ ẽ.ex ãtiqs codi. & sensus cõcinnitate.nõ neq;:ut Pius isanus interpres scribit.

Olfactare.

Illutibilis.

Spurcatur nasum.

Tua legio ẽ.ex codicibus ãtiqs.sensus cõformitate.& metri necessitate. Neqs.& nõ ne duis:ut corrigit Pius.& inscite admodũ: tũ ex codicibus antiquis.tum uero ex sententiæ concinnitate.

Stellam diurnam.

Fabulatus.

Rosa.scribẽdũ.& nõ o rosa ut ait Pius. citans codices defecatos in qbus scriptũ sit o rosa.& mẽtitur.imo pure scriptũ ẽ.exuuiæ rosa. Imperat. scribẽdũ ẽ.ex sniæ cõcinitate.id.n.significat.apud me pluris te donis tuis reddis: quocũq; iperatore. hoc ẽ te magis amabilẽ facis:q̃ qsq; ipator.nec legẽdũ est ipetrat:ut Pius legit inscitus.

Extra numerum.

Nam si amabas:oportebat iam nasum abreptum mordicus.
Me. Sustine hoc penicule.exuuias facere:q̃ suauium uolo.
Pe. Cedo.Me.sed obsecro hercle salta sic cum palla postea.
Pe. Ego saltabo:Me.sanus hercle non es.Pe.ego ne:an tu magis?
Me. Si non saltas:exi igitur.nimio ego hanc periculo
Subrupui hodie.meo animo:ab hippolyta subcingulum
Haud hercules æque magno unq̃ abstulit periculo.
Cape tibi hanc.quum una uiuis meis morigera moribus.
Pe. Hoc animo decet animatos esse amatores probos:
Qui quidẽ ad mendicitatem se properent detrudere.
Me. Quattuor minis ego emi istanc anno iam uxori meæ.
Pe. Quattuor minæ pierę plane:ut ratio redditur.
Me. Scin quid uolo ego te accurare.Ero.scio.curabo quæ uoles.
Me. Iube nobis tribus apud te prandium accurarier:
Atq̧ aliquid fitomentorũ de foro opsonarier.
Glandulam suillã:laridum:pernam itidem aut sinciput
Aut polimenta porcina:aut aliquid aliud ad eum modum:
Madida quæ mihi apposita in mensam miluinã suggerant:
Atq̧ actutum.Ero.licet ecastor.Me.nos prodimus ad forum.
Iam hic nos erimus.dum coquitur:interim potabimus.
Er. Quando uis ueni.parata res erit.propera modo.
Me. Sequere tu.Pe.ego hercle uero te.& seruabo.& te sequar.
Neq̧ hodie ut te perdam:meream deum diuitias mihi.
Er. Euocate intus cylindrum mihi quoquum actutum foras.

Meo aio.& nõ meo quidem animo.ut legit Pius.nam quidẽ superfluit:& metri ratione in uersu eẽ nõ potest.
Quum una uiuis.& non quãdo una uiuis.nam metri ratio non patitur.quando: quod tamen Pius insulsus interpres legit.
Glandulam.ex cõdicibus ãtiquis.& nõ glandionicam.ut ait Pius:nullibi auditũ.& contra metri rationem:quæ glãdulam:& nõ glandionicam patitur.

Mendicitatem.
Atq̧ aliqd. Vsus iste superior apponi debet.ex codi. ãtiqs manu scriptis.
Miluinam

Erotium meretrix. Cylindrum coquus. vii
Er. SPortulã cape atq̧ argẽtũ.hoc eccos tris nũmos habes.
Cy. Habeo.Er.abi atq̧ opsoniũ affer.trib⁹ uide qđ sit satis.
Neq̧ defiat:neq̧ supsit.Cy.cuiusmodi hoies erunt?
Er. Ego & menæchmus:& parasitus eius.Cy.iam hi sunt decem.
Nam parasitus hominum octo munus facile fungitur.
Er. Elocuta sum conuiuas.ceterum cura tu:& huc
Cy. Cocta sunt.iube ire accubitum.Er.redi cito.Cy.iam ego hic ero.

Fungitur munitus.

Menæchmus adolescens. Messenio seruus. vi
NVlla est uoluptas nauitis messenio
Maior meo animo:q̃ quum illi ex alto procul
Terram conspiciunt.Mes.maior non dicam dolo:
Quã si adueniens terram uideas:quæ fuerit tua.
Sed quæso q̃obrem nunc epidannum uenimus?
Iam quasi mare:omnis circuimus insulas.
Me. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.
Mes. Nam quid modi futurum est illum quærere?
Hic annus sextust:postq̃ rei huic operam damus.
Istros:hyspanos:massilienfis:illyricos:
Mare superum omne:græciamq̧ exoticam:

Græcia exotica.

Orasq; italicas omnis:quas adgreditur mare:
Sumus circũuecti.si acum creuo quæreres.
Acum inueniffes:si appareret tam diu.
Hominem inter uiuos quæritamus mortuum.
Nam inueniffemus iam diu:si uiueret.
Me. Ergo istuc quæro certum qui faciat mihi.
Qui sese dicat:scire eum esse mortuum.
Operam prætetea nunq̃ sumam quærere.
Verum inter uiuos nunq̃ desistam exequi.
Ego illum scio:q̃ cordi sit carus meo.
Mes. In scyrpo nodum quæris:quin nos hinc domum
Redimus.nisi si historiam scripturi sumus.
Mé. Dictum facesse elatum:& discaueas malo.
Molestus ne sis:non tuo hoc fiet modo.Mes.hem
Illoc enim uerbo esse me seruom scio.
Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verum me nequeo continere quin loquar.
Audin menæchme:quum inspicio marsupium
Viaticati hercle admodum æstiue sumus.
Næ tu hercle opinor nisi domum reuorteris:
Vbi nihil habebis:geminum dum quæris:gemes.
Nanq; epidamnea natio est hæc ita hominum.
Voluptarii atq; potatores maxumi:
Tum sycophantæ:& palpatores plurimi:
In urbe hac habitant:tum meretrices mulieres
Nusq̃ perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen epidãno inditum est:
Quia nemo ferme huc sine dãno diuortitur.
Me. Ego istuc cauebo.cedo dum mihi huc marsupium.
Mes. Quid eo uis? Me. iam abste metuo de uerbis tuis.
Mes. Quid metuis? Me.ne mihi dãnũ in epidãno duas.
Tu magnus amator mulierum es messenio.
Ego autem homo iracundus animi perditi.
Id utrunq;:argentum quando habebo:cauero.
Ne tu delinquas:ne ue ego irascar tibi.
Mes. Cape atq; serua.me lubente feceris.

Cylindrus.Menæchmus. Messenio.

Cy. Bene obsonaui.atq; ex mea sententia vi
Bonum anteponam prandium pransoribus
Sed eccum menæchmum uideon a tergo meo:
Prius iam conuiuæ ambulant ante ostium
Quã ego obsonatus redeo.menæchme saluus sis.
Me. Dii te amabunt quisquis es.scis quis ego sum?
Cy. Non hercle uero.ubi sunt conuiuæ cæteri?

Acum

Ergo istuc quæro certũ qui faciat mihi. Pius Plauti ĩpius interpres nihili facit : ubi nõ ĩtelligit:saltũ facere.& plautinos sensus obscuros relinquere. sed huiusmodi interpres nõ pluris faciendus ẽ q̃ cassa nux:qđ enim oẽs intelligunt: interp̃te non eget:sed qđ ab oĩbus nõ intelligitur. Scribẽdus est igitur hic ṽsus ut nos scripsimus:addita illa uoce certũ.ex codicibus antiqs:metri necessitate.& sensus cõcinitate.nec relinquẽdus est claudus & obscurus:ut Pius ip̃e fecit. Elatũ.i. arrogãs & superbũ.& non datum:contra rõnẽ carminis. ut exponit Pius.& male. Nanq; epidamnea natio est hæc ita hoĩum.ita scribi & legi debet hic ṽsus.si metricæ rõni cõsultũ uolumus nõ ut Pius ĩterpres legit.natio epidãnia nam ita est hæc hominum.

In scyrpo nodũ q̃ris

Marsupiũ. Viaticati sumus.

Palpatores Sycophantas.

Epidãnum

Marsupiũ cedo

Bonũ ãteponã prandiũ pransoribus.hic ṽsus ita scribi đbet nec addẽda sunt illa ṽba. adibo. atq; alloquar: qñquidẽ superfluunt: neq; ulla metri : neq; sniæ rõne hic apponi possunt:ut Pius Plauti rudis cõmentator apposuit.

Me lubẽte.

Obsonaui

Prius iã cõuiuæ.Isti tres ṽsus ita scribi. & inseri debẽt cõtextui. neq; dimitti:aut mutili in eo poni:ut fecit Pius ignarissimus interpres. nulla habita metricæ legis: codicũ ueterũ:& sniæ rõne.

Me. Quos tu cõuiuas quæris?Cy.parasitum tuum.
Me. Meum parasitum?certæ hic insanus est homo.
Mes. Dixin tibi esse hic sycophantas plurimos?
Quem tu parasitum quæris adolescens?Cy.meum
Pẽniculum.Mes.at eccum in uidulo ego saluum fero.
Cy. Menæchme nũ uero huc aduenis ad prandium?
Mẽ. Nunc ipsi naturæ deo mihi responde
Adolescens.quibus hic pretiis porci ueneunt
Sacres:sinceri?nummum unum en a me accipe
Iube te piari.de mea pecunia
Nam ego quidem insanum esse te certo scio:
Qui mihi molestus homini ignoto:quisquis es.
Cy. Cylindrus ego sum.non nosti nomen meum?
Me. Seu tu cylindrus:seu choriendrus:perieris.
Ego te non noui.neq nouisse adeo uolo.
Cy. Est tibi menæchmi nomen tantum:quod sciam.
Me. Pro sano loqueris:qui me meo appellas nomine.
Sed ubi nouisti tu me.Cy.ubi ego te nouerim:
Qui amicam habeas heram meam hanc erotium.
Me. Neq hercle habeo:neq ego te:quis homo sis:scio.
Cy. Non scis quis ego sim:qui tibi sæpissime
Cyathisso apud nos:quando potas.Mes. hei mihi
Quum nihil est:qui cum illi homini diminuam caput.
Me. Tun cyathissate mihi soles?qui ante hunc diem
Epidamnum nunq̃ uidi:neq ueni.Cy.negas?
Me. Nego hercle uero.Cy.non tu in illisce ædibus.
Habitas.Me. dii illos homines qui illic habitãt perduint.
Cy. Insanit hic equidem:qui ipse maledicit sibi.
Audin menæchme?Me.quid uis?Cy.si me consulas:
Nummum illum:quem mihi dudum pollicitus dare:
(Nam tu quidem hercle certo non sanus satis
Menæchme:qui nunc ipsus maledicas tibi?)
Iubeas:si sapias:porculum afferri tibi.
Mes. Tu hercle insanus homo es multum & odiosus mihi.
Cy. Solet iocari sæpe mecum illo modo.
Quauis ridiculus est:ubi uxor non adest.
Me. Quis ais tu?Cy.quiduis inquã?satin hoc quod uides
Tribus uobis obsonatus:an obsono amplius
Tibi:& parasito:& mulieri?Me. quas mulieres:
Quos tu parasitos loquere?Mes.quod te urget scelus:
Qui huic sis molestus?Cy.quid tibi mecum est rei?

Sacres sinceri.nũmũ unũ en a me accipe. ṽsus hic ita scribẽdus ẽ:metri necessitate: & sniæ cõcinnitate. nec dimittẽda sunt illa ṽba:unũ en.aliter.n. ṽsus nõ staret. qđ Pius interpres arrogãs nõ aduertit: truncũ interim legens uersum.

Nã ego qdẽ insanũ. ego qdẽ scribẽ. ẽ: metri necessitate:& non eqdẽ:ut Pius legit cõtra metri ipsius rõnẽ: cui.v.tm̃ pedes eẽnt. quũ sex debeãtur qđ a Pio commentatore non est uisum.

Qui cũ illi hoi.i.cũ quo.& ita addendũ ẽ: cum:metri necessitate.nam qnq tm̃ pedibus cõstaret ṽsus.cui sex debentur.& neq hoc a Pio interþte uisum ẽ. In illisce ædibus.scribe. addita præpositione:in: & metri necessitate.& grãmaticæ obseruatione.nõ .n.dicimus tu hitas illis ædibus.sed in illis. q̃ utiq Pius iperitus non aduertit absq þpositione legens.

Tu hercle isanus hões multũ & odiosus mihi.ita scribẽdũ uersum hunc cẽsemus.ut metricæ rõni: & sniæ cõcinnitati factũ sit satis.nec sic dimittẽdus ẽ mutilus:absq uoce illa: insanus.& iterpositione cõiũctionis:&: quæ etiã in codicibus antiqs ẽ.ut fecit pius inþpres plauti fœdus.

Quod te urget scelus q huic sis mol.hic þponi debet persona Messenionis pro dño suo contra cylindrũ ṽba faciẽtis.& illũ icrepantis:q molestus sit hero suo.& scribendũ est sis.a uerbo sum.& nõ scis a uerbo scio.

Vidulum

Porci sacres

Cylindrus Choriendrus.

Sæpissime. Cyathisso.

Quid tibi mecum est.rei:& hic þponi debet.Cylindri persona.& non Menæchmi.ut Pius scriptum reliquit:nullum sententiæ tenens ordinem neq intellectum.

Ego te non noui:cum hoc quem noui:fabulor.
Me. Non ædepol tu homo fanus es:certo fcio.
Cy. Iam ergo hæc mandentur faxo.nihil morabitur.
Proin tu nequo longius abeas ab ædibus.
Nunquid uis?Me. ut eas maxumam in malam crucem.
Cy. Ire hercle melius eft te intro.atq; accumbere.
Dum ego hæc appono ad uolcani uiolentiam.
Ibo intro:& dicam te hic aftare erotio.
Vt te hinc abducat potius:q̃ hic adftes foris.
Me. Iam ne abiit ille?ædepol haud mendacia
Tua uerba.Mef.exterior fis.obferuato modo
Nam iftic meretricem credo habitare mulierem:
Vt quidem infanus ille dixit:qui hinc abiit modo.
Me. Sed miror qui ille nouerit nomen meum.
Mef. Minime hercle mirũ.morem hunc meretrices habent.
Ad portum mittunt feruulos:ancillulas:
Si qua peregrina nauis in portum aduenit:
Cuiatis. Rogitant cuiatis fit:quid ei nomen fiet:
Poft ille extemplo fe applicant:adglutinant:
Si pellexerunt:perditum amittunt domum.
Me. Sane cenfeo.Mef.nunc in iftoc portu ftat nauis:
Abfqua cauendum eft nobis prædatoria.
Me. Mones quidem hercle recte.Mef.tum demum fciam.
Recte monuiffe:fi tu recte caueris.
Tace dum parũper:nam concrepuit oftium.
Videamus qui hinc egreditur.hoc ponam interim.
Nauales pedes. Abferuatote hæc fulcis nauales pedes.

Erotium.Cylindrus.Menæchmus.Meffenio.

Er.  Ine fores fic.abi.nolo operirier.intus para. vii
Cura tu qd' opuft.Cy.fiat.Er.fternite lectos.incendite
Odores.mundicia illecebra animo eft amantium.
Amanti amœnitas malo:fed nobis eft lucro.
Sed ubi nam eft ille:quẽ coquus mihi ante ædis effe ait
Atq; eccũ uideo qui mihi ufui eft.& plurimum
Prodeft.item huic ultro fit ut meret:potiffimus
Vt noftræ domui fit.nunc eum adibo atq; ultro alloquar.
Animule mi menæchme cur uideo te ftare hic foris:
Fores cui pateant magis q̃ domus tua:domus quũ hæc tua fit?
Prandium:ut iuffifti:hic curatũ ubi lubet:ire accubitũ licet.
Me. Q ui cũ hæc mulier loquit?Er.eqdẽ tecũ.Me.qd mecũ tibi
Fuit unq̃.aut nunc eft negocii?Er.quia pol te unũ ex oibus
Venus uoluit me magnificare.neq; id imerito tuo.
Nam ecaftor folus bene factis me florentem facis.
Me. Certo hæc mulier aut infana:aut ebria eft meffenio.

Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.
Mes. Dixin ego isthæc hic solere fieri.folia nunc cadunt.
Nunc si triduum hoc hic erimus:tum arbores inte cadent.
Nam ita sunt hic meretrices omnes illecebræ argentariæ.
Sed sine modo hãc cõpellare heus mulier tibi dico. Er.qd est?
Mes. Vbi tu hunc hominẽ nouisti.Ero.ibidem:ubi hic me:iam diu
In epidamno.Mes.in epidamno.qui hic.in hanc urbem pedem
Nisi hodie nunq̃ intro tetulit.Er.eia delitias facis
Mi menæchme.quin amabo is intro?hic tibi erit tectius.
Me. Hæc equidem ædepol recte appellat me meo mulier nomine.
Nimis miror:quid hoc sit negoci.Mes.oboluit marsupium
Huic istuc:quod habes.Me.atq; ædepol monuisti probe.
Accipe dum hoc.iã scibo utrũ hæc me mage amet:an marsupiũ.
Er. Eamus intro ut prandeamus.Me.bene uocas gratia est.
Er. Cur igitur tibi me iussisti coquere dudum prandium?
Me. Ego ne te iussi coquere?Ero.certo tibi & parasito tuo.
Me. Cui malum parasito?certe hæc mulier non sana est satis.
Er. Peniculo.Me.quis is est peniculus?qui extergentur baxeæ?
Er. Scilicet qui dudum tecum uenit:quom pallam mihi
Detulisti:quam uxori subripuisse aiebas tuæ.
Me. Tibi pallam dedi:quam uxori meæ surripui?sana ne es?
Certe hæc mulier canterino ritu astans somniat.
Er. Qui lubet ludibrio habere me:atq; ire inficias mihi:
Facta quæ sunt?Me.dic quid est id quod negem quod fecerim?
Er. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris.Me.iam nunc nego
Ego quidem.neq; unq̃ uxorem habui:neq; habeo.neq; huc unq̃
Postq̃ sum natus:intra portam penetraui pedem.
Prandi in naui.inde huc sum egressus.te conueni.ecce rem.
Er. Perii misera.quã tu nunc mihi nauem narras.Me.ligneam
Sæpe tritam:sæpe fixam:sæpe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis:palus palo proximus est.
Er. Iam amabo desine ludos facere.atq; i hac mecum simul.
Me. Nam quem mulier aliũ hominẽ non tu me quæritas.
Er. Non ego te noui menæchmum moscho prognatum patre:
Qui syracusis perhibere natus esse in sicilia:
Vbi rex agathocles regnator fuit.& iterum pythia:
Tertiũ olympia:qui in morte regnum hieroni tradidit.
Me. Nunc heroas haud falso mulier prædicas.Mes.pro iupiter
Nunc isthæc mulier illinc uenit:quæ te nouit tam cate.
Me. Hercle opinor pernegari non potest.Mes.ne feceris.
Peristi:si intrassis intra limen.Me.quin tu tace modo.
Bene res geritur.assentabor quicquid dicet.mulier.
Si possem hospitium nãcisci.iam dudum mulier tibi

Canterino.& non cantharidũ:ut.G.merula.neq; cantharino ut Pius:& uterq; inscite:& contra metri rationẽ:scripsere.hoc ãt ex codicibus ãtiqs:recta lege carminis:& snīæ concinnitate.qñ notum est canterios equos uidelicet stãtes dormitare.ac somniare:ut Ply.lib.x.c.ultimo testatur.

Pellionis & non celionis.ut pius exponit nullibi utputo lectũ:neq; ad snīam prsus faciens.nã ita codices antiqui habẽt:& snīæ optime congruit:qa queadmodum pelles pellibus assutæ uestes pelliceas faciũt:quaq; artifices pelliones uocantur:ipsorumq; ea supellex ẽ:ita pali palis iuncti nauim facere uidentur.pellionis uocabulo usus quoq; est lampridius in Alexandro Seuero his ṽbis.braccarioq;:linteonum:uitreariorum:pellionum:plaustrariorum.

Iterũ pythia.tertiũ olympia.ex Hermolao barbaro.& subaudiendum uicit.

Heroas.& non heroes.scribendũ est.ex lege carminis.ubi pes est ãphitri.aliter tres syllabæ longæ essent huic carminis generi non conuenientes.

Mulier.metri necessitate:snīæ congruitate:non mulieri.

In epidãno
Marsupiũ.
Peniculus.
Baxeæ.
Tibi pallam.addendus fuit hic ṽsus.ex codicibus antiquis.
Penetraui pedem.
Prandi
Pelliones.
Cate.

Non imprudens aduersabar.hunc metuebam ne meæ
Vxori renunciaret de palla:& de prandio.
Nunc quando uis eamus intro.Er.etiā parasitum manes?
Me. Neq̧ ego illum maneo neq̧ floccifacio.neq̧ si uenerit
Eum intromitti uolo.Er.ecastor haud inuita fecero.
Me. Sed scin qd te amabo ut facias impero?Er.quid uis modo?
Me. Pallam illam quā dudum dederam:ad phrygionem ut deferam
Vt recōcinnetur.atq̧ ut opera addantur quæ uolo.
Er. Hercle quin tu recte dicis.Me.eadem ignorabitur.
Ne uxor cognoscat te habere.si in uia conspexerit.
Ero. Ergo mox auferto tecum quādo abibis.Me.maxume.
Er. Eamus intro.Me.iam sequar te.hunc uolo etiam colloqui.
Eo messenio accede huc.Me.quid negocii est suscipi?
Quid eo opus est?Me.scio:ut me dicas tanto nequiorem.
Habeo prædam.tantum incœpi operis.& quantum potes:
Abduc istos in tabernam actutum diuersoriam.
Tu facito ante solis occasum ut uenias aduorsum mihi.
Mes. Non tu istas meretrices nouisti here.Me.tace inquam mihi
Dolebit:non tibi.si quid ego stulte fecero.
Mulier hæc stulta.atq̧ inscita est.quantū prospexi modo.
Est hic præda nobis.Mes.peri.Me.iam ne abis.Mes.peri.tibi ꝓbe.
Ducit lembum dierectum nauis prædatoria.
Sed ego inscitus:qui hero me postulem moderarier.
Dicto me emit audientem:haud imperatorem sibi.
Sequimini:ut quod imperatū est:ueniam aduorsum tempi.

Floccifació Haud iuita.ex codicibus antiqs.& sniæ cōformitate. Phrygione. Reconcinnari. Suscipi: Dierectum Imperator.

Peniculus. Parasitus. vii

PLus triginta annis natus sum:quom ego interea loci
Nunq̄ quicq̄ facinus feci peius:neq̧ scelestius:
Quā hodie:quom in cōtionē mediā me imersi miser.
Vbi ego memet:menæchmus se subterduxit mihi.
Atq̧ abiit:ad amicam credo.neq̧ me uoluit ducere.
Vt illum dii omnes perduint:qui primus cōmentus est
Contionem habere:quæ homines occupatos occupat.
Nanq̧ ad eam rem ociosos homines decuit deligi:
Qui nisi adsint:quom citentur:census capiant illico.
Affatim est hominum in dies:qui singulas escas edunt.
Quis negoci nihil est.qui esum neq̧ uocantur:neq̧ uocant.
Hos oportet contioni dare operam:atq̧ comitiis.
Si id ita esset:non ego hodie perdidissem prandium:
Cui tam credo datum uoluisse:q̄ me uideo uiuere.
Ibo etiamnū.relliquiarū spes animum oblectat meum.
Sed quid ego uideo menæchmum?cum corona exit foras?
Sublatum est conuiuium edepol uenio aduorsum tempi.

Contio. Nāq̧. scribendū est: sniæ cōgruitate.& ex codi.ātiqs.ī qbus scriptū est. Nā ad eā rem.

Menæchmus. Peniculus.


Otin ut quiescas:si ego tibi hanc hodie probe vi
Lepideq; concinnatam referam tempori?
Non faxo eam esse dices:ita ignorabitur.
Pe. Pallam ad phrygionem fert confecto prandio
Vinoq; e poto:parasito excluso foras.
Non hercule is sum:qui sum:ni hanc iniuriam
Meq; uultus pulchre fuero.obseruabo quid agat
Hinc primum.post hunc hominem adibo.atq; alloquar.
Me. Pro dii immortales.cui homini unq̄ uno die
Boni dedistis plus:qui minus sperauerit?
Prandi.potaui.scortum accubui atq; abstuli
Hanc:cuius hæres nunq̄ erit post hunc diem.
Pe. Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum.
Satur nunc loquitur de me:& de parti mea.
Me. Ast hanc dedisse me sibi:atq; eam meæ
Vxori subripuisse:quoniam sentio
Errare:extemplo:quasi res cum ea esset mihi:
Cœpi assentari:mulier quicquid dixerat:
Idem ego dicebam.quid multis uerbis opust?
Minore nusq̄ bene fui dispendio.
Pe. Adibo ad hominem.nam turbare gestio.
Me. Quis hic est:qui aduersum fit mihi? Pe.quid ais homo
Leuior q̄ pluma:pessime:& nequissime:
Hominis flagitium:subdole:ac minimi pretii?
Quid de te merui:qua me causa perderes?
Vt subripuisti te mihi dudum de foro?
Fecisti funus absenti me prandio
Cur ausus facere:quum ego ea qua tu eras eram?
Me. Adolescens quæso quid tibi mecum est rei?
Qui mihi maledicas ignoto insciens?an tibi
Malam rem uis pro maledictis dari postea?
Pe. Quid est?ædepol te dedisse intelligo.
Me. Responde adolescens quæso quid tibi nomen sit?
Pe. Etiam derides:quasi nomen non noueris?
Me. Non edepol ego te:quod sciam:unq̄ ante hunc diem
Vidi:neq; noui.uerum te hortor quisquis es.
Si æquum facias:ut mihi odiosus ne sies.
Pe. Non me nouisti? Me.non negem si nouerim.
Pe. Menæchme uigila.Me.uigilo hercle quidem:quod sciam.
Pe. Tuum parasitum non nouisti? Me.non tibi sanum
Adolescens sinciput intelligo.Pe.respondeas.
Subripuisti uxori tuæ pallam istanc hodie?

Hinc primũ post hũc hoiem adibo atq; alloquar. ita scribendus ẽ v̊sus:si mõ rõnẽ disciplinæ & legis metricæ habere uelimus nec sic dimittẽdus: ut quattuor tãtũ pedib9 gradiatur.ut Pius stolidus ĩterpres fecit scribens:hoiem post adibo atq; alloquar.

Atq; abstuli. addẽda ẽ cõiũctio atq;. ad uersus ĩtegritatẽ:q solis qnq; pedibus incederet.cõtra eiusce metri rationem.

Quid v̊bis opust. addẽdũ est opust. ad sensus & v̊sus integritatem: id quod Pius non aspexit.

Laborauisse:quũ hæc pater sibi diceret:
Tibi aras:tibi occas:tibi seris:tibi eidẽ metis:
Tibi denique:iste lætitiã pariet: obex.
Postq̃ recessit uita patrio corpore
Agrũ se uendidisse:atque ea pecunia
Nauim metretas quæ trecentas tolleret
Parasse:atque ea sese cis uectatum undique.
Adeo dum quæstum haberet:peperisset bona.
Me idem decere.si:ut deceret me: forem.
Ego me ubi inuisum meo patri esse intelligo
Atque odiosum:quod ei placeret æquum fuit:
Amens amansque:utut animũ offirmo meũ:
Dico esse iturum me mercatũ:si uelit.
Amotẽ missum facere me:dum illi obsequar.
Agit gratias mihi:atq; ingeniũ adlaudat meũ.
Sed mea promissa non neglexit persequi.
Aedificat nauim gerariã:& merces emit:
Parata naui iponit.præterea mihi
Talentũ argenti:ipse adnumerat sua manu.
Seruũ una mittit:qui olim a puero paruulo
Mihi pædagogus fuerat.quasi uti mihi foret
Custos.hisceq; confestim nauim soluimus.
Rhodum uenimus.ubi quas merces uexeram
Omnis:ut uolui:uendidi ex sententia.
Lucrum ingens facio:præterq̃ mihi meus pater
Dedit æstimatas merces.ita peculium

Amorem multos illexisse.scribendũ ẽ:metri necessitate:& sniæ concinnitate.nec legi potest.amatorẽ:ut Pius excors & delirus legendum censet.

Tibi occas.non occassis:metri ratio scribi iubet. qđ quidẽ Pius non uidit cõmentator legens occassis.

Atq; ea sese cis uectatum.scribendũ potius est si recti sniæ concinnitatem sequamur : q̃ iuxta Pii iterpretis correctionem:atq; ea semper cisuectatum.

Pepisset bona:ratio carminis:& sniæ concinnitas exigũt scribi: & non peperisse:ut Pius legit semisomnus.

Atq; odiosum:qđ ei placeret æquũ fuit.ita scribendus est uersus. ex parua mutatiõe litterarũ antiquoꝝ codicum:& sniæ congruitate.& recta metri concinitate.ne ut Pius cõmẽtator reliquit: uno pede mutilus cadat.

Nauis geraria.

Conficio grande. sed dum in portu ibi ambulo:
Hospes me quidā agnouit: ad cœnam uocat.
Venio. decumbo: accæptus hilare atq; ampliter.
Discubitum noctu ut imus: ecce ad me aduenit
Mulier: qua mulier alia nulla est pulchrior.
Ea nocte mecum illa hospitis iussu fuit.
Vosmet uidete: q̄ mihi ualde placuerit.
Postridie hospitē adeo. oroq; ut uendat mihi.
Dico eius pro meritis gratū me: & munem fore. Munem.
Q uid uerbis opus est mihi dedit. atq; aduexi heri.
Eam me aduexisse nolo resciscat pater:
Modo eā reliqui ad portū in naui: & seruolū.
Sed quid currentē seruū a portu conspicor.
Q uē naui abire uetui. timeo quid fiet.

Mihi dedit. atq; ad uexi heri. ita scribendū est: ut metricæ necessitati satisfactū sit. non aūt pro mihi emi scribendū est: absq; uerbo dedit: nec mutanda dictio mihi: quæ utiq; ī oībus est codicibus: ut Pius arroganter corrigit: & indocte.
Preuertier. legendū ē ex codicibus antiqs. & nō puerteris: ut in aliquibus scriptū erat contra snīæ congruitatem.

Acanthio. Charinus.

EX summis opibus uiribusq; usq; expire: nitere uiū
Herus ut minor opera tua seruetur: agedū acanthio
Abige abste lassitudinē. caue pigriciæ p̄uertier.
Simul enicat me spiritus. uix suffero hercle anhelitū.
Simul aūt plenissime eos qui aduorsum te eunt: aspellito
Detrude: deturba in uiā: nā hæc disciplina hic pessima est
Currenti atq; properāti haud quispiā dignū habet decedere
Ita tres simul tibi res agendæ sunt: q̄n unā occœperis:
Et currendū est: & pugnandū est: & etiā iurgandū in uia.

Ch. Quid id est: q̄ ille tā expedite exquirit cursuram sibi? Cursuram.
Cura est negoci quid sit: aut quid nunciet. Ac. nugas ago.
Quā maxime resisto: tā res in periculo uortitur.
Ch. Mali nescio quid nuntiat. Ac. genua hunc cursorē deserunt
Perii seditionē facit lien. occupat præcordia
Perii. animā nequeo uertere. Cha. nimis nihil tibi censiē.
Ch. At tu ædepol sume laciniā: atq; absterge sudorē tibi. Laciniam.
Ac. Nunq̄ ædepol oēs balneæ mihi hanc lassitudinē eximent.
Domin an foris dicā eē herum charinum? Cha. ego aī pendeo.
Quid illud sit negoci lubet scire me: ex hoc ut sim certus metu.
Ac. At etiā assisto. at etiā cesso foribus facere his assulas Assulas.
Aperite hoc aliquis. ubi charinus herus: domi ne est an foris?
Num quisq̄ adire ad hostiū dignū arbitratur. Cha. ecce me
Acanthio quē q̄ris. Ac. nusq̄ est. disciplina ignauior. (gocii?
Ch. Q uæ te male res agitāt? Ac. multæ here te atq; me. Cha. qd ē ne
Ac. Perimus. Ch. p̄cipiū inimicis dato. Ac. at tibi sortito id obtigit. Sortito
Ch. Loquere id negocii quid est. Ac. placide uolo adquiescere.
Tua causa rupi ramices. iādudū sputo sanguinē. Ramices
Ch. Resinā ex melle ægyptiā uorato. saluū feceris. Resinam

Ac. At ædepol tu calidã picẽ.bibito:ægritudo abſceſſerit.
Ch. Hominẽ pol iracundiorẽ q̃ te noui neminẽ.
Ac. At ego pol maledicentiorẽ q̃ te noui neminem.
Ch. Sin ego ſaluti quod tibi eſſe cenſeo:id conſuadeo.
Ac. Apage iſtius modi ſalutẽ:cũ cruciatu quæ aduenit.
Ch. Dic mihi an boni qd uſq̃ ẽ?quo quiſquã uti poſſit ſine oĩ malo?
Aut ne laborẽ capias cũ illo uti uoles?Ac.neſcio ego iſtec.
Philoſophari nunquã didici:neq; ſcio.ego bonũ: malũ (terã
Quo accedit:mihi dari haud deſidero.Cha.cedo tuã mihi dex-
Agedũ acanthio.Ac.en dabitur tene.Cha. uin mihi te obſequẽ-
tem eſſe:an ne uis?

Vin mihi te obſequentẽ eſſe:an ne uis? ita ſcribendum eſt profecto:& metri ratione: & ſermonis puritate. & non obeſſe ſequentem:ut Pius ruditer:& contra legẽ uerſus cõmentatur.

Ac. Opera licet experiri:qui me rupi currendo tua
Cauſa:ut quæ ſcirẽ:ſcire actutũ tibi liceret.Cha.liberũ.
Caput tibi faciã paucos menſis.Ac.palpo me percutis.

Palpo.

Ch. Ego ne auſim tibi uſquã quicquã facinus falſum proloqui?
Quin iã priuſq̃ ſim elocutus:ſciſſe:mentiri uolo.
Ac. Ah laſſitudinẽ hercle uerba tua mihi addunt.enicas
Siccine mihi obſequẽs es?Ch.qd uis faciã?Ac.tu ne?id qđ uolo
Ch. Quid ẽ id igiť qđ uis.Ac.dicã.Cha.dice.Ac.at eni placide uolo.
Ch. An dormiẽtis ſpectatores metuis ne e ſomno excites?
Ac. Væ tibi.tibi equidem a portu adporto hoc.Cha.qd fers? dic mi-
hi.Ac.uim metũ
Cruciatũ.curã.iurgiũ:atq; inopiã.Cha.perii tu quidẽ.
Theſaurũ huc apportauiſti mali.nullus ſum.Ac.imo es.Ch.ſcio
Iã miſeꝝ dices.Ac.tu dixiſti.ego taceo.Cha.quid iſtuc eſt mali?
Ac. Ne rogites.maximũ infortuniũ eſt.Cha. obſecro. diſſolue iã
Me.nimis diu animi pendeo.Ac.placide.multa exquirere etiã

Animi pendeo.

Prius uolo:q̃ uapulẽ.Cha.hercle uero uapulabis niſi
Iam loquere:aut hinc abis.Ac.hoc ſis uide.ut palpator nullus ẽ:
Quũ occœpit blãdior. Cha.obſecro hercle oroq; ut iſtuc qd ſiet
Actutũ indices:qñ quidem mihi ſupplicandũ ſeruulo
Video meo.Ac.tãdẽ idignus uideor?Ch.imo dignus.Ac.eqdem
Credidi.Ch.obſecro nũ nauis periit?Ac.ſalua eſt nauis:ne time.
Ch. Quid alia armam̃ta?Ac.ſalua & ſana ſũt.Ch.qn igiť tu expedis
Quid id ſiet:qđ me per urbem currens q̃rebas modo.
Ac. Orationem ex ore tu quidem mihi eripis tace.
Ch. Taceo.Ac.credo.ſi boni quid ad te nuntiẽ:inſtes acriter
Qui nunc malum quum eſt audiundũ:flagitas me ut eloquar.
Ch. Obſecro hercle te:iſtuc uti tu mihi malum facias palam.
Ac. Eloquar:qñ quidem me oras:tuus pater.Ch.quid meus pater?
Ac. Tuã amicã.Ch.qd eã?Ac.uidit.Ch.uidit eã pr̃?uæ miſero mihi
Hoc qđ te interrogo reſponde.Ac. quin tu ſi quid uis roga.
Ch. Qui potuit eã uidere pr̃?Ac.oculis.Cha.quo pacto?Ac.hianti-
Ch. Abi hinc directus a me.nugare in re capitali mea. (bus.

Ac. Qui malum ego nugor:si tibi:quod me rogas respondeo.
Ch. Certen uidit?Ac.tã hercle certe:q̃ ego nũc te:ac tu me uides.
Ch. Dic ubi eam uidit pater?Ac.itus ibi intra nauim:ut proræ astitit
Et cum ea cõfabulatus est.Ch.pdidisti me pater.eho tu:
Eho tu quin cauisti ne ue eam uideret uerbero?
Sceleste quin abstrudebas:ne conspiceret eam pater.
Ac. Quia enim negociosi eramus nos nostris negociis:
Armamentis cõponendis:& cõplicandis studuimus
Dũ aguntur hæc:lembo aduehitur tuus pater pauxillulo. Pauxillulo lembo.
Neq; hoiem quisq̃ cõspicatust:donec in naui super
Ch. Nequicq̃ ego mare subterfugi sæuis tẽpestatibus.
At equidem iam me censebam esse in terra:atq; in tuto loco.
Ve₂ me uideo nunc ad saxa ferri sæuis fluctibus.
Loquere porro quid sit actutũ.Ac.postq̃ ille aspexit mulierem:
Rogitare occœpit,cuius esset.Cha.quis respondit?Ac.illico
Occurri:atq; interpello:dico matri te ancillã tue emisse illam. Interpello.
Ch. Quid dixit?uisus tibi credere id?Ac.etiam rogas Subagitare
Sed eam scelestus subagitare occœpit.Cha.illam ne obsecro?
Ac. Mirũ quin me subagitaret.Cha.cor ædepol miserum meũ
Quod guttatim cõtabescit:quasi in aquam tu indideris salẽ.
Perii.Ac.hem nunc istuc unum uerbum dixisti uerissimum.
Ch. Stultitia istæc est.quid faciam cedo:nam non credet pater
Si illam matri meæ me emisse dicam.post aũt mihi
Scelus uidetur:me parenti proloqui mendacium.
Neq; ille credet.neq; credibile est forma eximia mulierẽ:
Eam me emisse ancillã matri.Ac.non taces stultissime.
Ac credet hercle:nam credebat iam mihi.Cha.metuo miser.
Ne patrẽ prendat:ut sit gesta res suspicio:hoc qđ te rogo
Responde.Ac.qd rogas?Cha.num esse amicã suspicari uisus ẽ.
Ac. Nõ.sed credebat.Cha.uæ mihi misero:nullus sũ.sed qd ego hic
In lamentando pereo.ad nauim eo:sequere.Ac.si istac ibis: In lamentando.
Cõmodum obuiam uenies patri.postq̃ aspiciet te timidũ esse:
Atq; exanimatũ:illico retinebit:rogitabit unde illam emeris.
Quanti emeris:timidũ tentabit te.Cha.quin hac ibo potius.
Iam censes patrẽ abiisse a portu?Ac.quin præcucurri hac gratia.
Ne te hic opprimeret ĩprudentem:atq; eiectaret.Cha.optime.

Demipho senex.


Iris modis dii ludos faciunt hominibus
Mirisq; exẽplis somnia insomnis danunt
Velut ego nocte hac quæ præteriit proxima.
In somnis egi satis.& fui homo exercitus
Mercari mihi uisus sum formosam capram.
Ei ne noceret quã domi ante habui caprã

yi Danunt. Danunt.p dant scribendum est potius ut iambici ratio carmis requirit.quæ iambum in.vi.exigit.& non donant ut Pius legit.

Neu díſcordarent:ſi ambæ in uno eſſent loco:
Poſterius q̃ mercatus fueram:uiſus ſum
Mihi in cuſtodiam ſimiæ concredere.
Ea ſimia adeo poſt haud multo ad me uenit.
Male mihi precatur:& facit conuitium
Ait ſeſe illius opera:atq; aduentu capræ
Flagitium & damnum feciſſe haud mediocriter.
Dicit capram quã dederam ſeruandam ſibi:
Ambediſſe Suæ uxoris dotẽ ambediſſe.oppido mihi
Illud uideri mirũ:ut una illec capra
Vxoris ſimiæ dotẽ exambederit
Inſtare factum ſimia:atq; hoc denique
Reſpondet.ni properẽ illã ab ſeſe abducere
Ad me domum:intro ad uxorẽ ductũrũ meã
Aſt non habere cui cõmendarem caprã
Atque oppido hercle bene uelle illi uiſus ſum.
Quid ais?quid facerẽ?cura cruciabar miſer.
Interea ad me hædus uiſuſt aggredirier:
Infit mihi prædicare ſeſe ab ſimia
Capram abduxiſſe.& cœpit irridere me.
Ego enim lugere.atque illã abductã conqueri
Hoc quã ad rem credam pertinere ſomniũ
Nequeo inuenire:niſi capram illam ſuſpicor
Iam me inueniſſe quæ ſit:aut quid uoluerit
Lucu. Ad portũ hinc abii mane cum lucu ſimul.
Poſtq̃ hic id qđ uolui tranſegi:atque ego conſpicor
Nauim ex rhodo qua eſt aduectus heri filius
Conlibitũ eſt illud mihi neſcio qui uiſere
Lembum. Aſcendi in lẽbum:atq; ad nauim adducor atq; ego
Illic aſpicio forma eximia mulierem
Filius quã aduexit meus matri ancillã ſuæ
Quã ego poſtq̃ aſpexi,non ita amo:ut ſani ſolent
Hoies.ſed eodẽ pacto ut inſani ſolent
Amaui hercle equidẽ ego olim in adoleſcentia
Verũ ad hoc exẽplũ nunquã ut nunc inſanio.
Vnũ quidẽ hercle iam ſcio periiſſe me
Voſmet uidete cæterũ quanti ſiem.
Nunc hoc profecto ſic eſt.hæc illa eſt capra:
Sed ſimia illa atque hædus timeo quid uelint:
Sed conticeſcam.uicinũ eccum.exit foras.

Demipho.Lyſimachus. Lorarii.

De. Rofecto ego illunc hircum caſtrari uolo. vi
P Ruri qui nobis exibet negocium.
Nec omen illud mihi nec auſpiciũ placet.

Quasi hircum metuo ne uxor me castret mea
Atq; illius hæc nunc simiæ partis ferat.
Ly. I tu hinc ad uillā. atq; istos rastros uillico
Pisto ipsi facito coram ut tradas in manū.
Vxori facito ut nunties: negocium
Mihi esse in urbe. ne me expectet: nam mihi
Tris hodie lites iudicandas dicito
Ei & hoc memento dicere. Lo. nunquid amplius?
Ly. Tantū est. De. lysimache salue. Ly. euge mi demipho
Salue. o quid agitur? quid fit? De. qđ miserrimus.
Ly. Dii melius faxint. De. di hoc quidē faciant. Ly. quid est?
De. Dicā. si uideā tibi operā esse: aut ocium.
Ly. Quāq̄ negociū est: si quid uis: demipho
Non sum occupatus unq̄ amico operā dare.
De. Benignitatē tuā mihi experto prædicas
Quid ego tibi ætatis uideor. Ly. acherunticus
Senex: uietus: decrepitus. De. peruorse uides
Puer sum lysimache septuēnis. Ly. sanun es
Qui puerū te esse dicis? De. uera prædico.
Ly. Modo hercle in mentē uenit: quid tu diceres.
Senex quū extēplo est: iam nec sentit: nec sapit.
Aiunt solere eum rursum repuerascere.
De. Immo bis tanto ualeo: q̄ ualui prius.
Ly. Bene hercle factū: & gaudeo. De. imo si scias
Oculis quoq; etiā plus iā uideo: q̄ prius.
Ly. Bene est. De. malā rē dico. Ly. iā istuc non bonū est.
De. Sed ausim ne ego tibi eloqui si quid uelim?
Ly. Audacter. De. animū aduorte. Ly. fiet sedulo.
De. Hodie ire in ludū occœpi litterarium
Lysimache. ternas scio iam. Ly. quid ternas? De. amo.
Ly. Tun capite cano amas senex nequissime?
De. Seu canū: istuc seu rutilū: siue atrū st amo.
Ly. Ludificas nunc tu me hic opinor demipho.
De. Decide mihi collū: si falsum ad te loquar:
Vel ut scias me amare: cape cultrū: seca
Digitū: uel aurē: uel tu nasum: uel labrum:
Si mouero me: seu secari sensero
Lysimache: autor tibi sum: ut amando me enices.
Ly. Si unquā uidisti pictū amatorē. hem illhic est.
Nam meo quidē animo uetulus decrepitus senex
Tantūdem est: quasi sit signū pictū in pariete.
De. Nunc tu me credo castigare cogitas.
Ly. Egon te? De. nihil est iam: quod tu mihi succenseas

Victus.
Acheruticus senex.
Septuēnis.

Diceres. ex codicibus antiquis. & sententiæ congruitate: & nō dicere: subintelligendo poteris: ut insulse exponit Pius.

Repuerascere.

Bis tanto

Ternas p tes.

Fecere tale ante alii spectari uiri.
Humanum amarest.humanū aūt ignoscere est.
Nescis.ne obiurga hoc.non uolunras me ipulit.
Ly. Q uin nō obiurgo.De.at ne deteriorē tamen
Hoc facto ducas.Ly.ego ne te:athenæ desciuerint.
De. Vide sis me etiā.Ly.uisunst.De.certen:Ly.perdis me.hic
Homo ex amore insanit.nunquid uis.De.uale.
Ly: Ad portū propero nam ibi mihi negocium est.
De. Bene ambulato.Ly.bene ualeto.De.bene sit tibi.
Q uin mihi quoq; etiā est ad portū negociū
Nunc adeo illuc ibo sed optime gnatum
Meum uideo eccum opperiar hominē.hoc nunc mihi
Viso opus st:huic persuadere quomodo sim potis
Vt illam uendat:nc ue det matri suæ
Opus præcauto. Nam ei dono aduexe audiui.sed præcauto opust
Ne ad illā me animū adiecisse aliqua sentiat.

Charinus.Demipho. vii



Omo me misior null9 ē æque opinor.neq; aduersa cui
Plura sint sempiterna.satin est:ut qeqd agere occœpi.
Propriū diuturnū perpetuum Non. Propriū nequit mihi euenire quod cupio.ita mihi.
Mala res aliqua obiicitur.bonūq; meū consiliū opprimit
Miser mihi amicā paraui animi causa eripui pretio:
Clā patrē. Ratus clā patrē meū posse habere.is resciuit:& uidit.
Et perdidit me.neq; is quū roget:quid loquar cogitatūst mihi.
Ita animi decē pectore incerti certant.nec quid corde nunc
Consiliū capere possim scio.tantus cū cura meo est
Error aio.dum mei serui perplacet mihi consiliū
Dum rursum haud placet:nec pater potis uidetur induci
Vt putet matri ancillam emptā esse illā.si dico:ut res est
Atq; illā mihi me emisse indico.quēadmodū me existimet:
Hipmeter uersus. Atq; illā continuo abstrahat.trans mare hinc uenū asportet
Scio sæuus q̄ sit homo:& durus igitur hoccine est amare
Arare mauelim:q̄ sic amare.iam hinc olim
Inuitū domo extrusit abse:mercatum iussit ire.ibi
Hoc malū ego inueni:ubi ægritudo uoluptatē uincat
Q uid ibi inest amœni:nequicq̄ abdidi.abstrusam habebā illā.
Clam illū. Musca est meus pater.nihil potest clam haberi illum.
Nec sacrū:nec tam pphanū quicq̄ est:quin adsit ibi illico:
Nec qui rebus meis confidā mihi.ulla in corde est spes.
De. Q uid illud qd' solus secum fabulatur filius:
Solicitus mihi nescio quare uidetur.Ch.atat meus
Hic quidem pater est quē uideo ibo alloquar.quid fit pater:
De. Vnde incedis:quid festinas gnate mi:Ch.recte pater.

De. Ita uolo. sed istuc quid est tibi:qđ cõmutatus color est?
Num quid tibi dolet?Ch.nescio quid animo meo aegre ẽ pater:
Postea nocte hac quieui non satis ex sententia.
De. Per mare ut uectus:nunc oculi terram mirantur tui.
Ch. Magis opinor.De.id est ꝑfecto.uerũ actutum abscesserit.
Ergo aedepol.si sapias:eas:ac decumbas domi.
Ch. Ocium non est.mandatis rebus praeuorti uolo. Perendie.
De. Cras agito.perẽdie agito.Ch.saepe ex te audiui pater Praeuorti.
Mandatae rei omnis sapientis primum praeuorti decet.
De. Age igitur.nolo tuam aduorsari aduorsus sententiam.
Ch. Saluus sum:siquidem isti dicto solida:& perpetua est fides.
De. Quid illud:quod ille solus se in consilium se uocat?
Iam non uereor:ne illam amare me hic potuerit rescisceere.
Quippe haud etiam quicq̃ inepte feci:amantes ut solent.
Ch. Res adhuc quidem hercle in tuto st.nam hunc nescire sat scio
De illa amica.quid si sciret:esset alia oratio.
De. Quin ego huc aggredior de illa?Ch.quin ego hinc me amolior. Aggredior huc de illa.
Eo ego:ut quae mandat amicus.amicis tradam.De immo mane.
Paucula etiam sciscitare prius uolo.Ch.dic quid uelis. Paucula.
De. Vsq; ne ualuisti?Ch.perpetuo recte:dum quidem illic fui.
Verum in portũ ut huc sum aduectus:nescio qui animus dolet.
De. Nausea aedepol factum credo.uerum actutum abscesserit Nausea.
Sed quid ais?ecquam aduexti tuae matri ancillam.e rhodo?
Ch. Aduexi De.quid ea?ut uidetur mulier?Ch.non aedepol mala.
De. Vt morata est?Ch.nulla ut melius:mea sententia.
De. Sic quidem aedepol uisa st cum illam uidi.Ch.eo an uidisti pater?
De. Vidi.uerum non ex usu nostro st:neq; adeo placet.
Ch. Qui uero?De.quia non nostra formam habet dignam domo
Nihil opus nobis ancilla.nisi quae texat:quae molat:
Lignum cedat:pensum faciat:aedis uerrat:uapulet. Verrat.
Quaeq; habeat quottidianum familiae coctum cibum Nihilum quicq̃.
Horum illa nihilum quicq̃ facere poterit admodum.
Ch. Ea causa equidem illam emi:dono darem quam matri meae.
De. Ne des:ne ue te aduexisse dixeris.Ch.dii me adiuuant.
De. Labefacto paulatim.uerum quod praeterii dicere
Neq; matrem illa satis honeste tuam sequi poterit comes:
Neq; sinam.Ch.qui non?De.quia illa forma matrẽfamilias
Flagitium est:si sequatur:quando incedat per uias.
Contemplent.conspiciant:nutent:nictent:sibilent uellicent Contemplent.
Vocent:molesti sint:occentent noctu ad ostium Nictent.
Meae impleantur carbonibus elegiorum fores: Vellicent.
Atq; ut nunc sunt maledicentes:homines uxori meae

Mihiq; obiectent lenocinium facere.nam quid eo est opus?
Ch. Hercle quin tu recte dicis.& tibi ego assentior:
Sed quid illa nunc fiet?De.recto ego emero matri tuæ
Viraginem Addecet
Ancillam uiraginem aliquam non malam:forma mala
Vt matrem addecet familias:aut syram:aut ægyptiam:
Ea molet:conficiet pensum:pinsetur flagro.neq;
Propter eam quicq̃ eueniet nostris foribus flagitium:
Redhibere
Ch. Quid si igitur reddatur illi unde empta est?De.minime gentiũ.
Ch. Dixit se redhibere si non placeat.De.nihil istoc opust.
Litigare nolo ego uos.quam tuam autẽ accusari fidem:
Multo ædepol:si quid faciundũ est damni:mauolo
Opprobramentum.
Quã opprobramentũ aut flagitium muliebre efferri domo
Me tibi posse illam opinor luculente uendere.
Ch. Dum quidem hercle ne minoris uendas:q̃ emi ego pater.
De. Tace modo senex est quidam:qui illam mandauit mihi:
Vt emerem:ad istanc faciem.Ch.at mihi quidã adolescẽs pater
Mandauit:ad illam faciẽ:ita ut illa est:ut emerẽ sibi.
De. Viginti minis opinor posse me illam uendere.
Ch. At ego:si uelim iam dantur septem & uiginti minæ.
De. At ego.Ch.quin ego inquã.De.at nescis quid dicturus sum:tace.
accudere.
Tris minas accudere etiam possum:ut triginta fient.
Ch. Quo uortisti?De.ad illum qui emit.Ch.ubi nã est is hõ gentiũ?
De. Eccillum uideo.iubet quinq; me addere etiã nunc minas.
Ch. Hercle illunc dii infelicitent:quisquis est.De.ibidẽ mihi
adnutat.
Etiam nunc adnutat:addã sex minas.Ch.septem mihi
Nunq̃ ædepol me uincet.hic commodius poscit pater.
De. Nequicq̃ poscit:ego habeo.Ch.at illic pollicitust prior.
De. Nihili facio.Ch.quinquaginta poscit.De.non.centũ dantur:
Potin ut ne litiges aduersum animi sententiam?
Maximã hercle habebis prædam.ita ille est cui emitur senex:
Sanus non est ex amore illius:quod posces.feres.
Ch. Certo ædepol adolescens ille:cui emo:efflictim perit
Eius amore.De.multo hercle ille magis senex:si tu scias.
Ch. Nunq̃ ædepol fuit:neq; fiet senex insanior
Ex amore:q̃ ille adolescens:cui ego do hanc operam pater.
De. Quiesce inq̃:istãc rẽ ego recte uidero.Ch.quid agis?De.qd est?
Ch. Non ego illã mancupio accæpi:ille illã accæpit.De.sine.
Ch. Non potes tu lege uendere illã.De.ego aliquid uidero.
Ch. Post aũt cõmunis mihi illa est cũ alio:quid scio
Venire pro uendi.
Quid sit ei animi.uenire ne eam uelit:an non uelit.De.ego
Scio uelle.Ch.at pol ego esse credo aliquem:qui non uelit.
De. Quid mea id refert?Ch.quia illi suã rem esse æquũ est in manu:
De. Quid ais?Ch.cõmunis mihi illa est cũ illo.is nunc hic nõ adest.

Quo uortisti,somniatur hic Pius:dũ exponit hoc:in quos anfractus & lacinias emptionem uertere cupis &c.Immo sic melius e ponendum est:quo uortisti te.s.uertebat eni se charinus:ut ostenderet se cũ inspicere pro quo emebat:unde respondet:ad illum qui emit.&c.

Nunq̃ ædepol me uincet. hic cõmodius poscit pater. ita scribẽdus uersus est:partim ex codicibus antiquis.in quibus ferme ita scriptũ est:partim ex suiæ concinnitate,& metri necessitate & non hodie inueniet.hodie cõmodis poscit pater. ut Pius insulsus.& legis uersuũ iãbicorũ ignarus scribit.

Non.centũ dantur. ita scribendũ est.& nõ nam:ut oscitabundus Pius infit.est.n.respõsio demiphonis dicentis:non scilicet tu habebis mulierem ꝑtio quinquaginta minarum:quia is pro quo ego rem gero:centum dari iubet.

De. Prius respondes q̃ rogo. Ch. prius tu emis q̃ uendo pater.
Nescio inq̃ uelit ille illam nec ne abalienarier.
De. Quid? illic quidem qui mandauit: cum ille nolet. nihil agis
Nunq̃ ædepol quisq̃ illam habebit: potius q̃ ille quem ego
Volo certũ est. Ch. censes certũ? esse. De. qn ad nauim iã hinc eo.
Ibi uenibit. Cha. uin me tecum illo ire? De. nolo. Ch. non placet.
De. Meliust te quæ sunt mandatæ res tibi præuortier.
Ch. Tu prohibes. De. at tu excusato te fecisse sedulo
Ad portum ne ires: dico iam tibi. Ch. auscultabitur.
De. Ibo ad portum. & ne hic resciscat cauto opust. nõ ipse emam.
Sed lysimacho amico mandabo. is se ad portũ ire dixerat
Dudum. sed me moror. cum hic adsto. Ch. nullus sum. occidi.

Charinus. Eutychus. vii.


PEntheum diripuisse aiunt bacchas. nugas maximas
Fuisse credo: præ ut quo pacto ego diuorsus distrahor.
Cur ego uiuo? cur nõ morior? quid mihist in uita boni:
Certũst: ibo ad medicum. atq; ibi me toxicõ morti dabo:
Quando mihi adimitur: qua causa uitam cupio uiuere.
Eu. Mane obsecro charine. Cha. qui me renocat? Eu. eutychus
Tuus amicus & sodalis: simul uicinus proximus.
Ch. Non tu scis: quantũ malarum rerum sustineam. Eu. scio
Omnia ego istæc. auscultaui ab ostio. omnem rem scio.
Ch. Quid id est quod scis? Eu. tuus pater uult uendere. Ch. tẽ tenes.
Eu. Tuã amicã. Ch. nimiũ multũ scis. Eu. tuis igratiis.
Ch. Plurimũ. tu scis. sed qui scis esse amicam illã meam?
Eu. Tu te ipsus heri mihi. Ch. satin ut oblitus fui tibi
Me narrauisse. Eu. haud mirum factum est. Ch. te nunc cõsulo.
Responde quo letho censes me ut pereã potissimum?
Eu. Non taces? caue istuc dixeris. Ch. quid uis me igitur dicere?
Eu. Vin patri sublinire pulchre os tuo? Ch. sane uolo.
Eu. Vis ne eam ad portum? Ch. quid potius q̃ uoles? Eu. atq; eximã.
Mulierẽ prætio? Ch. qd potius quã auro expẽdas? Eu. unã at id?
Ch. Achillem orabo mihi aurũ ut det: hector q expensus fuit.
Eu. Sannn es? Ch. pol. sanus si sim: præ te medicũ mihi expetam.
Eu. Tanti quanti poscit: uin tanti emi illam? Ch. auctarium
Adiicito uel mille nummum plusq̃ poscet. Eu. iam tace
Sed quid ais? unde erit argentũ: quod desiquũ poscet pater?
Ch. Inuenietur: exquiretur: aliquid fiet. Eu. enicas.
Iã istuc aliquid fiet metuo. Ch. quin taces? Eu. muto imperas.
Ch. Satin istuc mandatũst? Eu. potin ut aliud cures? Ch. nõ potest.
Eu. Bene uale. Ch. non possum: priusq̃ tu ad me redieris.
Eu. Melius sanus sis. Ch. uale. uince & me serua. Eu. ego fecero.
Maneto domi me ergo. Ch. actutum face: prædam ut recipias.

Venibit.
Præuortier

Pentheum trisyllabũ.

Quid potius q̃ uoles? ita scribendus uersus est. ex codicibus antiquis: & recta snia. quæ est: ut dicat charinus: quid potius mihi optãdũ. s. est: q̃ ut uoles. i. ut citissime eas: & tanq̃ uolucris uoles a uolo as. scilicet. non a uolo uis. ut insipide atq; insulse exponit Pius: dicens q̃ uolã: contra etiã grammaticæ rationem.

Ingratiis.

Vnde at id? scribẽdũ est: non unde aũt erit id: ut corrigit Pius: mẽtiẽs ita habere ueteres codices. qd utiq; v̄sus nõ pateretur. abũdaret eni pes unus. & subaudiendum erit.

Statim.

Sublinire os.

Me ergo. scribendũ est ex antiquis codicibus: & si metri rõni: & sniæ cõgruitati cõsultũ uelimus. nõ mei ergo. i. causa mea ut fabulatur Pius: nouitatum curiosus.

Auctariũ.

Actutum face prædã ut recipias. ita scribendum est ex antiqs codicibus: hoc sensu fac o eutyche: ut q̃ primũ pasicõpsam recipias: nec eam amittas. non cum præda ut Pius insulse corrigit cõtra etiam uersus rationem.

Lysimachus. Pasicompsa. vii & una syllaba.



Mice amico operam dedi. uicinus quod rogauit.
Hoc emi mercimonium. mea es tu. sequere sane.
Ne plora. nimium stulte facis. oculos corrumpis talis:
Quin tibi quidem quod rideas magis est: q̃ ut lamentere.
Pa. Amabo ecastor mi senex eloquere. Ly. exquire quid uis.
Pa. Cur emeris me. Ly. te ne. ego? ut quod imperetur facias
Item. Pa. quin si imperes tu mihi ego faciam. facere certum
Laboriose. Pro copia & sapientia: quæ te uelle arbitrabor.
Ly. Laboriosi nihil tibi quicq̃ operis imperabo.
Pecua. Nu tricare. Baiulare. Pa. Nam ædepol equidem mi senex. non didici baiulare:
Nec pecua ruri pascere: neq; pueros nutricare.
Ly. Bona si esse uis: bene erit tibi. Pa. tum pol ego peri misera.
Ly. Qui? Pa. quia ibi unde huc aduecta sum: malis bene eẽ solitũst:
Nec mos meust: ut prædicẽ: quod ego omnis scire credam.
Ly. Oratio ædepol pluris est huius: q̃ quanti hæc empta est
Quasi dicas nullam mulierem bonam eẽ. Pa. haud equidẽ dico.
Ly. Rogare hoc unum te uolo. Pa. roganti respondebo.
Ly. Quid ais tu? quod nomen tibi dicam esse? Pa. pasicompsæ.
Ly. Ex forma nomen inditũ est. sed quid uis pasicompsa?
Subtegmẽ. Possin tu si usus uenerit: subtegmen tenue nere?
Neminem foeminino genere. Pa. Possum. Ly. si tenue scis: scio te uberius posse nere.
Pa. De lanificio neminem metuo: una ætate quæ sit.
Ly. Bonam hercle te & frugi arbitror: matura iam inde ætate
Quum scis facere officium tuũ. Pa. a muliere docta didici.
Operam accusari non sinam meam. Ly. hem istec hercle res est.
Quem tibi ecce illam dabo: natam annos sexaginta
Peculiarem. Pa. mi senex tam uetulam? Ly. generis gratist.
Eam si curabis perbona est. tondetur nimium scite.
Pa. Honoris causa quicquid est: quod dabitur: gratum habebo.
Ly. Nunc mulier ne tu frustra sis. mea non es. ne arbitrere.
Cuia sum. Pa. Dic, igitur quæso cuia sum. Ly. tuo hero redempta es rursum.
Ego te redimerem ille me orauit. Pa. animus iam rediit.
Si mecum seruatur fides. Ly. bono animo es. liberabit
Illic te. homo ædepol deperitrat q; hodie primum uidit.
Pa. Ecastor iam biennium est quum mecum rem ille coepit
Nunc quando amicum te scio esse illius: indicabo.
Ly. Quid ais tu iam biennium est quum tecum habet rem. Pa. certe.
Et inter nos coniurauimus: ego cum illo: & ille mecum
Ego cum uiro: & ille cum muliere nisi cum illo: aut ille mecum
Limaret caput. Neuter stupri causa caput limaret. Ly. di immortales.
Etiam cum uxore non cubet. Pa. amabo an maritus est is?
Neq; est: neq; erit. Ly. nolim quidẽ. uerũ homo hercle periurauit;
Pa. Nullum adolescentem plus amo. Ly. puer est ille quidem stulta:

Nam illi quidem haud sane diust:cum dentes exciderunt.
Pa. Q uid dentes?Ly.nihil est.sequere sis hic me.diē unū orauit:
Vt apud me perhiberem sibi locum:ideo quia uxor ruri est. Ruri est.

Demipho. vi



Andem impetraui ut egomet me corrumperem.
Empta est amica mihi clam uxore & filio.
Certūst antiqua recolam.ut seruibo mihi Seruibo.
Decurso in spacio:breue quod uitæ reliquiūst. Reliquum
Voluptate:uino:& amore delectauero.
Nam hanc se bene habere ætatem nimio est æquius.
Adolescens quum sis:tum quum est sanguis integer:
Rei quærendæ tuæ conuenit operam dare.
Demum igitur quum senex sis.tunc in ocium
Te colloces:dum potes.si uales:id iam lucrost:
Q uominus hoc ut ego dico factis persequar?
Interea tamen huc intro ad me inuisam domum.
Vxor me expectat iam dudum esuriens domi.
Iam iurgio enicabit si intro rediero. Enicabit.
Verum hercle postremo ut ut est:non ibo tamen.
Sed hunc uicinum prius conueniam:q̄ domum
Redeam ut mihi ædis aliquas conducat uolo.
Vbi habitet istec mulier:atq; eccum it foras.

Lysimachus.Demipho. vi



Dducam ego illum iam ad te:si conuenero.
De. Me dicit.Ly.quid ais demipho?De.est mulier domi?
Ly. Q uid censes?De.quid si uisam?Ly.qd ꝑperas mane?
De. Q uid faciam?Ly.quid?quod opus est facito:ut cogites.
De. Q uid cogitem equidem.hercle opus hoc facto existimo:ut
Illuc introeam.Ly.ita ne uero uerbex introeas? Verbex
De. Quid aliud faciam?Ly.prius hoc ausculta:atq; hic ades:
Prius etiam est quod te facere ego æquum censeo:
Nam nunc si illo introires:amplecti uoles.
Confabulari atq; osculari.De.tu quidem
Meum animum gestas.scis quod acturus siem.
Ly. Peruorse facies.De.quod ne ames?Ly.tanto minus
Q uum sis iam ætatis plenus:anima fœtida
Senex hircosus:tu osculere mulierem:
Vti ne ei adueniens uomitum excutias mulieri.
De. Scio pol te amare.quom istæc præmonstras mihi.
Ly. Q uid si igitur cœnam faciam?De.hoc si censes:coquum
Aliquem arripiamus:prandium qui percoquat
Apud te hic usq; ad uesperum.Ly.hem istuc censeo: Vesperū.
Nunc tu sapienter loqueris atq; amatorie.

De. Quid stamus? quin ergo imus: atq; obsonium
Curemus: pulchre ut simus. Ly. equidem te sequor:
Atq; hercle inuenies tu locum illi si sapis.
Nullum hercle praeter hunc diem: illa apud me erit.
Metuo ego uxorem. cras si rure redierit:
Ne illam hic offendat. De. res parata st. sequere me.

Charinus. Eutychus. vii

Amphymacrus est: ut saepe est in his uersibus. vii. pedū. in quacūq; sede.

Exulatum.

S Vm ne ego miser: qui nusq̄ bene queo quiescere.
Si domi sum: foris ē animus. sin foris sum: aius domi ē.
Ita mihi in pectore atq; in corde facit amor incendium.
Ni ex oculis lachrymae descendant: iam ardeat credo caput.
Spem teneo. salutem amisi. redeat an non: nescio.
Si opprimit pater: quod dixit: exulatum abiit salus.
Sin sodalis quod promisit fecit: non abiit salus.
Sed tandem si podagrosis pedibus esset eutychus:
Iam a portu redisse potuit. id illi uitium maximū st.
Quod nimis tardus est aduorsum mei animi sententiam.
Sed is ne est: quem currentem uideo? ipsus est. ibo obuiam.
Diuum atq; hominū: quae spectatrix atq; hera eadē es hoibus.
Spem speratam cum obtulisti hunc mihi. tibi grates ago.
Nunquid restat? & hei disperii. uoltus neutiq̄ huius placet.
Tristis incedit. pectus ardet. haereo. quassat caput.
Eutyche. Eu. heu charine. Cha. priusq̄ recipias anhelitum
Vno uerbo eloquere: ubi ego sum: hiccine an apud mortuos?
Eu. Neq; apud mortuos: neq; hic es. Cha. Saluus sum. immortalitas.
Mihi data est. hic emit illam. pulchre os subleuit patri.

Impetrabilior.

Impetrabilior qui uiuat nullus est. dico. obsecro
Si neq; hic: neq; acheronti sum: ubi sum? Eu. nusq̄ gentium.
Ch. Disperii. nam illec interemit modo me oratio.
Odiosa ne oratio est quum rem longinquā agas loqui
Equidem ad capita rerum peruenias. Eu. primum periimus.
Ch. Quin tu illud potius nuntias mihi: quod nescio.

Capital.

Eu. Mulier alienata est abs te. Cha. eutyche capital facis.
Eu. Qui? Cha. quia aequalem & sodalem ciuem liberum enicas.
Eu. Ne dixeris. Cha. demisisti gladium in gulam. iam cadam.

Desponde animum.

Eu. Quaeso hercle animū ne desponde. Cha. nullus ē quē despōdeā.
Loquere porro aliam rem malam. cui est empta? Eu. nescio.

Addicta.

Iam addicta: atq; abducta erat. cum ad portū uenio. Ch. uae mihi
Montis tu quidem mali in me ardentis iam dudum iacis.
Perge. excrucia carnifex. quandoquidem occoepisti semel.

Diuidiae.

Eu. Nec tibi istuc magis diuidiae est: q̄ mihi fuit hodie.
Ch. Dic quis emit? Eu. nescio hercle. Ch. hem istuc inest: operā dare
Bonum sodalem. Eu. quid me facere uis? Cha. id quod me uis?

Vt pereas.quin percontatus hominis quæ facies foret
Q ui illam emisset.eo si pacto posset indagarier
Mulier.heu me miserũ.Eu.fiet.Cha.omitto istuc quod nũc agis.
Eu. Q uid ego feci?Cha.perdidisti me:& fidem mecum tuam.
Eu. Dii sciunt culpam meam istanc non esse ullam.Cha.eutyche
Deos absentes testis memoras.qui ego istuc credam tibi?
Eu. Q uia tibi in manu est:quod credas.at ego quod dicam:id mihi
Mea in manu est.Cha.de hac re es argutus:ut par pari respõdeas
Ad mandata.claudus.cæcus.mutus.mancus.debilis.
Promittebas te os sublinier patri meo.egomet. Sublinier.
Credidi:homini docto rem mandans:lapidi maximo.
Eu. Q uid ego facerem?Cha.quid faceres?men rogas?requireres:
Rogitares:quis esset?aut unde esset?qua prosapia.
Ciuis ne esset:an peregrinus.Eu.ciuem esse aiebant atticum.
Ch. Vbi habitaret inuenires saltem:si nequires eum.
Eu. Nemo aiebat scire.Cha.at saltem hominis faciem exquireres.
Eu. Feci.Cha.qua forma esse aiebant?Eu.ego dicam tibi.
Canum.uarium.uentriosum.bucculentum breuiculum Ventriosũ.
Subnigris oculis:oblongis malis:pansum aliquantulum. bucculẽtũ.
Ch. Non hominem mihi:sed thesaurum nescio quem memoras mali.
Nunquid est:quod dicas aliud de illo?Eu.tantum quod sciam
Ch. Aedepol næ ille oblongis malis dedit mihi magnum malum.
Non possum durare certũst exulatum hinc ire me. Exulatum.
Sed quam capiam ciuitatem cogito potissimum.
Megara:eretriam:chorinthum:chalcidem:cretam:cyprum: Megara.
Sicyonem:gnidum:zacynthum:lesbiam:bœotiam.
Eu. Cur istuc cœptas consilium?Cha.quia enim me afflictat amor.
Eu. Q uid tu ais:qui cum illuc:quo nunc ire paritas:ueneris: Paritas:p paras.
Si ibi amare forte occipias:atq; item eius sit inopia:
Iam tu inde porro aufugies.deinde item illinc:si item euenerit.
Q uis modus tibi exilio tandem eueniet?qui finis fugæ?
Q uæ patria aut domus tibi stabilis esse poterit?dic mihi.
Cedo si hac urbe abis.amorem te hic relicturum putas?
Si id forte ita sat animo acceptum est.certũ id profecto si habes:
Quanto satius est rus aliquo abire?ibi esse:ibi uiuere:
Adeo dum illius te cupiditas:atq; amor missum facit?
Ch. Iam dixisti?Eu.dixi.Cha.frustra dixti.hoc mihi certissimum est.
Eo domum:patrem atq; matrem ut meos salutẽ.postea
Clam patrem patria hac effugiã:aut aliquid capiam consilii.
Eu. Vt corripuit se repente atq; abiit.heu misero mihi
Si ille abierit:mea omnes dicent esse ignauia.
Certũst præconium iam iubere quantũ est conducier. Præconiũ.
Q ui illã inuestigent:qui inueniant.post ad prætorẽ illico

Vicus. Orabo:ut conquisitores det mihi in uicis omnibus.
Nam mihi nihil relicti quicq aliud iam esse intelligo.

Dorippa mulier. Syra anus. yi


Voniam a uiro ad me rus aduenit nuntius:
Rus non iturum:feci ego ingenium meum
Reueni ut illum persequar:qui me fugit:
Sed anum non uideo consequi nostram syram:
Atq incedit.eccam tandem.quin is ocius?
Sy. Nequeo me castor:tantum hoc oneris est:quod fero.
Octoginta Do. Quid oneris?Sy.annos octoginta & quattuor.
Et eodem accedit seruitus.sudor.sitis.
Simul hæc etiam quæ mecum porto deprimunt.
Do. Aliquid cedo.qui hanc uicini nostri aram augeam.
Sy. Da sane hanc uirgam lauri.Do.abi.iam tu intro.Sy.eo.
Do. Apollo quæso te ut des pacem propitius
Salutem & sanitatem nostræ familiæ.
Meoq ut parcas gnato parce propitius.
Sy. Disperii.perii misera.uæ miseræ mihi.
Do. Satin tu sana es obsecro?quid eiulas?
Sy. Dorippa mea dorippa.Do.quid clamas obsecro?
Sy. Nescio quæ mulier est hic intus in ædibus?
Do. Quid mulier?Sy.mulier meretrix.Do.ueron.serio?
Sy. Nimium scis sapere:ruri quæ non manseris.
Quam insipiens quæ non poteras persentiscere
Illam esse amicam tui uiri bellissimi.
Do. Credo me castor.Sy.i hac mecum.ut uideas simul.
Tuam alcumenam pellicem iuno mea.
Do. Ecastor uero istuc eo quantum potest.

Lysimachus. yi


Arum ne est malæ rei quod amat hic demipho:
Ni sumptuosus insuper etiam fiet?
Decem uocasset si ad cœnam summos uiros
Nimium obsonauit.sed coquos.quasi in mari
Solitust hortator remiges hortarier.
Ita hortabatur.egomet conduxi coquum
Sed eum demiror non uenire ut iusseram.
Foris. Sed quis nam hinc a nobis exit?aperitur foris.

Dorippa mulier. Lysimachus uir. yi


Iserior mulier me nec fiet:nec fuit:
Tali uiro quæ nupserim.heu miseræ mihi.
Hem cui te & quæ tua habeas commendes uiro:
Heu mihi. Hem cui decem talenta dotis detuli.
Hæc ut uiderem:ut ferrem has contumelias:

Ly. Perii hercle.rure iam rediit uxor mea.
Vidisse credo mulierem hanc in aedibus.
Sed quae loquatur exaudire hinc non queo
Accedam propius.Do.uae miserae mihi.Ly.imo mihi.
Do. Disperii.Ly.ego equidē hercle oppido perii miser.
Vtinā di te omnes demipho disperdiunt.
Do. Pol hoc est ire ꝙ rus meus uir noluit.
Ly. Quid nunc ego faciam:nisi ut adeam:atq; eloquar
Iubet saluere suus uir uxorem suā
Vrbani fiunt rustici.Do.pudicius
Ii faciunt q̄ illi qui non fiunt rustici. Vrbani fiunt rustici.
Ly. Nunquid delinquunt rustici?Do.ecastor minus Pudicius
Quā urbani:& multo minus malum quaerunt sibi
Ly. Quid aūt urbani deliquerunt:dic mihi?
Do. Quia illa mulier intus est.Ly.uidisti ne eam?
Do. Vidi.Ly.cuia ea sit cogitas?Do.rescisscam tamen Cuia
Cupio hercle scire.sed tu me tentas sciens?
Ly. Vin dicam cuia est illa?edepol.uae mihi.
Nescio quid huic dicam.Do.haeres.Ly.haud uidi magis.
Do. Quin dicis?Ly.quin si liceat.Do.dictū oportuit.
Ly. Non possum:ita instas:urges quasi pro noxio.
Do. Scio innoxius.Ly.audacter quid uis dicito.
Do. Dic igitur.Ly.dicam.Do.atqui tibi dicundū est tamen.
Ly. Illa est scin?etiam uis.ut nomen tibi dicam.
Do. Nihil magis manufesto teneo.in noxia es.
Ly. Qua noxia?ista quidē illa est.Do.quae illa est?Ly.illa. Do.io Noxia Io
Illa.Ly.iam si nihil usus esset.iam non dicerē.
Do. Non tu scis quae sit illa?Ly.imo etiā iam scio
De istac sum iudex captus.Do.iudex?iam scio
Nunc tu in consilium istanc huc aduocasti tibi.
Ly. Immo sic sequestro mihi datast.Do. intelligo Sequestrōt
Nihil hercle istius quicq̄ numero purgitas.
Ly. Nimium negocii repperi. enimuero haereo.

Coquus.Lysimachus.Dorippa. Syra.

Agite.ite actutū.nam mihi amatori seni vi
Coquēdast coena.atqui mecū cum cogito
Nobis coquēdast:nō ei cui ducti sumus:
Nam qui amat:si quod amat habet:id satis habet sibi
Pro cibo uidere.amplecti.osculari:atq; alloqui.
Sed nos confido onustos redituros domum.
Ite hac.sed eccum.qui nos conduxit senex.
Ly. Ecce autē.perii coquus adest.Co.aduenimus.
Ly. Abi.Co.quo uis abeam?Ly.abi.Co.quo uis abeā?Ly.abi.

Co. Nō estis cœnaturi?Ly.iam saturi sumus
Sed interii.Do.quid ais tu?etiā ne hæc illi tibi
Iusserunt ferri:quos inter iudex datus?
Co. Hæccine tua est amica:quā dudum mihi
Te dixisti amare:cum obsonabas?Ly.non taces?
Auet. Co. Satis scitum filū mulieris.uerū hercle auet.
Dierectus. Ly. Abin dierectus?Co.haud mala est.Ly.at tu malus.
Co. Scitam hercle opinor satis concubinā.Ly.non abis
Non ego sum.qui te dudum conduxi.Co. quid est?
Immo hercle tu istic ipsus.Ly.uæ misero mihi.
Co. Nempe uxor rurist tua:quā dudum dixeras
Te odisse æque:atq; anguis.Ly.ego ne istuc dixi tibi?
Co. Mihi quidē hercle.Ly.ita uero me amabit iuppiter
Vxor:ut ego illud nunq̄ dixi.Co.etiā negas?
Non te odisse aiebat.uxorē uerum suam.
Do. Palam istæc fiunt:te me odisse.Ly.quin nego.
Ruri. Co. Et suam uxorē ruri esse aiebat.Ly.hæc ea est?
Quid mihi molestus es?Co.quia me non nouisse ais:
Ni metuis tu istanc.Ly.sapio.nam mihi unica est.
Co. Vin me experiri.Ly.uolo.Co.mercedē mihi dato.Ly.cras petito.
Dabitur.nunc abi.Do.heu miseræ mihi.
Ly. Nunc ego uerū illud uerbum esse experior uetus
Aliquid mali esse propter uicinum malū.
Co. Cur hic astamus?quin abimus?incōmodi
Siquid tibi euenit:id non est culpa mea.
Ly. Quin me radicas miserū.Co.scio iam quid uelis
Nēpe me hinc abire uis.Ly.uolo inq̄.Co. abibitur
Drachmā dato.Ly.dabitur.Co.dari ergo sis iube.
Dari interea potest:dum illi ponunt.Ly.quin abis
Potine ut molestus ne sis?Co.agite apponite
Obsonium istuc ante pedes illi seni.
Hæc uasa aut mox:aut cras iubebo abste peti.
Sequimini.Ly.fortasse te illū mirari coquū
Quod uenit:atq; hæc adtulit;dicā quid est.
Do. Non miror:siquid damni facis aut flagitii.
Nec pol ego patiar sic me nuptam tam male
Obductarier. Measq; in ædis sic scorta obductarier
Syra i rogato meum patrē meis uerbis:
Vt ueniat huc ad me iam tecū simul.Sy.eo.
Ly. Nescis negocii quid sit uxor obsecro
Conceptis uerbis iam iusiurandū dabo.
Me nunquā quicquā cū illa.iam ne abiit syra?
Perii hercle.ecce autē hæc abiit.uæ misero mihi.

At te uicine di deæq; perduint
Cum tua hac amica.cũq; amationibus
Q uæ suspicione ipleuit me indignissime
Conciuit mihi domi hostis.uxor acerrima ẽ:
Ibo ad forum:atq; demiphoni hæc eloquar:
Me istanc capillo pertractur ũ esse in uiam:
Nisi hinc abducit quo uult ex hisce ædibus.
Vxor heus:heus uxor:q̃q̃ tu irata es mihi
Iubeas si sapias:hæc intro hinc auferrier
Eadem licebit mox cœnare rectius.

Amationibus.

Syra serua.Eutychus adulescens.


Era quo me misit ad patrẽ:nõ est domi vi
Rus abiisse aiebant.nunc domum renuncio.
Eu. Defessus sum urbem totam peruenarier
Nihil inuestigo quicq̃ de illa muliere.
Sed mater rure rediit.nam uideo syram
Astare ante ædis.syra.Sy.quis est:qui me nominat?
Eu. Herus atq; alumnus tuus sum.Sy. salue alumne mi.
Eu. Iam mater rure rediit?responde mihi.
Sy. Cum quidem salute a familia omni maxima.
Eu. Q uid istuc negoci est?Sy.tuus pater bellissimus
Amicã adduxit intro in ædis.Eu.quomodo?
Sy. Adueniens mater rure eam offendit domi.
Eu. Pol haud censebam istarũ esse operarũ patrẽ
Etiam nunc mulier intust?Sy. etiã.Eu.sequere me.

Syra.


Castor lege dura uiuunt mulieres vi
Multoq; iniquiore misere q̃ uiri.
Nam si uir scortũ duxit clam uxorẽ suã
Id si resciuit uxor:impune est uiro:
Vxor uiro si clam domo egressa est foras
Viro fit causa.exigitur matrimonio
Vtinam lex esset eadẽ quæ uxori est:uiro.
Nam uxor contenta est:quæ bona ẽ:uno uiro.
Q ui minus uir una uxore contentus fiet?
Ecastor faxim:si itidem plectantur uiri:
Siquis clam uxorẽ duxerit scortum suam:
Vt illæ exiguntur:quæ in se culpam cõmerent.
Plures uiri sint uidui:q̃ nunc mulieres.

Clam uxorem.
Clam uiro
Exigitur matrimonio.
Exiguntur
Cõmerent

Charinus.


Imen superum inferũq; salue.simul autẽ uale. vii
Hunc hodie postremũ extollo me a domo patria pedẽ
Vsus.fructus.uictus.cultus.iam mihi harũce ædium

Interẽptust.interfectust.alienatust.occidi.
Lar pater Dii penates meũ parentum.familiæ lar pater.
Vobis mando parentũ meũ rem bene ut tutemini.
Ego mihi alios penatis deos persequar.aliũ larem.
Aliã urbẽ.aliam ciuitatẽ.ab atticis abhorreo.
Nam ubi mores deteriores increbrescunt in dies
Vbiq; amici qui infideles fient:nequeas pernoscere:
Vbi quid eripiatur animo tuo:quod placet maxime:
Ibi si regnum detur:non est cupita ciuitas.

Eutychus.Charinus. vii



Iuũ atq; hoīum quæ spectatrix atq; hera eadẽ es hoib9
Spẽ speratã quũ hanc obtulisti mihi:grates ago
Ecquis nã deust qui mea nunc lætus lætitia fiat?
Domi erat qđ quæritabam.sex sodales repperi:
Vitam:amicitiã:ciuitatẽ:læticiam:ludũ:iocum.
Forũ inuenturus sim.ita pessimas pessundedi.
Iram.inimicitiam.lachrymas.mœrorẽ.exiliũ.inopiam.
Solitudinem.stultitiam.exitium.pertinaciam.
Date di quæso conueniendi mihi eius celerem copiã.
Appatatus sum.ut uidetis.abiicio superbiam:
Clauator. Agaso. Egomet mihi comes clauator:equus.agaso.armiger.
Egomet sum mihi iperator.idem egomet mihi obedio
Egomet mihi fero quod usu st.cupido quantus es
Nam quẽuis confidentẽ facile tuis factis facis.
Eundẽ ex confidente diffidentem denuo
Cogito quo nam illũ curram quæritatũ.Cha.certa est res.
Mensq; mihi illã quærere:quoquo hinc abducta est gentiũ:
Amnis ulla Neq; mihi ulla obsistat amnis:neque mõs:neq; adeo mare.
Nec calorẽ:nec frigus metuo.neq; uentũ:neq; grandinẽ.
Imbrem perpetiar.laborẽ sufferam.solem.sitim.
Non concedã:neq; quiescã usq; noctu:neq; dius:
Prius profecto q̃ amicã:aut mortem inuestigauero.
Cuia. Tutetis. Lares diales. Eu. Nescio cuia uox ad aurem mihi aduolauit.Cha. inuoco
Vos diales ut me bene tutetis lares. Eu.o iuppiter
Est ne illic charinus?Ch.o ciues bene ualete.Eu.ilico
Sta charine.Ch.qui me reuocat?Eu.spes.salus.uictoria.
Ch. Quid me uoltis?Eu.ire tecũ.Ch.aliũ comitẽ uobis quærite.
Non amittũt hi me comites:qui tenent.Eu.qui sunt ii?
Ch. Cura.miseria.ægritudo.lachrymæ.lamentatio.
Eu. Repudia istos comites:atq; hoc respice:& reuortere.
Ch. Siquidẽ mecũ fabulari uis subsequere.Eu.sta illico.
Ch. Malefacis.properantẽ qui me cõmorare.sol abit.
Eu. Si huc ire ꝓperes:ut istuc properas:facias rectius.

Huc uentus nunc secũdus est.cape modo uorsoriã.
Hic fauonius serenus est.hic auster imbricus. Vorsoriam Imbricus.
Hic facit tranquillitatem.iste oĩs fluctus cõciet.
Respice huc ad dextram charine.nõ ne ex aduorso uides?
Nubis atra iberq; instat.aspice nunc ad sinistrã huc. atq; uides Nubis atra
Cælũ ut splendore est plenũ:nõ ne ex aduorso uides.
Ch. Religionẽ ille obiecit.recipiã me illuc.Eu.sapis
O charine contra pariter fer gradum.& confer pedem.
Porrige brachiũ.ꝑhende.iam tenes?Ch.teneo.Eu.tene.
Quo nũc ibas?Ch.exulatũ.Eu.qd ibi facere uis?Ch.qđ miser? Exulatum.
Eu. Ne paue.restituã iam ego te in gaudiũ utiq;:ut sis maxime.
Ch. Q uid uis audire?id audis qđ gaudeas.Eu.sta ilico amicus
Aduenio.multũ beneuolens.tuã amicã.Ch.quid eam?Eu. ubi
Sit ego scio.Ch.tun eam:tun obsecro?Eu.sanã & saluã:
Ch. Sed ubi eam sanã & saluã?Eu.ego scio.Ch.ego me mauelim.
Eu. Potin ut animo sis tranquillo?Ch.quid si aius fluctuat?
Eu. Ego istũ in transquieto tuto sistam.ne time. Trãsquieto.
Ch. Obsecro te loquere ubi sit.ubi eam uideris.quid taces?
Dic.enicas me miserũ:tua reticentia.Eu.non longe Reticentia
Hinc abest a nobis.Ch.quin ergo cõmonstras:si tu uides. Hipmeter uersus.
Eu. Non uideo hercle nũc modo uidi.Ch.quin ego uideam:facis?
Eu. Faciã.Ch.longinquũ amanti istuc.Eu.etiã emutis?omnia
Cõmonstrabo.amicior mihi nullus uiuit.atq; is est
Qui illam habet.neq; est cui magis me uelle melius æquũ siet. Magis melius.
Ch. Non curam de isto ullã quæro.Eu.de illa ergo ego dico tibi.
Sane hoc nõ in mentẽ uenit:dudum ut urbem obambulo?
Ch. Dic igit̃ ubi illa est?Eu.in nostris ædibus.Ch.ædis probas.
Si tu uera dicis:& pulchre ædificatas arbitror.
Sed qui ego istuc credam?uidistin?an tu audito nuncias? Audito?
Eu. Egomet uidi.Ch.quis eam adduxit ad uos?Eu.iniq; rogas.
Ch. Vera dicis.Eu.nihil charine te quidẽ quicq; pudet. Quidẽ ex codi. ãtiq; addendum fuit.
Quid tua refert:qui cũ istac uenerit:dum istuc?Ch.sic est
Profecto opta ergo ob istunc nũtium:quid uis tibi.
Eu. Q uid si optabo?Ch.deos orabo:eius ut faciant copiam: Pudet te nihil.
Eu. Derides?Ch.seruata res est demũ:si illam uidero.
Sed quin ornatũ hũc reiicio.heus aliquis actutũ huc foras
Exite.illinc palliũ mihi huc ferte.Eu.hem nunc mihi places. Pallium.
Ch. Optime adueniẽs puere cape chlamydem.atq; hic sine illico Chlamydẽ
Vt si hæc nõ sint uera:incœptũ hoc itiner perficere exequar. Itiner.
Eu. Nõ mihi credis?Ch.oĩa equidem credo:quæ dicis mihi.
Sed quin introducis me ad eam:ut uideam?Eu.paulisper mane.
Ch. Q uid manebo?Eu.tẽpus non est nũc introeundi.Ch. enicas.
Eu. Nõ opus est inq̃ nunc intro te ire.Ch.responde mihi

Operæ nõ est.

Qua causa? Eu. operæ nõ est. Ch. cur? Eu. qa nõ ẽ illi cõmodũ.
Ch. Ita ne cõmodũ illi nõ est quæ me amat. quã ego contra amo?
Omnibus hic ludificatur me dolis. ego stultior
Quí isti credã. cõmoratur. chlamydem sumã denuo.
Eu. Mane parũper atq; hoc audi. Ch. cape puer hoc palliũ.
Eu. Mater irata est patri uehementer: quia scortum sibi

Oboculos

Ob oculos adduxerit in ædis: dum ruri ipsa abest
Suspicat̃ illam amicã esse illi. Ch. zonam sustuli.
Eu. Eam nũc rem exquirit intus. Ch. iam machærast in manu.

Ampullã.

Eu. Nam si te eo introducã. Ch. tollo ampullã atq; hinc eo.

Itiner.

Eu. Mane mane charine. Ch. erras. me decipere haud potes.
Eu. Neq; uolo ædepol. Ch. quin tu ergo itiner meũ exequi me sinis?
Eu. Non sino. Ch. ego me moror. tu puer abi hinc intro ocius.
Iam in currũ conscendi. iam lora in manus cæpi meas.
Eu. Sanus nõ es. Ch. quin pedes uos in curriculum coniicitis?
In cyprũ recta: quãdo quidem pater mihi exiliũ parat.
Eu. Stultus es. noli istuc quæso dicere. Ch. certum est exequi:
Operã ut summã ad peruestigandũ ubi sit illhæc. Eu. qn domist.
Ch. Nam id quod dixit: id mentitust. Eu. uera dico equidẽ tibi.
Ch. Iam cyprum ueni. Eu. quin sequere: ut illã uideas: quam expetis.
Ch. Percõtatus non inueni. Eu. matris iam iram neglego.
Ch. Porro proficiscor quæsitũ. nunc perueni chalcidẽ.
Video hospitem zacyntho. dico quid eo aduenerim.
Rogito quis eam uexerit: quis habeat: si ibi inaudiuerit.
Eu. Quin tu istas omittis nugas: ac mecũ huc intro ambulas.

Ficus zacyntho fieri nõ malas.

Ch. Hospes respondit zacyntho ficos fieri non malas.
Eu. Nihil mentitus est. Ch. sed de amica se inaudiisse autumat
Hic athenis esse. Eu. chalcas iste qui idẽ zacynthiust.
Ch. Nauem conscendo proficiscor illico. iam sum domi.
Iam redii exilio. salue mihi sodalis eutyche

Mei? ualent? tibi gratia est. Si cõiecturæ locus est ex litterarum similitudine & cohærentia: atq; ex sentẽtiæ concinnitate: & metri ratiõe: ita scribi debet. nõ metuat mater dari bene. neq; qd tua mater satin bene: ut corrigit Pius: contra etiam uersus cõsistentiam.

Vt ualuisti? quid parentes mei? ualent? tibi gratia est
Bene uocas: benigne dicis: cras apud te cœnauero.
Nunc domi. sic decet. sic fieri oportet. Eu. io. quæ insomnia.
Hic homo nõ sanus est. Ch. medicari amicus quin properas?
Eu. Sequere sis. Ch. sequor. Eu. clementer quæso. calces deteris:
Audin ~u. Ch. iam dudũ audiui. Eu. pacem cõponi uolo.
Meo patri cum matre. nam nunc est irata. Ch. i modo
Eu. Propter istanc. Ch. i modo. Eu. ergo cura. Ch. qn tu ergo. i modo.
Tam propiciam reddam: q̃ cum ꝓpicia est iuno ioui.

Lysimachus. Demipho. vii

Ly. Demipho sapientũ illud dictũ te audiisse reor sæpius
Voluptas est maloꝝ esca: q; ea non minus homines:
Quã hamo capiantur pisces. hæc quũ nõ fugiant senes:

Tu tamen senectuti gratiam nō habens qm̄ hæc tibi
Nō abstulit modo:sed in amorē coniecit fortius
Quo te:consiliūq; tuū atq; mentē perdit funditus:
Atq; oculoꝝ tibi præstringit aciem.me quoq;
In magnum coniecisti malum.nec quid faciam scio.

De. Lysimache deum hoc arbitriū est:nō hominū.tute hoc tecum
Si cogites:nō æquū te facere arbitrabere:
Quū amico homini:tuiq; conscio ita succenseas
Quasi tu nunq̄ quicq̄ assimile huius facti feceris.

Ly. Nam mea uxor propter illā tota in fermento iacet — Fermento.
Pol nunq̄ caui quid facerem.uix uiuus sum miser.

De. At ego expurgationē habebo:ut ne succenseat.
Sequere me.Ly.sed exeuntē filium uideo meum.

Demipho.Eutychus.Lysimachus.Charinus.

Eu. AD patrē ibo:ut matris irā sibi esse sedatam sciat. vii

De. Iam credo placet principiū.qd agis.quid fit eutyche?

Eu. Optima opportunitate ambo aūt uenistis.Ly.qd rei ē?

Eu. Vxor tibi placida & placata st.date dextras nunc iam.

Ly. Dii me seruant.Eu.tibi amicā nullam esse nuncio.

De. Di te perdant.quid negocii est nā quæso istuc?Eu.eloquar
Animū aduortite igit.ambo.Ly.quin tibi ambo operā damus.

Date dextras.ratiōe metri:& non cedite:ut insulse legit Pius.;

Eu. Qui bono sunt genere nati:prædicti ingenio malo
Suapte culpa ex genere capiunt genus.ingeniū īprobant.

De. Veꝝ hic dicit.Eu.tibi ergo dicit.De.eo illud ueꝝ est magis.

Eu. Nam te istac ætate haud æquū fuerat filio tuo
Adolescenti amanti amicā emptā argento eripere suo.

De. Quid tu ais?an charini amica st illa?Eu.ut dissimulat malus.

De. Ille quidem illā sese ancillam matri emisse dixerat.

Eu. Propterea igitur tu mercatus nouus amator:uetus
Puer.Cha.optime hercle perge.ego assistam hinc altrinsecus:
Quibus ē dictis dignus usq; oneremus ambo.De.nullus sum.

Eu. Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam:
Quem quidem hercle hodie ego:in exiliū cū iret:reduxi domū:
Nam ibat exulatū.De.annis abiit?Eu.etiā loquere larua.
Temperare istac ætate istis decebat te artibus.

Altrinsecus.scribendum est.metri necessitate.&ex ueteribus codicibus:& cōgruitate sententiæ:nō alternis cæcus:ut indocte atq; inscitissime scribit & cōmētatur Pius:tanq̄ puer nullis litteris imbutus idem & Sarrac. facit.

Larua.
Exulatum.

De. Fateor nunc deliqui profecto.Eu.etiam loquere larua.
Vacuum esse istac ætate his te decebat noxiis.
Itidem ut tēpus anni:ætatē aliam aliud factum conuenit.
Nam si istuc ius est senecta ætate scortari senes:
Vbi loci res summa nostra publica?De.hei perii miser.
Adolescentes rei agendæ isti magis dare operā solent
Iam obsecro hercle uobis habere cum porcis cū fiscina:

Nam si istuc ius ē. metri necessitate:& sētentiæ concinnitate:non iuuisset:ut Pius legit.

Eu. Redde filio ſi habeas.iam uolt.De.per me ſibi habeat licet
Semper ædepol.Eu.quoniã ut aliter facias non eſt copiæ.
De. Supplicii ſumã quid uolt ipſe ob hanc iniuriam.
Modo pacẽ faciatis:oro ut ne mihi iratus ſiet.
Ioculo. Si hercle ſciuiſſem:ſiue adeo ioculo dixiſſet mihi
Se illam amare.nunq̃ facerem:ut illã amanti abducerem:
Eutyche te oro ſodalis eius es.ſerua.& ſubueni
Hunc ſenem.para me clientẽ.memorẽ dices beneficii.
Eu. Ora ignoſcat delictis tuis:atq; adoleſcentiæ.
Ch. Pergin tu autẽ.eia ſuperbe inuehere.ſpero ego mihi quoq;
Tẽpus tale euenturũ:ut tibi gratiam referam parem.
De. Miſſas iam ego iſtas artis feci.& quidẽ ego dehinc iam.Eu.nihil.
Conſuetudine animus rurſus te,huc inducet.De.obſecro
Satis ut iam habeatis:quin loris cedite etiam: ſi lubet.
Eu. Recte dicis iſtuc ſed uxor faciet:cum hoc reſciuerit.
De. Nihil opuſt reſciſcat.Eu.quid iſtuc:nõ reſciſcet:ne time.
Vtibile. Eamus intro nõ utibile hic locus factis tuis.
Dum memoramus:arbitri ut ſint:qui prætereant per uias.

· Miſſas iam ego iſtas artis feci.ex ſniæ concinnitate:& codicibus antiquis:ſi ex uaria eorum ſcriptura ueram capere lectionẽ uelis. & nõ miſſas iam ergo iſtas facito:ut indocte corrigit Sarracenus cõmentator.

De. Hercle quin tu recte dicis.eadem breuior fabula
Erit.eamus.Ly.hic eſt intus filius apud nos tuus.
De. Optime eſt.illac per hortum nos domũ tranſibimus.
Ly. Eutyche hanc uolo prius rem agi:q̃ meũ intro refero pedẽ.
Eu. Quid iſtuc eſt:Ly.ſuã quiſq; homo rem meminit.reſponde.
Mihi certon ſcis:nõ ſuccenſere tuam matrẽ:Eu.ſcio.
Ly. Vide.Eu.me uide.Ly.ſatis habeo.id quæſo hercle etiã uide.
Eu. Non mihi credis:Ly.imo credo:ſed tamen metuo miſer.
Eu. Eamus intro imo dicamus ſenibus leges.Ch.cenſeo.
Prius habeamus quas leges teneant:contentiq; ſint.
Eu. Annos natus ſexaginta qui erit:ſi quẽ ſcibimus
Seu maritum ſiue hercle adeo celibẽ ſcortarier
Cum eo nos hic lege agemus.inſcitum arbitrabimur
Et per nos quidem hercle egebit qui ſuũ prodegerit
Neu quiſq̃ poſthac prohibeto adoleſcentẽ filiũ
Quin amet:& ſcortum ducat:quod bono fiat modo.
Si prohibuerit:plus perdet:clam:q̃ ſi non prohibuerit
Hæc adeo ut ex hac nocte primum lex teneat ſenes
Bene ualete:atq; adoleſcentes:hæc,ſi uobis lex placet:
Ob ſenum hercle induſtriam:uos æquum eſt clare plaudere.

Leges ab adoleſcentibus datæ ſenibus.

Plauti in Pſeudolum:prologus.

STudete hodie mihi.bona in ſcenam affero.
Nam bona bonis ferri reor æquum maxime.
Vt mala malis:ut qui mali ſunt habeant mala:
Qui boni bona:nam bonos quod oderint mali:
Sunt mali.malos quod oderint boni:bonos
Eſſe oportet.uoſq; ideo eſtis boni:quando quidem
Semper odiſtis malos:& lege:& legionibus
Hos fugitaſtis.qui rite ſucceſſit bonis
Huic uos nunc pariter bonam boni operam date gregi.
Qui bonus eſt:& hodie ad bonos affert bona.
Autes:oculi animus ampliter fient ſaturi.
In ſcenam qui ieiunus uenerit:aut ſitiens:
Is riſu & uentre raſo uigilabit ſedulo.
Dumq; ridebunt ſaturi:mordebunt famelici.
Nunc ſi ſapitis cedite ieiuni:atq; diſcedite.
Vos ſtate ſaturi.immo ſedete.atq; attendite.
Non argumentum:neq; huius nomen fabulæ
Nunc proloquar ego.ſatis id faciet pſeudolus.
Satis id dictum uobis puto iam:atq; deputo.
Vbi lepos:ioci:riſus:uinum:ebrietas decent:
Gratiæ:decor:hilaritas:atq; delectatio.
Qui quærit alta:is malum uidetur quærere.
Curas malas abiicite iam ut ocioſi hodie.
Exporgi meliuſt lumbos:atq; exurgier.
Plautina longa fabula in ſcenam uenit.

Argumentum. vi


Ræſentis numerat quindecim miles minas.
Simul conſignat ſymbolum:ut phœnicium
Ei det leno:ſibi qui eum cum reliquo afferat:
Venientem caculam interuorti ſymbolo
Dicens ſyrum ſe ballionis pſeudolus.
Opemq; herili is ita tulit.nam ſimiæ
Leno mulierem quem is ſuppoſuit:tradidit:
Venit harpax uerus.res palam cognoſcitur.
Senexq; argentum:quod erat pactus:reddidit.

Argumētum. pſcribi debet his nouē uerſibus nō prologus:ut Pius interpres indoctus præſcripſit. Symbolū.

Sibi.aſcribendū eſt metri neceſſitate: nec aliter legendus uerſus eſt:ut facit Pius interpres legis metricæ ignarus. Caculam.

Harpax.

Pſeudolus.Callidorus.

Pſe. 
I ex te tacente fieri poſſem certior vi
Here.quæ miſeriæ te tam miſere macerant:
Duorum labori ego hominum parſiſſem lubens — Parſiſſem.
Mei.te rogandi:& tui reſpondendi mihi. — Mei. Tui.
Nunc quoniam id fieri non poteſt: neceſſitas

Me ſubigit:ut te rogitem:reſponde mihi
Quid eſt quod tu exanimatus iam hos multos dies

Lauis.

Geſtas tabellas tecum:eas lachrymis lauis.
Neq; tui participem conſilii quēquā facis?
Eloquere:ut quod ego neſcio:ut tecum ſciam.
Cal. Miſere miſer ſum pſeudole.Pſe.id te iupiter

Prohibeſſit

Prohibeſſit.Cal.nihil hoc iouis ad iudiciū attinet.
Sub ueneris regno uapulo:non ſub iouis.

antidhac.

Pſe. Licet meid ſcire quid ſit?nā tu me antidhac
Supremum habuiſti comitem conſiliis tuis.
Cal. Idem animus nunc eſt.Pſe.fac me certum quid tibi ſit.
Iuuabo:aut re:aut opera:aut conſilio bono.
Cal. Cape has tabellas.tute hinc narrato tibi
Quæ me miſeria & cura contabefacit.
Pſe. Mos tibi geretur.ſed quid hoc quæſo?Cal.quid eſt?
Pſe. Vt opinor quærunt litteræ hæ ſibi liberos
Alia aliam ſcandit.Cal.ludis me ludo tuo.
Pſe. Has quidem pol credo:niſi ſibylla legerit:

Poſſe reor neminē. reor addendum eſt: ſi metri rationem habere uelimus aliter.claudicabit:uno deficiens pede a pio interprete deſi oculo nō animaduerſo.

Interpretari alium poſſe reor neminem.
Cal. Cur inclementer dicis lepidis litteris:
Lepidis tabellis:lepida conſcriptis manu?
Pſe. An obſecro hercle habent quoq; gallinę manus
Nam has quidem gallina ſcripſit.Cal.odioſus mihi es.
Lege.uel tabellas redde.Pſe.immo enim eas pellegam.
Aduortito animum.Cal.non adeſt.Pſe.at tu cita.

Cita aium.

Cal. Immo ego tacebo.tu hinc quidem ex cera cita
Nam iſtic meus animus nunc eſt.non in pectore.
Pſe. Tuam amicam uideo calidore.Cal.ubi ea eſt obſecro?
Pſe. Eccam in tabellis porrectam.in cera cubat.
Cal. At te dii deæq; quantus es.Pſe.ſeruaſſint quidem.

Solſticialis herba.

Cal. Quaſi ſolſticialis herba pauliſper fui
Repente exortus ſum.repentino occidi:
Pſe. Tace dum tabellas pellego.Cal.ergo quin legis.
Pſe. Phœnicium calydoro amatori ſuo
Per ceram & linum litteraſq; interpretes
Salutem mittit.& ſalutem abs te expetit.
Lachrymans animo titubanti corde:& pectore.
Cal. Perii.ſalutem nuſq̄ inuenio pſeudole:
Quam illi remittam.Pſe.quam ſalutem.Cal.argenteam.
Pſe. Pro lignea ſalute.uis argenteam
Remittere illi?uideſis quam tu rem geras.
Cal. Recita modo:ex tabellis iam faxo ſcies
Quam ſubito argento mihi uſus inuento ſiet.

Pſe. Leno me peregre militi macedonico
Minis uiginti uendidit uoluptas mea.
Et priuſq̃ hinc abiit:quindecim miles minas
Dederat.nunc unæ quinq̃ remorantur minæ.
Ea cauſa miles hic reliquit ſymbolum
Expreſſam in cera ex anulo ſuam imaginem:
Vt qui huc adferret eius ſimilem ſymbolum
Cum eo ſimul me mitteret.ei rei dies
Hæc præſtituta eſt.proxima dionyſia.
Pſe. Cras ea quidem ſunt.Cal.prope adeſt exitium mihi:
Niſi quid mihi in te eſt auxilii.Pſe.ſine pellegam.
Cal. Sino.nam mihi uideor cum ea fabularier.
Lege.dulce amarumq̃ una nunc miſces mihi.
Pſe. Nunc noſtri amores.mores.conſuetudines.
Iocus.ludus.ſermo ſuauis.ſauiatio.
Compreſſiones arctæ amantum compares:
Teneris labellis molles morſiunculæ.
Papillarum horridularum oppreſſiunculæ.
Harum mihi uoluptatum omnium:atq̃ itidem tibi
Diſtractio:diſſidium:uaſticies uenit:
Niſi quæ mihi inteſt:aut tibi eſt in me ſalus.
Hæc ego quæ ſciui:ut ſcires.curaui omnia.
Nunc ego te experiar.quid ames:quid ſimules.uale.
Cal. Eſt miſere ſcriptum pſeudole.Pſe.o miſerrime.
Cal. Quin fles?Pſe.pumiceos oculos habeo.non queo
Lachrumam exorare ut expuant unam modo.
Cal. Quid ita?Pſe.genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.
Cal. Nihil ne adiuuare me audes?Pſe.quid faciam tibi?Cal.heu:
Pſe. Heu?id quidem tibi hercle ne parſis:dabo.
Cal. Miſer ſum.argentum nuſquã inuenio mutuum
Pſeudole.Pſe.heu.Cal.neq̃ intus nummus ullus eſt.Pſe.heu.
Cal. Ille abducturus eſt mulierem cras.Pſe.heu.
Cal. Iſtocine pacto me adiutas?Pſe.do id quod mihi eſt:
Nam is mihi theſaurus iugis in noſtra eſt domo.
Cal. Actum hodie de me eſt.ſed potes nunc mutuam
Drachmam dare mihi unam:quam cras reddam tibi?
Pſe. Vix hercle opinor:ſi me opponam pignori
Sed quid de drachma facere uis?Cal.reſtim uolo
Mihi emere.Pſe.quãobrem?Cal.qui me faciam penſilem.
Certum eſt mihi ante tenebras perſequi tenebras.
Pſe. Quis mihi igitur drachmam reddet:ſi dederim tibi?
An tu te ea cauſa uis ſciens ſuſpendere:
Vt me defraudes drachma:ſi dederim tibi?

Symbolũ.

Dionyſia.

Sauiatio.

Compſſiões arctæ amãtũ cõpares.ita ſcribendus eſt uerſus hic. niſi trimetro iambico iniuriam facere uolumus.& ſentẽtiæ.arctæ enim ex codicibus oĩbus ſcriptũ eſt amãtiũ cõparatæ.non patitur ut dixi lex carminis. quod Pius nõ uidens: ut potc luſcitius:præteriit.

Morſiunculæ.

Vaſticies.

Siccóculum.pfecto legendum eſt ex codi. antiquis:& ſniæ concinnitate hoc eſt:oculorum ſiccorum:& nõ procliue ad lacrymas non ſic coclitum:hoc ẽ luſcorũ:ut inſtar orborũ oculos nõ haberent qbus expuuntur lacrymæ:ut ĩeptæ legit & exponit Pius amẽs interpres.addens etiã ſecundũ delirium.his uerbis.in priſcis tñ exẽplaribus legitur coculũ:hoc eſt duge:qa res coctæ duriores ſunt.

Iugis.

Penſilem.

Cal. Profecto nullo pacto poſſum uiuere:
Si illa a me abalienatur atq; abducitur.

Cuculle.

Pſe. Q uid fles?cuculle?uiues.Cal.quid ego ni fleam,
Cui nec paratus nummus argenti fiet?

Neq; libellæ ulla ſpes. ulla addi debet. neceſſitate metri. qđ Pius cõmentator ignariſſimus nõ aduertit.

Neq; libellæ ulla ſpes ſit uſquã gentium?
Vt litterarum ego harum ſermonem audio:
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis:
Q uod tu iſtis lachrumis te probare poſtulas.
Non pluris refert:q̃ ſi imbrem in cribrum geras.
Verum ego te amantem:ne paue:non deſeram:
Spero alicunde hodie me bona opera:aut hac mea
Tibi inuenturum eſſe auxilium argentarium.

Niſi quia futuŗ eſt. niſi aſcribendũ eſt.ita metri lege expoſcẽte: & ſententiæ cõgruitate.aliter.n.nõ quadret ſentẽtia id quod a pio interprete nõ ẽ uiſum qui etiã pro quia:quæ legendum cenſet.

Cal. At id futurum unde?Pſe.unde dicam?neſcio
Niſi quia futurum eſt.ita ſupercilium ſalit.
Cal. Vtinam quæ dicis:dictis facta ſuppetant.
Pſe. Scis tu quidem hercle mea ſi commoui ſacra:
Q uo pacto & quantas ſoleam turbellas dare?
Cal. In te nunc ſunt omnes ſpes ætati meæ.
Pſe. Satin eſt ſi hanc hodie mulierem efficio tibi
Tua ut ſit?aut ſi tibi do uiginti minas?
Cal. Satis.ſi futurum eſt.Pſe.roga me uiginti minas.
Vt me effecturum tibi quod promiſi ſcias:
Roga.Cal.obſecro hercle.Pſe.geſtio promittere.
Cal. Dabis ne argenti mihi hodie uiginti mnas?
Pſe. Dabo.moleſtus nunc iam tu ne ſis mihi

Atq; hoc.aſcribẽdũ eſt hoc ex ueteribus codicibus.& metri neceſſitate:cui pes unus deficeret.

Atq; hoc ne dictum tibi neges:dico prius:
Si neminem alium potero:tuum tangam patrem.

Dii te omnes mihi ſeruẽt. ita ſcribendus ẽ uerſus:& omnes.inter ſcribendũ metri ratione.ne uerſus claudicet: ut claudũ Pius reliquit ac legit.

Pietatis cã.

Cal. Dii te omnes mihi ſeruent.uerum ſi potes:
Pietatis cauſa:uel etiam matrem quoq;.
Pſe. De iſtac te in oculum utrum uis conquieſcito.
Cal. Oculum utrum:an ne in aurẽ?Pſe.at hoc peruolgatũ eſt minus.
Nunc nequis dictum ſibi neget:dico omnibus
Præſenti pube:in contione:omni populo:
Omnibus amicis:notiſq; edico meis
In hunc diem a me ut caueant:ne credant mihi.
Cal. Tace obſecro hercle.Pſe.quid negocii eſt?Cal.oſtium
Lenonis crepuit.Pſe.crura mauellem modo.
Cal. Atq; ipſe egreditur.penitus periurum caput. viii

Leno.Lorarii.iiii.Pſeudolus Seruus.Calidorus adoleſcẽs.

Le. EXite hic agite.ite ignaui.male habiti.& male cõciliati.
Q uoŗ nunq̃ quicq̃ cuiq̃ uenit in mẽtẽ:ut recte faciãt.
Quis niſi ad hoc exẽplũ expior:nõ põt uſura uſurpari.

Callent.

Neq; homines magis aſinos unq̃ uidi,ita plagis coſtæ callent:

Q uos dũ ferias:tibi plus noceas.eo.n.igenio hi sunt flagricibæ: Flagricibæ
Q ui hæc hñt cõsilia:ubi data occasio ẽ:rape clepe tene harpaga. Harpaga.
Bibe:es:fuge opus hoc eorũ.ut malis lupos apud ouis linquere. Clepe
Quam hos domi custodes.at faciem quum aspicies eorum:haud uidentur mali.
Opera fallunt.nunc adeo hanc edictionem animo oẽs aduortite. Opera fallere.
Nisi somnum socordiamq; ex pectore oculisq; amouebitis:
Ita uestra ego latera loris faciam:ut ualide uaria fient:
Vt ne peristromata quidem æque picta sint campanica. Peristromata.
Neq; alexandrina belluata consutaq; tapetia. Tapetia belluata.
Atq; heri ante dixeram omnibus dederamq; eas prouincias.
Verum ita uos estis perditi.negligentes:ingenio improbo:
Officium uestrum ut uos malo cogatis commonerier.
Nẽpe ita animati estis:uos uincere hoc duricia tergi.atq; me.
Hoc:uide sis:ut alias res agunt.hoc agite huc animũ aduortite.
Huc adhibete aures:q̃ ego loquar.plagigera genera hoĩum.nũq̃. Plagigera.
Aedepol uestrũ durius tergum erit:q̃ terginum hoc meum. Terginum
Quin nunc.donet.ne:hem.sic datur.si quis herũ seruus spreuerit.
Adsistite oẽs contra me.& quæ loquor:aduortite huc aĩum.
Tu qui urnam habes:aquã ingere.face plenum ahenum sit cito.
Te cum securi:caudicali præficio prouinciæ. Caudicali.
Lo. At hæc retonsa ẽ.Le.sine fiet:itidem quoq; uos estis plagis
Omnes.num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor?
Tibi hoc præcipio:ut niteãt ædes.hẽs qd' facias.ꝑpera itro abi. Lectisterniator.
Tu esto lectisterniator.tu argentum eluito.atq; id extruito.
Hæc:quum ego a foro reuertor:facite ut offendam parata oĩa:
Vorsa:ꝑsterga:strata:lautaq;:coctaq; omnia uti sint:nam mihi Præsterga.
Hodie natalis dies est.decet eum omnes uos cõcelebrare.
Pernam.callum.glandium.sumen:facit in aqua iaceant.satin. Glandium Sumen.
Magnifice uolo.n.sũmos uiros accipere:ut mihi rẽ esse reantur. Callum.
Intro abite.atq; hæc cito celebrate:ne mora quæ sit.quũ cocus Pernam.
Veniat.mihi.ego eo in macellũ:ut pisciũ qcqd est ꝑcio ꝑstinem. Præstinem
I puere præ.ne quisq̃ pertundat crumenam:cautio est:
Vel opperire etiam est quod.domi dicere pene oblitus fui. Fui.ex codicibus antiqs.& metri necessitate.
Auditin heus uobis mulieres hanc edictionem habeo.
Vos quæ in mundiciis:molliciis:deliciisq; ætatulam agitis. Aetatulam
Viris cum summis inclytæ amicæ.nunc ego scibo.atq; hodie
Experiar q̃ capiti.quæ uentri operam det.quæq; suæ rei: Hypermeter uersus.
Q uæ sõno studeat.q̃ libertã fore mihi credam.& quã uenalem.
Hodie experiar.facite.ut mihi munera multa huc ab amatorib⁹.
Conueniant.nam nisi penus annuus hodie conueuerit: Penus annuus.
Cras populo prostituam uos.natalem scitis mihi esse diẽ hunc:
Vbi isti sunt:quibus uos oculi estis.quibus uitæ.quibus

Mamilla. Manipulatim. Munigeruli. | Deliciæ estis. quibus suauia. mellita. manipulatim mihi
Munigeruli. facite ante ædis iam hic adsint. cur ergo uestem:
Aurum: atq; ea quibus est uobis usui perhibeo: quid mihi
Domi nisi malum uestra opera est improbæ: uino modo cupidæ
Pantices. | Estis. eo uos panticesq; adeo madefactis: quũ sim ego hic siccus.
Nunc adeo hoc factũ est optimũ: ut nomine quãq; appellẽ suo.
Vestrarũ p uestrum. | Ne dictum esse actutum sibi quæpiam uestrarum mihi neget.
Aduortite huc animum cunctæ. principio hedillum tecum ago
Quæ amica es frumentariis:
Q uibus cunctis montes maximi acerui frumenti sunt domi.
Fac sis sit delatum huc mihi frumentũ: hunc annũ quod satis
Mihi: & familiæ omni meæ sit: atq; adeo ut frumento affluam:
Vt ciuitas nomen mihi cõmutet: meq; ut prædicet
Iason rex | Lenone ex ballione regem iasonem. Cal. audin furcifer
Q uæ loquitur. satin magnificus hic tibi uidetur: Pse. Pol iste
Ita uidet: atq; etiam malificus. sed tace: atq; hanc rem gere.
Le. Aeschrodora tu quæ amicos tibi habes lenonum æmulos. lanios
Qui item ut nos iureiurando malo quærunt rem: audi. nisi
Te. ex codi. antiqs. Dirce. | Carnaria tria grauida tergoribus onerata: uberi hodie
Mihi erunt. cras te quasi dircẽ olim ut memorãt. duo gnati iouis
Ad taurũ. deuinxere item hodie te stringam ad carnarium.
Id tibi profecto taurus fiet. Cal. nimis ego sermone huius
Iuuẽtã. ex codici. antiqs & metri necessitate. | Ira incendor. Pse. huncecine hic hominẽ pati colere iuuentã atticã
Vbi sunt. ubi latent. quibus ætas integra est qui amant a lenone:
Q uin cõueniunt: quin oẽs una peste hac populũ hũc liberant:
Sed nimis sum stultus. nimium fui indoctus. illi ne audeant
Illis id facere: quibus ut seruiant suus amor cogit simul:
Simul autem prohibet: faciant aduersum eos quod uolunt: Cal.
uah tace. Pseu. quid est: (cco:
Cal. Malemorigerus male facis mihi: cũ sermone huic obsonas. Pse. ta
Xistilis. Oliuinam | Cal. At taceas malo q̃ tacere te dicas. Le. tu autem. xistilis
Fac ut animum aduortas: quoius amatores domi oliuinã habent
Culleus. Pergulam. | Maxumam. si mihi non iam huc culleus oliui deportabitur:
Te ego ipsam culleo cras faciam deportere in pergulam.
Ibi tibi adeo lectus dabitur: ubi tu haud capias somnium.
Sed ubi langorem ad usq;. tenes hæc quorsum tẽdant q̃ loquor:
En exergato: quæ tibi amicos tot habes tã probe onustos oleo.
Pulmentũ. Vnctiusculo. | Nũc tua etiam est mihi hodie & tuoꝝ opera cõseruorum. caput
Nitidissimum ac nõ ipse ego pulmento utot magis unctiusculo:
Sed scio tu haud oleum magnipendis: uino te deuincis. modo.
Sine modo. reprehẽdam ego te cuncta ob hæc hercle una opera:
Nisi quidem hodie tu omnia facis scelesta. ita hæc ut ego loquor.
Tu autem quæ pro capitæ argentũ mihi iã iamq; sæpe numeras

Eaq; paciſci modo ſcis.ſed quæ pacta es:non ſcis ſoluere.
Phœniciũ nunc tibi hæc ego loquor. deliciæ ſummatũ uirum:
Niſi hodie ex fundis mihi tuorum amicoꝝ omnis huc penus
Adfertur cras phœniciũ phœnicio corio inuiſes pergulam.

Callidorus.Pſeudolus Ballio Leno. vii

Cal. PSeudole non audis q̃ loquit̃ hic?Pſe.audio here eqdẽ
Atq; aĩum aduorto.Cal.qd mihi autor es huic ut mittã
Ne amicã hic meã ꝓſtituat.Pſe.bñ curaſſis.liq̃do aĩo es.
Ego pro me & pro te curabo.iãdiu ego huic bene.& hic mihi
Volumus.& amicitia eſt antiqua.mittam hodie huic ſuo
Dic natali malam rem magnam & maturã.Cal.quid opuſt?
Pſe. Potin aliã rem ut cures?Cal.at.Pſe.bat.Cal.crucior.Pſe.cor dura.
Cal. Nõ poſſum.Pſe.fac poſſis.Cal.quo pacto poſſim aĩum uincere?
Pſe. In rem quod ſit præ uortas:quã rem aduerſo animo auſcultes.
Cal. Nugæ iſta hæc ſunt.non iucundum eſt niſi amans facit ſtulte.
Pſe. Pergin.Ca.o pſeudole mi ſine ſim nihili.Pſe.mitte me ſis.Ca.ſino.
Pſe. Modo ego aberam.Cal.mane mane iam ut uoles eſſe me:ita ero.
Pſe. Nunc tũ ſapis?Bal.it dies ego mihi ceſſo:i præ puere.
Cal. Heus abiit.quin reuocas? Pſeu.quid properas?placide.Cal.at
priuſq̃ abeat.
Quod hoc malũ?tã placidus?puere hodie.Pſe.nate heus:hodie
Nate:tibi ego dico.heus hodie nate:redi:& ad nos reſpice
Tametſi occupatus:moramur:mane.ſunt qui cõloqui te uolunt.
Bal. Quid hoc ẽ?qs eſt q morã occupato moleſtã obtulit?Pſe.q tibi
Soſpitalis fuit?Bal.mortuus eſt.qui fuit:qui eſt.uiuus eſt.
Pſe. Nimis ſupbe.Bal.nimis moleſtus.Cal.rep̃hende hoĩem adſeq̃re.
Bal. I puere.Pſe.accedamus hac obuiã.Bal.iupiter te quiſquis es.
Perdat.Pſe.te uolo.Bal.at uos ego ambos.uorte hac te puere.Pſe.
non licet.
Cõloqui te?Bal.at mihi nõ lubet.Cal.ſin eſt tuã in rem quippiã?
Bal. Licet ne obſecro uiuere:an nõ licet.Pſe.uah mãta.Bal.omitte me.
Cal. Ballio audi Bal.ſurdus ſum:profecto inanilogus es.Cal.dedi
Dum mitti fuit.Bal.nõ peto quod tu dediſti.Cal.dabo qñ erit.
Bal. Ducito qñ habebis.Cal.heu heu quã ego malis p̃didi modis.
Quod tibi detuli & qd' dedi.Bal.Mortuo uerba fabulare nunc.
Satis ſtultus es.rẽ actã agis.Pſe.noſce hũc ſaltẽ qs ẽ.Bal.iã diu
Scio qui fuit.nũc qui eſt is ipſus ſciat.ambula tu modo.
Pſe. Potin ut ſemel modo ballio hunc cum lucro reſpicias.
Bal. Reſpiciam iſtoc pretio:nam ſi ſacrificem ſummo ioui
Atq; in manibus extra teneam ut poriiciam:interea loci
Si lucri quid detur:potius rem diuinam deſeram.
Pſe. Non poteſt pietati obſiſti huic:ut ut res ſunt ceteræ.
Deos quos maxumæ æquum eſt metuere:eos minimi facit.

Pergulam.

Autor es.

In rem quod ſit p̃uortas:q̃ rem aduerſo aĩo auſcultes.hic ſenſus.præ uortas.i.prius uortas & cõſideres id quod ſit in rem.q̃ rem aduerſo aĩo auſcultes .i.q̃ rem tibi ꝓponas odioſam.& q̃ aduerbiũ eſt cõparandi nõ nomen relatiuũ:ut inſulſe exponit Pius interp̃s:ſñiam huiuſmodi nõ capiẽs.neq; aliã idoneam eliciens.

Soſpitalis.

Manta.
Inanilogus

Mortuo uerba fabulare nũc.ita uerſus integrãdus eſt:niſi rõni metricæ iniuriã facere uelis: cui duo pedes deficerẽt:& etiã ex clariore ſenſu. Et ſequẽs uerſus ex priſcis codicibus:ſatis: incipit.nõ facis.& mortuo etiam ſcribitur nõ mortua. ut Pius iterpres ubiq; male ſcriptum reliqt: & mutilum.

Agis rem actam.

Poriiciam exta.

Obſiſti.

Bal. Compellabo.salue multum serue athenis pessume:
Psc. Di dexq; ament te:uel huius arbitratu uel meo:
Vel si dignus alio pacto neq; ament nec faciant bene.
Bal. Q uid agitur calidore?Psc.amatur atq; egetur acriter.
Bal. Misereat:si familiam alere possim misericordia.
Psc. Eia scimus nos quidem te.qualis sis.ne prædices.
Sed scin qd nos uolumus?Ba.pol ego ꝑpe mõ:ut male sit mihi:
Psc. Et id:& hoc quod te reuocamus:q̃so animũ aduorte?Bal.audio.
Atq; in pauca:ut occupatus nunc sum confer quid uelis.
Psc. Heu pudet quod tibi promisit:quaq; id promisit die
Quia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit.
Bal. Nimio id quod pudet facilius fertur:q̃ illud quod piget.
Non dedisse:istum pudet.me quia non accepi.piget.
Psc. At dabit.parabit aliquid hos dies.manta modo.
Nã hic id metuit:ne illam uendas ob simultatem suam.
Bal. Fuit occasio si uellet iãpridem argentum ut daret.
Cal. Q uid si non habui?Bal.iam haberes.inuenires mutuum.
Ad danistam deuenires.adderes fœnusculum
Surriperes patri.Psc.surriperet hic patri audacissime?
Non periculum est:ne quid recte monstres:Bal.nõ lenoniũ est?
Cal. Egon patri surripere possim quicq̃ cauto seni?
Atq; adeo si facere possem:pietas prohibet.Bal.audio.
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro phœnicio.
Sed quum pietatem amori uideo tuo præuortere:
Omnes tibi patres sunt.nullus est tibi quem roges mutuum
Argentum.Cal.quin nomen quoq; interiit iam mutuum.
Bal. Heus tu.postq̃ hercle isti a mensa surgunt saturi:poti:
Alienum reddunt nato nemini:qui suum repetunt
Ab alienis cautiores sunt:ne credant alteri.
Cal. Nimis sum.miser nummum nusq̃ reperire argenti queo.
Ita miser & amore pereo & inopia argentaria.
Bal. Eme die cæca hercle oliuum.id uendito oculata die:
Iam hercle uel ducentæ fieri possunt præsentes minæ.
Cal. Perii an non tum lex mẽ perdit.quina uicenaria
Metuunt credere omnes.Bal.eadem est mihi lex.metuo credere.
Psc. Credere autem:Eho an pœnitet te quanto hic fuerit usui?
Bal. Non est iustus quisq̃ amator:nisi qui perpetuat data
Datq; usq;.quando nihil sit.simul amare desinat.
Cal. Nihil ne te mei miseret?Bal.inanis accedas?
Dicta non sonãt.atq; ego te uiuum saluumq; uellem.Psc.eo an
Mortuus iam est?Bal.ilico uixit amator:ubi lenoni placet.
Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia:
Nam istuc quod nunc clamitare:non esse argentum tibi:

Egetur. Pudet. piget. Manta. Fœnusculum. Die cæca. Die oculata. Vicenaria. Perpetuat. Mei. Clamitare.

Quaq; id promisit die.ita scribẽdũ est:ex codicibus antiquis.& sententiæ cõcinnitate.non:quanq̃ id ꝓmisit die ut legit Pius omnium ignarissimus.

Non dedisse istum pudet.scribẽdũ est.ex codicibus antiquis.recta lege metri & sentẽtiæ cõgruitate.nõ autem:non dedissetus tũ pudet.ut plenius omni inscitia Pius interpres legit:& Sarrace.quoq;.

Surriperes patri.scribendũ est.non subripuisses ut legit Pius.cõtra metri rationẽ.& sententiæ cõcinnitatẽ.

Heus tu.sensus horũ triũ ue:suũ a pio interp̃te non expositus:quũ fortasse illũ elicere nequiuerit ingenio suo obtusissimo.hic uidetur esse.ut dicat ballio sentẽtiã hãc catholicam:nõ mirũ ẽ:si nemo iuenitur.q mutuũ alteri credere uelit:quũ mutuũ accipiẽtes:dũ bñ edãt & potẽt ex pecunia mutuo sumpta nõ curent illã postea reddere:& sic mutuũ dãtes cautiores redduntur ne cuiq̃ credant amplius &:ne credant alteri:scribendũ cẽsemus:& nõ.nec reddant alteri.

Inanis accedas? ita scribendũ est:& interrogatiue.ex codicibus antiqs:& metri:& sentẽtiæ cõgruitate nõ cædes:neq; cædis:ut corrigit Pius amens:nulla habita metri neq; sententiæ ratione.

Apud nouercam quærere.Pſe.eho an unq̃ huius nupſiſti patri?
Bal. Di melius faciant.Pſe.fac hoc:quod te rogamus ballio
Mea fide:ſi iſti formidas credere:ego hoc triduo
Aut terra aut mari alicũde euoluam id argentum tibi.
Bal. Tibi ergo credã?Pſe.cur nõ?Bal.quia pol qua opa credã tibi.
Vna opera alligem canẽ fugitiuã agninis lactibus.
Cal. Sicine mihi abs te bene merenti refertur gratia?
Bal. Q uid nũc uis?Cal.ut operiare hos ſex dies ſaltem modo:
Ne illã uendas.neu perdas me hoiem amantẽ.Bal.bono aio es
Vel ſex operibor menſes.Cal.euge homo lepidiſſime.
Bal. Immo uin etiã te faciam ex læto lætantem magis?
Cal. Q uid iam?Bal.quia enim nõ uenalẽ ego habeo phœnicium.
Cal. Nõ habes?Bal.nõ hercle uero.Cal. pſeudole acceſſi hoſtias:
Victimas.lanios.ut ego nunc huic ſacruficem ſummo ioui.
Nam hic mihi nũc eſt multo potior iuppiter.quã iuppiter.
Bal. Nolo uictimas.agninis me extis placari uolo.
Cal. Propera.quid ſtas?accerſe agnos.audin quid ait iupiter?
Pſe. Iam hic ero.uerũ extra portã metiam currendũſt prius.
Cal. Quid eo?Pſe.lanios inde accerſam duo cum tintinabulis
Eadem duo greges uirgarũ inde ulmearum adegero
Vt hodie ad litationem huic ſuppetat ſatis ioui.
In malam crucem iſtic ibit iuppiter lenonius.
Bal. Ex tua re nõ eſt ut ego emoriar.Pſe.qui dum?Bal.ego dicã tibi?
Q uia ædepol dum ego uiuam.nunq̃ eris frugi bonæ.
Si ego emortuus ſim:athenis te ſit nemo nequior.
Cal. Dic mihi obſecro.uerũ hercle ſerio hoc quod te rogo,eſt
Nõ habes uenalem amicam tu meã phœnicium?
Bal. Nõ ædepol habeo profecto.nam eã pridem uendidi.
Cal. Q uo mõ?Bal.ſine ornamentis:cum inteſtinis oibus.
Cal. Meam amicã tu uendidiſti?Bal.ualde.uiginti minis.
Cal. Viginti minis?Bal.utrũ uis:uel quater quinis minis
Militi cuidã macedonico.& iam quindecim habeo mnas.
Cal. Q uid ego ex te audio?Bal.amicã tuam eſſe factam argenteã.
Cal. Cur id auſus facere?Bal.libuit.mea fuit.Cal.eho pſeudole
I.gladiũ adfer.Pſe.qd opus gladio?Cal.qui hũc occidã:atq̃ me.
Pſe. Q uin tu te occides potius.nam fames hunc iam occiderit.
Cal. Q uid ais,quantũ terra tegit hominũ.periuriſſime
Iuraſtin te illam nulli uenditurum niſi mihi?
Bal. Fateor.Cal.nempe conceptis uerbis.Bal.etiã conſulцis quoq̃
Cal. Periurauiſti ſceleſte.Bal.at argentũ intus condidi
Ego ſceleſtus.nunc argentũ promere poſſum domo
Tu qui ſis iſtoc genere gnatus nũmum nõ habes
Cal. Pſeudole adſiſte altrinſecus.atq̃ onera hũc maledictis.Pſe.licet

Eho an unq̃ huius nupſiſti patri. quia ballio tĩdit callidoro dicẽti.nihil ne te mei miſeret:apud nouercã q̃rere:hoc ẽ: q̃rimonias fundis tuas mihi non aliẽ audituro:q̃ ſoleat nouerca exaudire ꝓui gnoꝝ ꝓces. Nũc pſeudolus iocoſe ipi ballioni:dicit an unq̃ huius nupſiſti patri?ut.ſ. nouerca ei factus eſſe poſſis?& quia cum uterq̃ uir ſit:uiſus ẽ pſeudolus uelle ballioni obiicere ſuppoſitionẽ a patre callidori fortaſſe ei factã: ideo ballio ipſe rĩdet: dii melius. q̃.ſ. ego illi nupſerim aut ſuppoſitus fuerim. & ṽſus ita ſcribi debet: ut diximus.& nõ:nunquid tu huius nupſiſti patri:ut Pius interpres corrigit:cõtra metri rõnẽ.mentiẽs ita ſcriptũ eſſe ĩ priſcis codicibus q̃nimo in illis ſcriptũ ẽ:eho ah nunq̃:ex quo facile fuit aduertere: ſcribendũ eſſe ut nos diximus:an unq̃.

Quã iuppiter. ſcribẽdũ ex antiquis codicibus.& recta ſniæ cõcinnitate. ṽbaq̃ ſunt callidori ↄtinuata:nec ſcribẽdũ ẽ.ĩquã iuppiter: nec ṽba ſunt ballionis ut ſomniat Pius ĩpius Plauti cõmentator.

Agninis me extis placari uolo.garrit hic Pius corrigens nolo.nec qd dicat intelligẽs. nã ballio ſe non uictimis placari uelle ait: ſed extis agninis. uolebat quippe uiſcera & exta agnina ſibi in mẽſam apponi:q̃ comederet.

Ex tua re nõ eſt &c. uerſus hic delendus ẽ totus utpote ſupfluẽs & in codicibus antiqs non ſcriptus. nec ſniæ concinnitati neceſſarius.

Lactibus.

Frugi bonæ.

Nequior

Conceptis uerbis.

Altriſecus.

Nunq̃ ad prætorē æque curſim curram:licet utar manu.
Cal. Ingere mala multa.Pſe.iam ego te differam dictis meis
Impudice.Bal.ita eſt.Pſe.ſceleſte.Bal.dicis uera.Pſe.uerbero.
Bal. Q uippini.Ca.buſtirape.Bal.certe.Ca.furcifer.Bal.factũ optume
Cal. Sociofraude.Bal.ſunt mea hæc iſta.Pſe.parricida.Bal.perge tu.
Pſe. Sacrilege.Bal.fateor.Cal.periure.Bal.uetera uaticinamini.
Cal. Legirupa.Ba.ualide.Pſ.pnicies adoleſcẽtũ.Ba.acerrime. (ſume.
Cal. Fur.Bal.babæ.Pſ.fugitiue.Bal.bõbax.Cal. fraus ppl'i.Ba.planiſ
Pſe. Fraudulente.Cal.ipure leno.Pſe.cenũ.Bal.cantores probos.
Cal. Verberauiſti patrem atq; matrem.Bal.atq; occidi quoq;
Potiuſq̃ cibũ perhiberẽ.nũ peccaui quippiam?
Pſe. In pertuſum ingerimus dicta doliũ.operam ludimus.
Bal. Nunqd aliud etiã uoltis dicere?Cal.ecquid te pudet?
Bal. Te amatorem inuentũ eſſe inanem quaſi caſſam nucem.
Sed quanq̃ multa mala:in me dicta:dixiſtis modo:
Niſi mihi attulerit miles quinq;:quas debet minas
Sicut hæc eſt præſtituta ſummæ argentariæ dies:
Si is nõ aderit:opinor poſſe facere officium meum.
Cal. Q uid id eſt?Bal.ſi tu argentũ attuleris:cũ illo perdiderim fidẽ.
Hoc meũ eſt officiũ.ego operæ ſi ſit plus:tecum loquar.
Sed ſine argento,fruſtra eſt:qđ tui me miſereri poſtulas.
Hæc mea ſnia eſt:ut hinc porro quid agas:conſulas.
Cal. Iam ne abis?Bal.negocii ſum plenus.Pſe.paulo poſt magis.
Ille homo meus eſt.niſi oẽs di me atq; homines deſerunt.
Exoſſabo ego illũ:ſimulter itidem ut murenam coquus.
Sed nunc calidore operã mihi te uolo dare.Cal.ecquid ĩperas?
Pſe. Hoc ego oppidũ admœnire:ut hodie capiatur uolo
Ad eam rem uſuſt hominẽ.aſtutũ:doctum:ſcitũ:& callidum:
Q ui ĩperata hæc facta reddat:nõ qui uigilans dormiat.
Cal. Cedo mihi,quid es facturus?Pſe.tẽpori ego faxo ſcies.
Nolo bis iterare.ſat ſic longæ fiunt fabulæ.
Cal. Optumũ:atq; æquiſſimũ oras?Pſe.propera. adduc hoĩem cito.
Pauci ex multis amici ſunt homini qui certi ſient.
Cal. Ego ſcio iſtuc.Pſe.ergo utrinq; tibi nunc delectum para.
Ex multis exquire illis unum:qui certus ſiet.
Cal. Iam hic faxo aderit.Pſe.potin ut abeas?tibi morã dictis creas.

Pſeudolus.

Oſtq̃ illic hinc abiit:tu aſtas ſolus pſeudolus: vi
Q uid nunc acturus?poſtq̃ herili filio
Largitus dictis dapſilis?ubi ſunt ea
Cui neq; parata gutta certi conſilii:
Neq; adeo argenti:neq; nunc quid faciam ſcio
Neq; exordiri primum;unde occipias:habeas

Nunq̃ ad prætorem æque curſim curram:licet utar manu. hic ṽ. ſus ita eſt cenſura noſtra ſcribẽdus.hoc ſenſu:nunq̃ tã cito ad ꝑtorẽ currã diſtraharq;:etiã ſi manu uſus ſim in quẽq̃:q̃ hoc qđ me iubes ſtatim efficiã:ut .ſ.ballionẽ maledictis onerẽ.nec ſcribendũ ẽ:atq; curſim:ſed æque curſim:ut diximus neq; ſcribendum eſt. lite utar manu.eo ſenſu ut Pius neſcius interpres ait:ut in illũ manu & pugnis ſe uſurũ aſſerat loco litis iuridicæ & legalis.quippe nec calidorus iubet illi ut manu utatur:ſed maledictis. nec ipſe pſeudolus in illũ iacit niſi maledicta.& codices antiqui habent licet:non lite.

Acerrime.cur Pius corrigat & ſcribat acerrima:neſcimus:quippe codices omnes acerrime habent:& cõcinne ſatis:quũ ſupra etiam ualide dixerit.& inſra planiſſime.ſed facilis uſq; adeo ẽ Pio aliorũ taxatio:ut neq; hic nouũ egiſſe uideatur.

Sed quanq̃.uerſum hũc qui ita correxerit:ut deleat uocem illam quæ.& ꝑ mihi ſcribat mõ:rectior ſenſus elicietur:& elegãtior oratio fuerit.& non trunca:qualem Pius interpres impius reliquit.

Simulter.proſimiliter ut ait Noni.adducens hunc locum.

Adduc hominẽ.ex codi.antiquis:& recta ſententia.nõ:adi.hac.ut inſcite & dementer corrigit & exponit Pius interpres.

Differam.
Buſtirape.
Sociofraude.
Legirupa.
Bombax.
Pertuſum.
Caſſam nucem.
Exoſſabo.
Simulter.
Admœnire.
Vſus eſt hominem.
Amici certi pauci ſũt.

Neq; ad detexũdam telam certos terminos.
Sed quasi poeta.tabulas cum cœpit:sibi
Quærit quod nusq̃ est gentium:reperit tamen
Facit illud uerisimile qđ mendacium est.
Nunc ego poeta fiam.uiginti minæ
Quæ nusq̃ nunc sunt gentium,inueniam tamen.
Atq; ego huic iam pridem me daturum dixeram
At uolui incipere tragulã in nostrum senem Tragulam
Verũ is nescio quo pacto præsensit prius.
Sed cõprimenda est mihi uox atq; oratio
Herũ eccum uideo isthuc simonem una simul
Cum suo uicino caliphone incedere.
Ex hoc sepulchro uetere uiginti minas
Effodiam ego hodie:quas dem herili filio.
Nunc huc concedam:ut horũ sermonẽ legam.

Simo.Calipho.Senes.ii.Pseud.seruus

Si. SI de damnosis natis aut de amatoribus vi
Dictator fiat nunc athenis atticis: Dictator.
Nemo antecedat filio credo meo
Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus
Eum uelle amicam liberare:& quærere
Argentum ad eam rem.hoc alii mihi renunciant
Atq; id iam pridem sensi ego:& subdolet mihi.
Pse. Occisa est hæc res.hæret hoc negocium.
Quũ cõmeatũ uolui argẽtariũ ꝓficisci: ibi nũc oppido opposi-
Præsensit:nihil est prædæ prædatoribus. (ta obstacula
Cal. Homines qui gestant:quiq; auscultant crimina
Si meo arbitratu liceat:omnes pendeant
Gestores linguis:auditores auribus.
Nam ista quæ tibi renunciantur:filium
Te uelle amantem argento circũducere Circũducere.
Forsitan ea tibi dicta sunt mendacia.
Sed ea si uera sunt:ut nunc est maxime:
Quid mirũ fecit?quid nouum? adolescens homo
Si amat.si amicam liberat?Pse.lepidum senẽ.
Si. Vetus nolo faciat.Cal.at enim nequicq̃ uis.
Vel tu ne faceres tale in adolescentia
Probum patrem esse oportet:qui gnatum suum
Esse probiorem:q̃ ipsus fuerit postulet.
Nam tu quod damni:& quod fecisti flagitii
Populo uiritim potuit dispartirier Viritim.
Id ne tu mireris si patrissat filius?
ὦ ζεῦ q̃ uere pauci estis homines commodi

ὦ ζεῦ q̃ uere pauci estis homies cõmodi. Hem illuc ẽ patrẽ eẽ: ut æquior sis filio. Si quid modo uiui ingenii:qn potius mineruæ Pio interpreti extitisset:hos ita ṽsus cortexisset:tã ex codicibus antiqs:q̃ ex recta snia: & metri concinnitate: sed oscitabat fumo iã cerebrũ occupante: & somnũ suadente:legẽs & uersus ipsos mutilos:& cõmodiorẽ illic esse patrẽ:ac subaudiens decuit. & ut solitus est uana multa adglutinans.nec Sarracenus melius q̃ Pius est locutus.

Bonus animus í mala re dimidiũ ẽ mali

Frugi bonæ.

Paritas.

Pseudolus. scribẽdũ ẽ ex codicibus antiqs. & lege metri. nõ pseudolosus: ut Pius gãnit dicens iocũ esse in nominis similitudine: & naturã serui ɋ̃ sipellẽ aperte desipiens.

Renunciant. & ex codicibus antiquis. & ex metri necessitate. non renunciantur: ut legit Pius semisomnus.

Igitur. ex ueteribus codicibus. & necessitate metri: cui pes unus deficeret: qđ Pius non sensit iam stertens.

Herũ saluto primũ. metri necessitate: & sẽtentiæ cõgruitate. & ex codicibus ãtiqs. & nõ salutato: ut Pius legit oppssus oĩ ingeniũ ruditate. Impartio. ex codicibus ãtiqs: metri necessitate. & sẽsus cõcinnitate: qui est talis. quũ pseudolus solus secũ dixisset prius: itur ad te pseudole. orationẽ tibi para aduersum senem: postea uoce exerta loquí coepit erga herũ: dicens: herũ saluto primũ &c. deinde p sequens ait: si quid supsit: uicinos imptio. nec. n. ṽsus uterq; constaret si salutato. & im parti scribas: ut Pius iã sepultis sensibus legit & corrigit.

Ipse. scribeñ est ex codicibus antiquis. & recta elocutione. & non esse ut legit Pius.

Hem illuc est pattem esse: ut æquior sis filio.
Si. Sed quis hic loquitur? meus hic est quidẽ seruos pseudolus
Hic mihi corrũpit filium. scelerũ caput
Hic dux. hic ille est pædagogus. hunc ego
Cupio excruciari. Ca. iam istæc insipientiast:
Iram in promptu gerere. nam quanto satius est
Adire blandis uerbis: atq; exquirere
Sint illa: nec ne sint: quæ tibi renunciant?
Bonus animus in mala re dimidium est mali.
Si. Tibi auscultabo igitur. Pse. itur ad te pseudole
Orationem tibi para aduersum senem.
Herum saluto primum: ut æquũ est: postea
Siquid superfit uicinos impartio.
Si. Salue. quid agitur? Pse. statur hic ad hunc modum.
Si. Statum uide hominis callipho: quasi basilicum.
Cal. Bene confidenter que te adstitisse intelligo.
Pse. Decet equidẽ innocens qui sit atq; innoxius
Seruũ superbum esse apud herum potissimum.
Cal. Sunt quæ te uolumus percontari: quæ quasi
Per nebulam nos met scimus: atq; audiuimus.
Si. Conficiet iam te hic uerbis. ut tu censeas
Non pseudolum: sed socratem tecum loqui.
Pse. Ita est: iampridem tu me spernis: sentio
Paruam esse apud te mihi fidem ipse intelligo
Cupis me esse neq̃: tamen ero frugi bonæ.
Si. Fac sis iam uacuas pseudole ædis aurium
Mea ut migrare dicta possint quo uolo.
Pse. Age loquere quid uis: tametsi tibi succenseo.
Si. Mihin domino seruos tu succenses? Pse. iam tibi
Mirum id uidetur? Si. hercle. quin ut tu prædicas
Cauendũst mihi abste irato. atq; alio tu modo
Me uerberare: atq; ego te soleo: cogitas.
Quid censes? Cal. ædepol merito esse iratum arbitror
Quũ apud te stet parum fides. Si. iam sic sino.
Iratus sit. ego ne quid noceat cauero.
Sed quid ais? quid hoc quod te rogo? Pse. si quid uis roga.
Quod scibo. delphis tibi responsum dicito.
Si. Aduorte ergo animũ: & fac sis promissi memor.
Quid ais? ecquam scis filium tibicinam
Meum amare? Pse. negare mea est. Si. liberare quam uelit?
Pse. πρεπον και τουτο negari. Si. ecquas uiginti mnas
Per sicophantiam atq; per doctos dolos
Paritas ut a me auferas? Pse. ego abs te ut auferam?

Si. Ita.quas meo gnato des:qui amicam liberet.
Fatere dycai toyna chaytorionai fatetur
Si. Dixin calipho dudum tibi?
Cal. Memini.Si.cur hæc ubi tu reſciuiſti ilico
Cælata me ſunt?cur non reſciui?Pſe.eloquar.
Quia nolebam ex me morem prægigni malum
Herũ:ut ego ſeruos criminarer apud herum.
Si. Iuberes hunc præcipitem in piſtrinum trahi?
Cal. Nunquid peccatum eſt hic ſimo?Si.imo maxime.
Pſe. Deſiſte.recte ego meam rem ſapio calipho.
Peccata mea ſunt.animũ aduorte:nunc iam
Quapropter expertem amoris nati te habuerim.
Piſtrinum incundum ſcibam:ſi id faxem mihi.
Si. Non a me ſcibas piſtrinum incundum tibi
Quũ ea muſſitabas?Pſe.ſcibam.Si.cur non dictum eſt mihi?
Pſe. Quia aliud malũ aderat.iſtuc aberat longius.
Illud erat præſens:huic erant dieculæ.
Si. Quid nunc agetis?nam hinc quidem a me non poteſt
Argentum auferri:qui præſertim ſenſerim.
Ne quiſq̃ credat nũmum iam edicam omnibus.
Pſe. Nunq̃ ædepol cuiq̃ ſupplicabo:dum quidem
Tu uiues.tu mihi hercle argentum tu dabis.
Abs te equidem ſumam.Si.tu a me ſumes?Pſe.ſtrenue.
Si. Excludito mihi hercle oculũ:ſi dedero.Pſe.ſi dabis?
Iam dico ut a me caueas.Cal.certe ædepol ſcio
Si abſtuleris:mirũ:& magnũ feceris facinus.
Pſe. Faciam.Si.ſi nõ abſtuleris?Pſe.uirgis cædito.
Sed quid ſi abſtulero?Si.do iouem teſtem tibi:
Te ætatem ĩpune habiturũ.Pſe.facito ut memineris.
Si. Egon ut cauere nequeam:cui prædicitur?
Pſe. Prædico ut caueas.dico inq̃ ut caueas.caue
Hem iſtis mihi tu hodie manibus argentum dabis.
Cal. Aedepol mortalẽ graphicum:ſi ſeruat fidem.
Pſe. Seruitum tibi me abducito:ni fecero?
Si. Bene:atq; amice dicis.nam nunc iam meus es.
Pſe. Vin etiã dicam:quod uos magis miremini?
Cal. Studeo hercle audire:nam te auſcultabo libens.
Si. Agedum:nam ſatis libenter te auſculto loqui.
Pſe. Priuſq̃ iſtam pugnã pugnabo:ego etiam prius
Dabo aliam pugnã claram & cõmemorabilem.
Si. Quã pugnã?Pſe.hem ab hoc.lenone uicino tuo
Per ſicophantiã:atq; per doctos dolos
Tibicinam illã:tuus quã gnatus deperit

Quia nolebã ex me more pgigni malum. Herum ut ego ſeruos criminarer apud herũ. ita legẽdi ſunt duo iſti vſus.ex codicibus antiquis.metri lege:& ſententiæ concinnitate.q̃ eſt ut pſeudolus rĩdẽs Simoni dicat: noluiſſe eum monere de iis: quæ interrogauit: ne per eũ is mos induceretur.ut ſeruus herum hero accuſaret.unq̃.ac ſic ipſe pſeudolus diceretur fuiſſe autor eius mali moris. nec ſuperfluit:herũ: nec legẽdũ eſt memorẽ nec malũ pro malorũ nec exponẽdus eſt locus hic ut futiliter exponit Pius: atq; Sarracenus alter Plauti iterpres. uterq; uero ignariſſimus.

Faxem.

Graphicũ mortalẽ.

Eam circũducã lepidule. Si.mirum quidẽ est?
Pse. Effectũ hoc hodie reddam utrũq;ad uesperum.
Si. Siquidem istæc opera ut prædicas:perfeceris
Virtutem regis agathocli antecesseris
Sed si non faxis:nunquid causa est:ilico
Quin te in pistrinũ condam?Pse.nõ unum quidem
Diem modo:uerũ in omnis hercle:quantũ potest.
Sed here:si itidem ego qđ iam dixi effecero:
Dabin mihi argentum quod dem lenoni ilico
Tua uoluntate?Cal.ius bonũ orat pseudolus
Dabo inque.Si.at enim scin quid mihi in mentem uenit?
Quid si hice inter se consenserunt callipho:
Aut de cõpacto faciunt consutis dolis:
Qui me argento circũuertant?Pse.quis me audacior?
Si istuc facinus audeam?immo sic simo.si sumus
Conspecti:seu consilium unq̃ inimus de istac re
Aut si de ea re unq̃ inter nos conuenimus:
Quasi in libro cum scribuntur litteræ calamo:
Stilis me totum usq; ulmeis conscribito.
Si. Indice ludos nunc iam quando lubet.
Pse. Da in hunc diem operam callipho quæso mihi
Ne quo te ad aliud occupes negocium?
Cal. Quin rus hodie ut irem iam heri constitueram.
Pse. At nunc disturba quas statuisti machinas.
Cal. Nunc non abire certum est istac gratia
Lubido est ludos tuos spectare pseudole
Et si hunc uidebo non dare argentum tibi:
Quod dixit:potius q̃ id non fiat:ego dabo
Non demutabo.Pse.nãq; ædepol si non dabis
Clamore magno:& multum flagitabere
Agite amouemini hinc uos intro nunc iam
Ac meis uicissim date locum fallaciis.
Si. Fiat:geratur mos tibi.Pse.sed te uolo
Domi usq; adesse.Cal.quin tibi hanc operam dico.
Si. At ego ad forũ ibo.iam hic adero.Pse.actutum redi?
Suspicio mihi nunc est uos suspicarier.
Me hæc idcirco tanta facinora promittere:
Qui uos oblectẽ:hanc fabulã dum transigam:
Neq; sim facturus:quod facturum dixeram
Non demutabo.atq; etiã certum quod sciam
Quo sim facturus pacto:nihil etiam scio.
Nisi quia futurũ est.nam qui in scenam prouenit
Nouo modo:aliquid nouũ inuentũ afferre addecet.

Vesperum.

Virtutem regis agathocli antecesseris. ita scribẽdus est uersus ex codicibus antiqs:metri lege.& recta snia.& agathocli grũs casus ẽ: ut ulyssi . achilli . nec scribẽdũ est.uirtute regi agathocli.ut Pius iterpres legit cõtra metricam rationem.

Verum in oĩs hercle quãtũ potest.ita scribẽdus est uersus:ex codicibus antiquis sniæ cõcinnitate:& metri rõe. nõ quãtus est: ut Pius legit insulse.

Sed here:si itidẽ &c. Hic uersus ita ascribendus est: & supplendus:rõe metri:& sniæ integritate sic exigentibus.nam in codicibus priscis principiũ & finis ipsius tantum legebantur:cætero relictus erat locus.

Inque.ex codicibus uetustis scribendũ est. & nõ inique.qđ & sensui maxime cõgruit.

Demutabo

Demutabo

Si id facere nequeat:det locū illi qui queat.
Concedere aliquantisper hinc mihi intro libet.
Dum concenturio in corde sycophantias. Concentu tio.
Tibicen uos interea hic delectauerit.
Pro iuppiter:ut mihi quicquid ago:lepide oīa prospereq; vii
Veniūt.neq; quicq̄ est quod dubitem:neq; quod timeā aggredi:
Ita meo conditū nunc est in pectore consilium.
Nā ea stulticia est:facinus magnū timido cordi credere
Nam oēs res perinde sunt:ut agas:ut eas magnifacias:
Nam ego in meo pectore prius ita paraui copias
Duplicis:triplicis dolos:perfidias:ut ubiq; cū hostibus
Congrediar: malorū meum fretus uirtute,ne mei Mei
Dicam industria:& malicia fraudulenti:ut facile uincam: Hipmeter uersus.
Vt facile spoliem meos perduellis: perfidiis meis.
Nunc inimicū ego hunc cōmunē meū:atq; nostrorū omniū.
Ballionē exbalistabo lepide.date operam modo. Exbalista bo.
Hoc ego oppidū admoenire:ut hoc die capiatur uolo. Admoenire.
Atq; ad hoc meas legiones adducam.si ego hoc
Expugno:facilem hanc rem meis ciuibus faciam?
Post ad oppidū hoc uetus continuo mecū exercitū
Protinus obducā.inde me & simul participes omnes meos
Praeda onerabo:atq; opplebo spoliis:tum metum:& fugā Opplebo.
Perduellibus meis iniiciam:esse me ut sciant natum,
Quo sum genere gnatus.magna me facinora efficere decet.
Quae post mihi clara:& diu cluant:sed hunc quē uideo quis?
Quis hic est qui oculis obuiā ignorabilis obiicitur? libet Ignorabilis
Scire qd hic uelit:cū machaera:& hic quā rē agat:hinc dabo insi
(dias?

Harpax. Cacula. Pseudolus seruus.

HI loci sūt:atq; hae regiōes:q̄ mihi ab hero sunt meo vii
Demonstratae.ut ego oculis rationē capio:quā mihi
Ita dixit herus meus miles aedis esse septimas
A porta:ubi ille habitat leno:cui iussit symbolū Symbolū.
Me ferre:& hoc argentū.nimis uelim qui certū mihi
Faciat ballion hic leno ubi habitat.Psē. sed tace tace
Meus hic est homo:ni oēs dii me atq; homines deserunt
Nouo consilio nunc mihi opus est.noua res subito mihi
Haec obiecta est.hoc praeuortar principio.illa omnia
Missa habeo nunc quae ante agere occoepi.nam pol hunc ego
Stratioticum nuncium aduenientē percutiam probe. Stratioticū
Ha. Ostium pultabo atq; intus euocabo aliquem foras?
Psē. Quisquis es:cōpendium ego te facere pultandi uolo
Nam ego precautor:& patronus foribus processi foras?
Ha. Tu ne es ballio?Psē.imo uero ego eius sum subballio?

Conduſpmus.

Ha. Q uid iſtuc uerbi eſt? Pſe. condus promus ꝓcurator peni.
Ha. Quaſi te dicas atrienſem. Pſe. ego? imo atrienſi ego ĩpero.
Ha. Q uid tu ſeruus ne es: an liber? Pſe. nunc quidẽ etiã ſeruio.
Ha. Ita uidere. & nõ uidere. dignus. qui liber ſies.
Pſe. Non ſoles reſpicere te: quũ dicas iniuſte alteri.
Ha. Hunc hoiem malũ eſſe oportet. Pſe. di. me ſeruant: atq; amant.
Nam meus hic eſt. procudam ego hinc hodie multos dolos.
Ha. Q uid ſecũ illic ſolus loqͭ? Pſe. qd ais tu adoleſcẽs? Har. qd ẽ?
Pſe. Es tu ne an non es ab illo milite macedonico
Seruus eius: qui hinc a nobis eſt mercatus mulierem?
Q ui argenti meo hero lenoni quindecim minas dedit
Q uinq; debet? Har. ſum. ſed ubi tu me nouiſti gentiũ:
Aut uidiſti: aut conlocutus? nam equidẽ athenis antidhac
Nunq̃ adueni: neq; te uidi ante hunc diem unq̃ oculis meis?
Pſe. Q uia uidere inde eſſe. nã olim cũ abiit. argento hic dies
Præſtituta eſt quo ad: referret nobis. neq; dum rettulit?
Ha. Immo adeſt. Pſe. tun attuliſti? Har. ego met. Pſe. qd dubitas dare?
Ha. Tibi ego dem? Pſe. mihi hercle uero: qui res rationeſq; heri
Ballionis curo. argentũ accepto. & cui debet dato.

Dato.

Promptas.

Ha. Siquidẽ hercle etiã ſupremi promptas theſauros iouis:
Tibi libellam argenti nunq̃ credam: dum tu ſtrenuas.

Nunc iam. ex codicibus ãtiquis. recta lege metri: & ſniæ congruitate: & non utinã: ut Pius uanus iterpres legit dicens ſubintelligere reſſoluta ſit. contra metri: & codicũ: & ſententiæ rationem.

Sexcenta tanta. abſq; ea dictione: talẽta quã Pius cõmentator contextui intrudit contra metri & ſniæ rationẽ & codicum ueterũ ſcriptutam.

Pſe. Res erit ſoluta. Har. nunc iam. potius ſic ſeruauero.
Pſe. Væ tibi. tu inuentus uero meam qui forcilles fidem.
Q uaſi mihi nõ ſexcenta tanta ſoleant credier.
Ha. Poteſt: ut alii ita arbitrentur: ego ut ne credam tibi.
Pſe. Q uaſi tu dicas me te uelle argento circũducere?
Ha. Immo uero quaſi tu dicas: quaſique ego autẽ id ſuſpicer.
Sed quid eſt tibi nomen? Pſe. ſeruus eſt huic lenoni ſyrus:
Eũ eſſe me dicam? ſyrus ſum. Har. ſyrus. Pſe. id nomẽ mihi eſt.
Ha. Verba multa facimus. herus ſi domi eſt tuus: quin prouocas?
Vt id agam: quo miſſus hic ſum. Pſe. quid quid eſt nomen tibi
Si intus eſſet: euocarem: uerũ ſi dare uis mihi
Magis erit ſolutũ: q̃ ipſi dederis? Har. at enim ſcin quid eſt?
Reddere hoc: non perdere: herus me miſit. nunc certo ſcio:
Hoc febrim tibi eſſe: quia non licet hoc iniicere ungulas.
Ego niſi ipſi ballioni nũmum credam nemini.

Febrim.

At nunc negocioſus eſt. res agitur apud iudicem. ita ſcribendus uerſus ẽ. abſq; illic: ex ueteribꝫ codicibus. & neceſſitate metri. cui pes unus abundaret. qđ Pius interpres cæcus non uidit.

Symbolũ.

Pſe. At nunc negocioſus eſt. res agitur apud iudicem.
Ha. Di beneuortant. at ego quando eum eſſe cenſebo domi:
Rediero. tu epiſtolam hanc a me accipe: atq; illi dato:
Nã iſtic ſymbolũ eſt inter herũ meum: & tuum de muliere.
Pſe. Scio equidem: ut qui argentũ adferret: atq; expreſſam imaginẽ
Suam huc ad nos. cum eo aiebat uelle mitti mulierem.
Nam hic quoq; exemplum reliquit eius Har. omnem rem tenes.

Pse. Q uid ego ni teneam? Har. dato ergo istũ illi symbolũ. Pse. licet.
Sed qd ẽ tibi nomẽ? Har. harpax. Pse. apagete. harpax. haud pla
Huc qdẽ hercle haud ibis itro: ne qd harpax feceris. (ces
Ha. Hostis uiuos rapere soleo ex acie. hoc nomen mihi est.
Pse. Pol te multo magis opinor uasa ænea ex ædibus.
Ha. Non ita est. sed scin quid te orẽ scyre. Pse. sciam si dixeris.
Ha. Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam
Apud anum illã doliarem claudam crassam chrysidẽ.
Pse. Q uid uis? Har. inde ut me arcessas: herus tuus ubi uenerit. Doliarem anum.
Pse. Tuo arbitratu maxime? Har. ut lassus ueni deuia
Me uolo curare. Pse. sane sapis. & consilium placet.
Sed uidesis ne in quæstione sis: quando arcessam te ibi.
Ha. Quin ubi prandero: dabo operam somno. Pse. sane censeo:
Ha. Nũc qd uis? Pse. dormitũ ut abeas. Har. abeo. Pse. atq; audin har
Iube sis te operiri. beatus si consudaueris. (page

Pseudolus seruus. vii

DI immortales me conseruauit illic homo aduentu suo.
Suo reduxit uiatico me usq; ex errore in uiam. Viatico.
Nam ipsa mihi opportunitas non potuit opportunius
Aduenire: q̃ hæc cauata est mihi opportune epistola. Cauata est.
Nam hæc illa ea cornu copiæ est: ubi inest quicquid uolo.
Hic doli. hic fallaciæ omnes sunt. hic sunt sycophantiæ
Hic argentum. hic amica amanti herili filio.
Atq; ego nunc me gloriosum faciam. ut copi pectore.
Q uo modo quidq; agerem: ut lenoni surriperem mulierculam:
Iam instituta ornata cuncta in ordine habeo: ut uolueram.
Certa deformata habebam. sed profecto hoc sic erit.
Centũ doctum hominum consilia hæc una deuincit dea Doctũ pro doctorum.
Fortuna: atq; hoc uerũ est perinde: ut quisq; ea utitur: Ea utitur & nõ fortuna. metri ratione repugnante. qđ Pius interpres luscus nõ aspexit.
Ita præcellet: atq; exinde sapere eũ omnes dicimus:
Bene ubi quid discimus: consilium accidisse: hoiem cautũ eum
Esse declaramus. stultũ autem illum cui uertit male.
Stulti haud scimus: frustra ut scimus: quũ quod cupienter dari
Petimus nobis. quasi quid in rem sit possimus noscere:
Certa amittimus: dum incerta petimus. atq; hoc euenit
In labore atq; in dolore: ut mors obrepat interim.
Sed satis est philosophatum. nimis diu & longum loquor.
Di immortales aurichalco contra non carum fuit Aurichalco.
Meum mendaciũ. hic modo quod subito cõmentus fui.
Q uia lenonis me esse dixi. nunc ego hac epistola
T res deludam. herũ: & lenonem: & qui hãc mihi dedit epistolã.
Euge par pari. aliud autẽ quod cupiebam contingit.
V enit eccum callidorus. ducit nescio quem secum.

Callidorus. Charinus adolescens. Pseudolus vii

Cal. Vlcia atq; amara apud te sum elocutus omnia.
Scis amorem. scis laborem. scis egestatem meam.
Ch. Cōmemini omnia. dic tu modo me quid uis facere. faciā.
Cal. Cum hoc tibi alia sum elocutus: ut scires: de symbolo.
Ch. Omnia inq̄. tu modo quæ me facere uis: fac ut sciam.
Cal. Pseudolus ita mihi imperauit. ut aliquem hominem strenuum
Beneuolentem adducerem ad se. Cha. seruas imperium probe.
Nam ut amicum & beneuolentem ducis. sed istic pseudolus
Graphicus mortalis. Nouus mihi est. Cal. nimiū ē mortalis graphicus. mihi heuretes.
Heuretes. Is mihi hæc esse effecturum dixit quæ dixi tibi.
Pse. Magnifice hominem compellabo. Ca. cuia nā uox sonat? Pse. io.
Io te tyranne: te rogo: qui imperitas pseudolo.
Cal. Quæro quo iter. Pse. trina. triplicia. tribus modis. tria gaudia.
Artibus tribus. ter demeritas dein lætitias: de tribus
Fraude partas: per maliciam: & per dolum: & fallaciam:
In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.
Paratragœdiat. Cal. Illic homo est. uide ut paratragœdiat carnifex.
Confer gradum contra. Pse. affero ad te salutem: brachium:
Cal. Dic utrum spem ne: an matrem te resalutem pseudole?
Pse. Imo utrūq;. Cal. utrūq; salue: sed quid actum ē? Pse. quid times?
Cal. Attuli hunc. Pse. quid attulisti? Cal. adduxi uolui dicere.
Pse. Quid istic est? Cal. charinus. Pse. euge. iam charinum uolo.
Ch. Quin tu quicquid opus est: mihi hic audacter imperas.
Pse. Bene sit charine. nolo tibi molestos esse nos?
Ch. Vos molestos mihi? molestum est id quidem. Pse. tū igit̄ mane.
Ch. Quid istuc est? Pse. mō epistolā hanc intercæpi: & symbolū.
Cal. Symbolū? quē symbolū. Pse. qui a milite alienatust. modo:
Eius seruus qui hunc ferebat cū quinq; argenti minis
Subleui. Tuā qui amicā hinc accersebat: ei os subleui modo.
Cal. Quo mō? Pse. horū causa hæc agitur spectatorū fabula.
Hi sciunt. qui hic adfuerunt. uobis post narrauero.
Cal. Quid nunc agimus? Pse. liberā hodie tuā amicā amplexabere.
Cal. Ego ne? Pse. tu te. ego ipsus inq̄. siquidē hoc uiuet caput.
Si mō mihi hoīem inuenietis propere? Cal. qua facie. Pse. malū:
Callidū: doctū: qui quando principiū præhenderit.
Porro uirtute sua teneat quid se facere oporteat.
Atq; eū qui hic non usitatus sæpe sit. Cha. si seruos est
Nunquid refert? Pse. immo multo mauolo q̄ liberum.
Cal. Posse opinor me dare hominem tibi: malum & doctum: modo
Qui a patre aduenit charisto. necdum exiit ex ædibus
Quoquam. neq; athenas aduenit nnq̄ ante hesternum diem.
Pse. Bene iubes sed quinq; inuentis opus est argenti minis
Mutuis. quas hodie reddam. nam unam huius mihi debet pater.

Cha. Ego dabo.ne quære aliunde.Pſe.o hominem opportunum mihi.
Etiā opuſt chalmyde & machæra:& petaſo.Ch.a me poſſū dare.
Pſe. Di immortales.nō charinus mihi hic quidem eſt.ſed copia
Sed iſtic ſeruus ex chariſto hic qui aduenit quid ſapit?
Cal. Vſq; a cunabulis.Pſe.manuleatā habere tunicam decet. Manulea
Ecquid habet is homo aceti in pectore.Cal.atq; acidiſſimi. tam tunicā
Pſe. Quid ſi opus ſit ut dulce ꝓmat indidem:ecqd habet?Ch.rogas? .i.manica-tam.priſci.
Murrhinam.paſſum.defrutum.mellinam.mel quoiuſmodi hunc locū
Q uin in corde inſtruere quondam cœpit hermopolium. adducens. Murrhinā
Pſe. Euge pellepide charine.me meo ludo iam beas.
Sed quod nomen eſſe dicam ego iſti ſeruo?Ch.ſimiæ.
Pſe. Scit ne in re aduorſa uerſari?Cha.turbo non æque eſt citus. Turbo.
Pſe. Ecquid argutus eſt?Ch.malorum facinorum ſæpiſſime.
Pſe. Quid quum manifeſto tenetur?Ch.anguillaſt.elabitur. Anguilla.
Pſe. Ecquid is homo ſcitus?Cal.plebiſcitum non æque ſcitum eſt.
Pſe. Probus homo eſt ut prædicare te audio.Cal.immo ſi ſcias
Vbi te aſpexerit.narrabit ultro quid eſſe uelis.
Sed quid es acturus?Pſe.dicam.tibi ubi hominem exornauero
Subditicium fieri ego illum militis ſeruum uolo. Subditiciū
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinq; argenti minis.
Mulierem ab lenone abducat.hem tibi omnem fabulam.
Cæterum quo quicq; pacto faciat ipſi dixero?
Cal. Q uid nūc igit̃ ſtamus?Pſe.hominē cū ornamentis omnibus
Exornatum adducite ad me:iam ad trapezitam æſchinum.
Sed properate.Ch.prius illic erimus q̄ tu.Pſe.ergo abite ocius
Q uicquid incerti mihi in animo prius:aut ambiguum fuit:
Nunc liquet.nunc defecatum.ſi cor mihi nunc per uiam eſt. Defecatū.
Omnes ordines ſubſignis ducam legiones meas
Aui ſiniſtra auſpicio liquido:atq; ex ſententia
Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere.
Nunc ibo ad forum:atq; onerabo meis præceptis ſimiam
Q uid agat:nequid titubet:docte ut hanc ferat fallaciam.
Iam hoc ipſum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.

Puer. vi

QVi ſeruitutem di danunt lenoniam
Puero:atq; eidem ſi addunt turpitudinem:
Næ illi:quantum ego nunc corde conſpicio meo
Malam rem magnam:multaſq; ærumnas danunt:
Velut hæc mihi euenit ſeruitus.ubi ego omnibus
Paruis magniſq; miſeriis prefulcior:
Neq; ego amatorem mihi inuenire ullum queo:
Q ui amet me:ut curet tandem nitidiuſcule:
Nunc huic lenoni eſt hodie natalis dies:

Interminatus est a minimo ad maximum:
Si quis non hodie munus misisset sibi
Praebitere. Eum cras cruciatu maximo se praebitere:
Nunc nescio hercle rebus quid faciam meis.
Neq; ego illud possum:quod illi qui possunt:solent.
Nunc nisi lenoni munus hodie misero:
Cras mihi potandus fructus est fullonius.
Heu q̃ ille est hercle.ego etiam nunc sum paruulus.
Atq; aedepol ut nunc male eum metuo miser.
Si quispiam det qui manus grauior fiet.
Quaq̃ illud aiunt magno cum gemitu fieri:
Comprimere dentes uideor posse aliquo modo:
Sed comprimenda est mihi uox:atq; oratio.
Herus eccum recipit se domum:& ducit coquum.

Ballio Leno Cocus Puer. vi

Furinum. Bal. Forum coquinum qui uocant:stulte uocant.
Nam non coquinum est:uerum furinum est forum.
Nam si ego iuratus peiorem hominem quaererem
Coquum:non potuisq̃ hunc:quem duco:ducere:
Multiloquum:gloriosum:insulsum inutilem.
Quin ob eam rem horcus recipere hunc ad se noluit.
Vt esset hic:qui mortuis coenam coquat.
Nam hic solus illis coquere quod placeat.potest.
Co. Si me arbitrabare isto pacto ut praedicas:
Cur conducebas?Bal.inopia.alius non erat.
Sed cur sedebas in foro.si eras coquus
Tu solus praeter alios.Co.ego dico tibi.
Hominum auaricia factus sum improbior coquus.
Non meopte ingenio.Bal.qua istuc ratione.Co.eloquar.
Quia enim quum extemplo ueniunt conductum coquum:
Non illum quaerunt qui optimus:& carissimust.
Illum conducunt potius qui uilissimust.
Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
Illi issent drachmis miseri.me nemo potest
Minoris quisq̃ nummo.ut surgam:subigere.
Non ego item coenam condio:ut alii coqui:
Qui mihi condita prata in patinis proferunt:
Boues qui conuiuas faciunt:herbasq; aggerunt.
Eas herbas herbis aliis porro condiunt:
Indunt coriandrum:feniculum.allium:atrum holus:
Atrũ holus Rumicem. Apponunt rumicem.brassicam.betam.blitum.
Laserpicii. Eo laserpicii libram pondo diluunt.
Sinapis. Teritur sinapis scelerata cum illis:qui terunt

Priusq̃ triuerunt.oculi ut extillent facit.
Ei homines cœnas sibi coquunt.quum condiunt
Non condimentis condiunt:sed strygibus

Strygibus.

Viuis conuiuis intestina quæ exedunt.
Hoc hic quidem homines tam breuem uitam colunt
Quum hasce herbas huiusmodi in suum aluum congerunt

aluũ suum
Esu.

Formidolosas dictu non esu modo:
Q uas herbas pecudes non edunt:homines edunt?
Bal. Quid tu:diuinis condimentis utere
Qui prorogare uitam possis hominibus:
Q ui ea culpes condimenta?Co.audacter dicito:
Nam uel ducenos annos poterunt uiuere:
Meas qui esitabunt escas quas ego condidero.
Nam ego cicilendrum quando in patina scindidi.
Aut sipolindrum.aut meacidem.aut sane captidem:
Ex ipsæ se patinæ feruefaciunt ilico.

Ducenos.
Esitabunt.
Cicilẽdrũ.
Scindidi.
Sipolindrũ
Meacidem
Captidem.

Hæc ad neptuni pecudes cõdimẽta sunt.
Terrestres pecudes cecimandro.condio.
Aut paropside ac atharathrio.Bal.at te iuppiter.
Diiq; oẽs perdant cũ condimentis tuis:
Cũq; tuis istis omnibus mendaciis.
Co. Sine sis loqui me.Bal.loquere:atq; in malam crucem.
Co. Vbi omnes patinæ feruent:omnis aperio.
Is odos dimissis pedibus in cælum uolat.
Eum in odorem cœnat iuppiter quottidie.

Athara-
thrio.
Cecimandro.
Paropside.
Cœnat in eum odorẽ

Feruent.habent antiqui codices.& nõ feruunt:ut Pius legit.

Bal. Odor dimissis pedibus?Co.peccaui insciens.
Bal. Q uid est?Co.quia dimissis manibus uolui dicere.
Bal. Si nusq̃ is coctum:quidnã cœnat iuppiter?
Co. It incœnatus cubitum.Bal.i hinc in malam crucem.
Istaccine causa tibi hodie nummum dabo?
Co. Fateor equidem esse me coquum carissimum
Verum pro pretio facio:ut opera appareat
Nunc quo conductus ueni?Bal.ad furandum quidem.
Co. An tu inuenire postulas quẽquã coquum
Nisi sit miluinis aut aquilinis ungulis?
Bal. An tu coquinatum ire quoq; postulas

Coquinatum.

Q uin ibi constrictis ungulis cœnam coquas.
Nunc adeo tu qui meus es iam edico tibi:
Vt nostra properes amolliri hinc omnia.
Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis.
Q uoquo hic spectabit:eo tu spectato simul.
Si hic quo progradietur:pariter progredimini.
Manum si protollet:& pariter profecto manum.

Tu qui meus es:iã edico tibi.ita habent codices antiqui & sic magis sententiæ cohæret.q̃ meus es a me. ut commentatur Pius.

Suum ſiquid ſumet:& id tu ſinito ſumere.
Altrinſecus. Si noſtrum ſumet: tu teneto altrinſecus.
Si iſte ibit:ito.ſtabit:aſtato ſimul.
Conquiniſcito. Si conquiniſcet:conquiniſcito ſimul
Item diſcipulis his prius cuſtodes dabo.
Co. Habe modo animum bonum.Bal.quæſo qui poſſim:doce:
Animum bonum habere:qui te ad me adducam domum?
Peliã ſenẽ. Co. Quia ſorbitione faciam ego te hodie mea
Item ut medea peliam concoxit ſenem:
Quem medicamento:& ſuis uenenis dicitur.
Feciſſe rurſus ex ſene adoleſcentulum.
Concoxit.ex antiqs codicibus.& metri neceſſitate. non recoxit. ut Pius legit.contra legem carminis. Item te ego faciam.Bal.eho an tu etiam ueneficus?
Co. Immo ædepol uero hominum ſeruator magis.
Cognare. Bal. Hem mane quanti iſtuc unum coquinare perdoces?
Co. Quid?Bal.ut te ſeruem:nequit ſurripias mihi?
Rurſus.metri neceſſitate.non turſum ut Pius legit. Co. Si reddis nummos mihi meos?ne metuas quidem.
Sed utrum amicis hodie:an inimicis tuis
Daturus cœnam Bal.pol ego amicis:ſcilicet.
Co. Quin tu illos inimicos potius:q̃ amicos uocas?
Nam ego ita conuiuis cœnam conditam dabo
Hodie:atq; ita ſuauiter conditam:
Vt quiſq; quicquid conditum guſtauerit:
Ipſos ſibi faciam ut digitos prærodat ſuos.
Bal. Quæſo hercle priuſq̃ quicq̃ conuiuis dabis.
Guſta tute prius:& tuis diſcipulis dato.
Furtificas. Vt prærodatis ueſtras furtificas manus.
Co. Fortaſſe hæc tu nunc mihi non credis quæ loquor?
Mihi ex codicibus antiquis non nimis. contra ſententiæ concinnitatem. Bal. Moleſtus ne ſis nimium.iam tu mihi non places.
Hem illic ego habito.intro abiſis:& cœnam coque
Propere.Co.quin is accubitum:& conuiuas cedo.
Corrumpitur iam cœna.Bal.hem ſubolet ſis uide,
Iam hic quoq; ſceleſtus eſt coquus:ut hinc coniicio.
Profecto quid nunc primum caueam neſcio.
Ita in ædibus ſunt fures.prædo in proximo eſt.
Iam mihi hic uicinus apud forum paulo prius
Pater huius calidori opere fecit maximo
Vt mihi cauerem a pſeudolo ſeruo ſuo:
Habere fidem. Neu fidem ei haberem.nam eum circũire in hunc diem:
Interuorteret me. Vt me ſi poſſet muliere interuorteret
Eum promiſiſſe firmiter dixit ſibi
Seſe abducturum a me dolis phœnicium.
Nunc ibo intro:atq; edicam familiaribus.
Profecto ne quis quicq̃ credat pſeudolo?



Per

℞ butiri loti ℥i
terreb. loti ℥vi
litargirii loti
in aceto ℥v
cerussę lotę in
aq. ros. ℥ß
salis com. ℥i
vitelli ouor. n.° j.
olei ros. ℥ij
pani lapati aceti q. s.
[illegible] linimenti
A. Benucius

Pseudolus. Simia Sycophanta.

Pse. SI unq̃ quẽq̃ di imortales uoluere esse auxilio vii
Adiutũ: tum me: & calidorum seruatum esse uolunt:
Et lenonẽ extinctũ: quũ mihi adiutorem genuere te
Tam doctum hominẽ atq; astutũ. sed ubi illic est? sum ne ego
Homo insipiens qui nunc hæc mecũ egomet loquar solus.
Dedit uerba mihi hercle: ut opinor: ueh mihi: malus cũ malo
Stulte caui. tum pol ego interii: homo si ille abiit
Neq; hoc opus quod uolui: ego hodie efficiam. sed uideo
Eccum uerbeream. statuam. at ut magnifice infert sese. Verbeream statuam.
Hem te hercle ego circũspectabã. nimis metuebam: male
Ne abiisses. Sy. fuit meũ officium fateor: ut id facerem.
Pse. Vbi restiteras? Si. ubi mihi libitum est. Pse. istuc ego sat scio.
Sy. Cur ergo qđ scis me rogas? Pse. at hoc uolo monere te.
Sy. Monendus ne me moneat. Pse. nimis tandẽ ego abs te contẽnor.
Sy. Quid ni ego te contẽnã: stratioticus homo qui cluear? Cluear.
Pse. Iam hoc uolo qđ cœptunst agi. Sy. nunqđ agere aliud me uides?
Pse. Ambula ergo cito. Sy. imo ociose uolo. Pse. hæc ea est occasio
Dum ille dormit. uolo ut prior tu occupes adire. Sy. qd ꝓperas.
Placide ne time. ita ille faxit iuppiter ut ille palã ibi
Dentiat quisquis ille est: qui adest a milite: ut nunq̃ ædepol
Erit ille potior harpax. q̃ ego. habe modo animũ bonum.
Pulchre hanc ego explicatam tibi rem dabo sic ego illum dolis
Atq; mendaciis dabo in timorem militarem aduenam
Ipse sese ut neget eũ esse qui siet. meq; ut esse autumet
Qui ipsus ẽ. Pse. q põt? Sy. occidis me cũ istuc rogitas. Pse. o ho-
Lepidum. te quoq; etiã dolis atq; etiã mendaciis (minẽ
Iuppiter mihi seruet. Sy. imo mihi. sed uide an ornatus hic
Me satis condecet? Pse. optume habet. Sy. esto. Pse. tñ tibi boni
Di imortales duint. quantũ tibi optes. nam si ego
Exoptẽ quantũ dignus: tantũ dent: minus nihilo est:
Neq; unquã ego hoc hoie quẽq̃ uidi magis malum
Et maleficum. Sy. tun id mihi? Pse. taceo. sed ego quæ tibi
Dona dabo: & faciã: si quidẽ hanc rem accurassis sobrie?
Sy. Potin ut taceas? memorẽ imemorẽ facit: qui monet qđ memor Memorem
Meminit. teneo. oĩa in pectore condita sunt. meditati monere
Sũt doli docte. Pse. ꝓbus hic ẽ hõ. Sy. neq; hic ẽ ꝓbus neq; ego. nõ ẽ opus
Pse. At tu uide ne titubes. Sy. potin ut taceas? Pse. ita me dii ament:
Sy. Ita nõ facient. mera iam mendacia fundis. Pse. ut ego ob tuã
Simiã perfidiã te amo: te metuo: te magnifacio.
Sy. Ego istuc aliis dare condidici. mihi obtrudere nõ potes
Palpũ. Pse. ut ego te hodie accipiã lepide: ubi effeceris hoc op9. Palpum.
Sy. Ha ha he. Pse. lepido uictu unguẽtis uino: & inter pocula

Ibidem aderit mulier lepida sauia super sauia
Q uæ det.Sy.lepide accipis me.Pse.imo si efficis:tũ faxo magis
Dicas.Sy.nisi effecero:cruciatu me accipio carnifex.
Sed propera mihi monstrare ubi sit lenonis ædium.
Ostiũ.Pse.tertiũ hoc ẽ.Sy.tace ædes hiscũt.Pse.credo aio malest
Aedibus.Si.qd iam? Pse.quia edepol ipsum lenonẽ euomunt.
Sy. Illicine est? Pse.illic ẽ.Sy.mala merx est.Pse.illuc sis uide
Non prorsus:uerum ex trãsuerso cedit:quasi cancer solet.

Prorsus.ex codicibus ãtiquis. Ex trãsuerso.ex codi. antiqs.

Ballio.Pseudolus.Sycophanta. vii

Bal. MInus hũc malũ hoiem esse opinor.q̃ eẽ cẽsebã coquũ.
Nã nihil etiã dum harpagauit p̃ter cyathũ: & cãthaꝝ.
Pse. Heus tu nunc occasio est:& tẽpus.Sy.tecum sentio.
Pse. Ingredere in uiam dolis:& ego:hic in insidiis ero.
Sy. Habui numerũ sedulo.hoc est sextũ a porta proximum
Angiportum.in id angiportum me deuorti iusserat.
Q uotas ædis dixerit:id ego admodũ incerto scio.
Bal. Quis hic hõ chlamydatust.aut unde est:aut quẽ quæritat?
Peregrina facies uidetur hominis:atq; ignobilis,
Sy. Sed eccum certo qui faciet mihi qđ quæro certius.
Bal. Ad me adit recta.unde ego hoiem hunc esse dicam gentiũ?
Sy. Heus tu qui cũ hirquina stas barba. responde qđ rogo.
Bal. Eo an nõ prius salutas? Sy.nulla est salus mihi dataria.
Bal. Nam pol hinc tantũdẽ accipies.Pse.iam inde a principio ꝓbus.
Sy. Ecquẽ in angiporto hoc hoiem tu nouisti te rogo.
Bal. Ego met me.Sy.pauci istuc faciunt hoies:qđ tu prædicas.
Nam in foro uix decumus quisq; est:qui ipsus sese nouerit.
Pse. Saluus sum.iam philosophat.Sy.hoiem ego hic quæro malum
Legirupam:ipium:periũrum:atq; improbũ.Bal.me quæritat.
Nam illa sunt cognomenta mihi.nomen si memoret modo:
Q uod est ei homini nomen? Sy.leno ballio.Bal,sum ego
Ipse ego sum adolescens quem tu quæritas.Sy.tu ne es ballio?
Bal. Ego enimuero is sum.Sy.ut uestitus est perfossor parietum.
Credo in tenebris:conspicatus si sis me:abstineas manum?
Herus me tibi salutem multã uoluit dicere.
Hanc epistolã accipe a me.hanc me tibi iussit dare.
Bal. Q uis is homost qui iussit? Pse.perii.nunc hõ in medio luto est
Nomẽ nescit.hæret hæc res.Bal.quẽ hãc misisse ad me autumas?
Sy. Nosce imaginẽ:tute eius nomen memorato mihi
Vt sciã ballionem te esse ipsum.Bal.cedo mihi epistolam.
Sy. Accipe & cognosce signũ.Bal.oho polymachæroplacides:
Purus putus est ipsus.noui.heus polymachæroplacides.
Sy. Placides est.scio iam tibi me recte dedisse epistolam.
Postq̃ polymachæroplacidæ elocutus nomen es.

Harpagauit. Cyathum.

Quotas'.scribendũ est.'ut sit ordinis nomen.nõ quorũ ut corrigit Pius: nullo cum recto sensu.neq; 'quotas has.ut legendũ putat Sarrace.quia abundaret uersus.

Chlamydatus.

Dataria.

Legirupã Cognomẽta.

Ego.addendum ex codicibus antiquis.

Purus putus.

Bal. Sed quid agit?Sy.qđ hō ædepol fortis:ac bellator probus.
Sed ꝓpera hanc pellegere quæso epistolā.ita negociū est
Atq; accipere argentū actutū:mulieremq; emittere.
Nam necessest hodie sicyoni me esse.aut cras mortem exequi Sicyōni.
Ita herus meus est īperiosus.Bal.noui. notis prædicas.
Sy. Propera pellegere epistolā ergo?Bal.id ago si taceas modo
Conscriptā mittit polymachæroplacides imaginem
Obsignatā:quæ inter nos duo olim conuenit.& symbolū:
Sy. Symbolū est in epistola.Bal.uideo:& cognosco symbolū: Symbolū.
Sed in epistola nullā salutem mittere scriptā solet.
Sy. Ita militaris disciplina est ballio. vi
Manu salutem mittunt beneuolentibus.
Eadem malam rem mittunt maleuolentibus.
Sed ut occœpisti:perge opera experirier
Quid epistola ista narret.Bal.ausculta modo.
Harpax calator meus est:ad te qui uenit Calator.
Tu ne is es harpax?Sy.ego sum:atq;ipse harpax quidē.
Bal. Qui epistolam istam fert.ab eo argentum accipies.
Cum eo simul mulierem abs te mitti uolo
Salutem scriptā dignū est dignis mittere.
Te si arbitrarem dignum:misissem tibi.
Sy. Quid nunc?Bal.argentū des.abducas mulierem. Arbitrarē.
Sy. Vter remoratur?Bal.quin sequere ergo intro.Sy. sequor:

Pseudolus.


Eiorem ego hominē.magisq; uersute malum vi
Nunq̄ ædepol quēq̄ uidi:q̄ hic est simia.
Nimisq; ego illum hoiem metuo & formido male:
Ne malus item erga me sit:ut erga illum fuit
Ne in re secunda nunc mihi obuertat cornua
Si occasionem ceperit.nam cautio est
Qui sit malus:atq; ædepol equidem nolo
Nam illi bene uolo:nunc in metu sum maximo
Triplici modo:primū omniū iam hunc cōparem
Metuo:ne deserat me:atq; ad hostis transeat:
Metuo autē ne redeat herus etiā dum a foro:
Ne capta præda capti prædones fiant
Cum hoc metuo metuo:ne illic huc harpax ueniat:
Prius hinc q̄ hic harpax abierit cū muliere
Perii hercle nimiū.tarde egrediuntur foras:
Cor conligatis uasis expectat meum
Si non educat mulierem secum simul
Vt exulatum expectore fugiat meo Exulatum.
Victor sum.uici cautos custodes meos.

Sycophanta. Pseudolus.

Sy. NE plora.nescis ut res sit phœnicium: vi
Verum haud multo post faxo scibis accubans
Non ego te ad illum duco dentatum uirum
Macedoniensem:qui lenonem flentem facit.
Cuiam. Cuiam te uis esse maxime ad eum duco te.
Calidorũ haud multo post faxo amplexabere.
Pse. Quid tu intus quæso desedisti?quãdiu
Mihi cor retunsunst oppugnando pectore.
Sy. Occasionem reperisti ucrbero
Vbi perconteris me insidiis hostilibus
Gradibus militariis Quin hinc metimur gradibus militariis.
Pse. Atq; edepol q̃q̃ neq; homo es,recte mones.

Ballio. Leno.

BAbæ nunc demũ mihi animus in tuto est loco: vi
Post q̃ iste hinc abiit:atq; abduxit mulierem
Libet nunc uenire pseudolũ scelerum caput
Et abducere a me mulierem fallaciis
Conceptis.hercle uerbis:satis certo scio
Ego peierare mauelem me milies:
Q uã mihi illum uerba perderidiculũ dare
Nunc deridebo herclę hominẽ,si conuenero
Verum in pistrinum credo ut conuenit:fore
Nunc ego simonem mihi obuiam uenire uelim:
Promiscua læticia. Vt mea læticia lætus promiscua fiet.

Simo senex. Ballio. Leno.

Si. VIso quid rerum meus ulysses egerit. vi
Iam ne habeat signum ex arce balliona.
Bal. O fortunate cedo fortunatam manum
Simo.Si.quid est?Bal.iam.Si.quidiam?Bal.nihil est qđ metuas.
Si. Q uid est?uenit ne homo ad te?Bal.nõ.Si.quid igitur boni est?
Bal. Minæ uiginti sanæ:ac saluæ sunt tibi
Instipulatus est. Hodie:quas abs te inde est instipulatus pseudolus.
Si. Velim.quidem hercle.Bal.roga me uiginti minas
Si illic hodie illa sit potitus muliere:
Siue eam tuo gnato hodie:ut promisit dabit.
Rogato obsecro hercle.gestio promittere.
Omnibus modis tibi esse rem ut saluam scias
Atq; etiam habeto mulierem dono tibi.
Si. Nullum periculũ est:quod sciam:stipularier
Vt concepisti uerba:uiginti mnas dabin?
Bal. Dabuntur.Si.hoc quidẽ igitur actunst haud male:
Sed conuenistin hominẽ tu?Bal.imo ambos simul.

Si. Quid ait? quid narrat? quæso quid dicit tibi?
Bal. Nugas theatri. uerba quæ in comœdiis
Solent lenoni dici: quæ pueri sciunt.
Malum: & scelestum: & periurum aiebant esse me.
Si. Pol haud mentitus est. Bal. ego haud iratus fui
Nam quanti refert ei nec recte dicere: *Quanti refert.*
Q ui recti nihil faciat. quiq; inficias non eat?
Si. Q uid est. qui non metuas ab eo? id audire expecto.
Bal. Q uia nunq̄ a me abducet mulierem iam. nec post
Meministin: obsecro tibi me dudum dicere
Eam uenisse militi macedonico?
Si. Memini. Bal. hem illius seruos huc ad me argentū attulit
Et obsignatum symbolū. Si. quid postea?
Bal. Q ui inter me atq; illum militem conuenerat
Is secum abduxit mulierem: haud multo prius.
Si. Bonan fide istuc dicis? Bal. unde ea sit mihi?
Si. Vide modo ne illic sit contechnatus quippiā. *Cōtechnatus.*
Bal. Epistola: atq; imago me certum facit
Quin illā quidem in sicyonem ex urbe adduxit modo.
Si. Bene hercle factum. quid ego cesso pseudolū
Facere: ut det nomen ad molarū coloniam:
Sed quis hic homo est chlamydatus? Bal. nō ædepol scio.
Nisi ut obseruemus hic quo eat. aut q̄ rem gerat.

Harpax, Simo, Ballio. vii

Ha. Malus & neq; hō ē qui nihili iperiū sui heri seruus facit.
Nihili est aūt, suū qui officium facere est imemor
Nisi adeo monitus. nam qui liberos esse ilico
Se arbitrantur, ex conspectu heri sui si se abdiderunt
Luxuriantur: lustrantur: comedunt. quod habent nomen diu *Lustrantur*
Ii seruitutis ferunt. nec boni ingenii quicq̄ in his inest:
Nisi ut iprobis sese artibus teneant. cū iis mihi
Nec locus: nec sermo conuenit: iis nunq̄ nobilis fui.
Ego ut impatū est: & si abest: hic adesse herum arbitror.
Nunc ego illū metuo: quū hic non adest. nec cum adsiet: metuā.
Ei rei operā dabo. nam in taberna usq; adhuc: sineret syrus:
Cui symbolū dedi. mansi: ut iusserat. leno ubi esset domi,
Me aiebat arcessere. uerū ubi is non uenit. nec uocat:
Venio huc ultro: ut sciam: quid rei fiet. ne illic homo
Me ludificetur. neq; quicq̄ est melius: q̄ ut hoc ostium
Pultem. atq; aliquem euocē hinc intus. leno argentū hoc uolo
A me accipiat: atq; emittat mulierem mecū simul.
Bal. Heus tu? Si. qd uis? Bal. hic homo meust. Si. quidum? Bal. quia
præda hæc mea est.

Scortum quærit.habet argentũ.iam admordere hũc mihi
Lubet.Si.iam ne illũ cõmeſſurus es?Bal.dum recens eſt; mihi
Dum datur:dum calet:tũ deuorari decet.nam boni uiri
Me pauperant ĩprobi alunt.augent rem meam mali.
Populi ſtrenui mihi ĩprobiores ſunt.Si.malũ quod dii
Tibi dabunt.ut ſceleſtus.Har.me nunc cõmoror cũ has fores
Non ferio:ut ſciam ſit ne ballio domi?Bal.uenus mihi hæc

Lucrifugas

Bona dat.quũ hos huc adiicit lucrifugas.damni ſui cupidos
Q ui ſe ſuãq; ætatẽ bene curant.edunt.bibunt.
Scortantur.illi ſunt alio ingenio:atq; tu.qui neq;
Tibi bene eſſe patere:& illis quibus eſt: inuides.
Ha. Heus ubi eſtis uos?Bal.hic quidẽ ad me recta habet rectã uiam.
Ha. Heus ubi eſtis uos?Bal.adoleſcens:quid iſtic debetur tibi?

Bene ego ab hoc pſdatus: ſi bono in bona ſcæna eſt mihi.

Ha. Ecquis hoc aperit?Bal.heus chlamydate?quid iſtic debet tibi?
Ha. Aedium dominũ lenonẽ ballionem quærito.

Compẽdi. Verſus hic non eſt in codicibus ãtiquis.ſed neq; ſententiæ cohærẽtia aſcribi debet:ac plane ſuperfluit:qq̃ Pius illum cõmẽtari uiſus ſit: a ſe tñ non intellectum.

Curio infortunio.

Bal. Q uiſquis es adoleſcens operã fac cõpendi quærere.
Ha. Q uid iam?Bal.quia tu ipſus corã præſens præſentẽ uides.
Ha. Tun is es?Si.chlamydate caueſis tibi a curio infortunio
Atq; in hunc intende digitũ.hic leno eſt.Bal.at hic ẽ uir pbus.
Sed tu nõ uir es.flagitare ſæpe in clamore in foro
Cũ libello nuſquã eſt.niſi quod leno hic ſubuenit tibi.
Ha. Q uin tu mecũ fabulare.Bal.fabulor.quid uis tibi?
Ha. Argentũ accipias.Bal.iam ſi dubiũ des:porrexi manum.
Ha. Accipe hic ſunt quinq; argenti lectæ numeratæ minæ.
Hoc tibi herus me iuſſit ferre polymachæroplacides,
Q uod deberet:atq; ut mecũ mitteres phœnicium.
Bal. Tuus herus?Ha.ita dico.Bal.miles?Har.ita loquor.Bal. macedoni?
Ha. Admodũ ĩq̃.Bal.te ad me miſit polymachæroplacides?
Ha. Vera memoras.Bal.hoc argentũ ut mihi dares?Ha.ſi tu qdẽ es
Leno ballio.Bal.atq; ut a me mulierem abduceres?Har. ita.

Maturate.

Bal. Phœnicium eſſe dixit?Har.recte meminiſti.Bal.mane
Iam redeo ad te.Har.at maturate propera.nam propero:uides
Iam diei multum eſſe.Bal.uideo.hunc aduocare etiam uolo.
Mane modo iſtic.iam reuertar ad te.quid nunc ſimo?
Quid agimus?manifeſto hũc hoĩem teneo: qui argentũ attulit.

Verberonẽ

Si. Q uid iam?Bal.an ne ſcis q̃ ſit hæc res?Si.iuxta cũ ignariſſimis:
Edepol uerberonẽ hominem pſeudolum,ut docte dolum
Cõmentuſt:tantũdem argenti quantũ miles debuit
Dedit huic:atq; hominem exornauit:mulierem qui arceſſeret:
Bal. Pſeudolus tuus allegauit hunc: quaſi a macedonio
Milite eſſet.Si.habes ne argẽtũ ab hoie?Bal.rogitas qd' uides?
Si. Heus memento ergo dimidium iſtinc mihi de preda dare.
Cõmune iſtuc eſſe oportet.Bal.quid malũ? id totum tuum eſt.

Quã mox mihi operam das? Si.do equidem nũc.Bal. quid mi-
hi es auctor ſimo?
Si. Exploratorem hunc faciamus ludo ſuppoſititiũ. Ludo faciamus.
Bal. Donicum adeo ipſus ſeſe ludos fieri ſenſerit. Donicum.
Sequere.quid ais:nempe tu illius ſeruos es?Har.planuſſime.
Bal. Quanti te emit?Har.ſuarũ in pugna uictoria uirium.
Nam ego eram domi iperator ſummus in patria mea.
Bal. An etiã ille unq̃ expugnauit carcerem patriam tuam?
Ha. Contumeliam ſi dices:audies.Bal.quid.tun hodie
Ex ſicyone huc perueniſti?Har.alto adhuc meridie.
Bal. Strenue me hercule iſti.quãuis pernix hic eſt homo. ſuram ubi Quãuis pernix.
Aſpicias:ſcias eum poſſe gerere craſſas cõpedes.
Quid ais?tu ne etiã cubitare ſolitus es in cunis puer?
Ha. Scilicet ſolitum eſſe.Bal.etiã ne facere ſolitus es puer?
Scin quid loquar?Har.ſani ne eſtis?Bal.quid hoc:qđ te rogo?
Noctu in uigiliã quando ibat miles:tum tu ibas ſimul:
Conueniebat ne in tuã uaginam machæra militis?
Ha. I.in malã crucem.Bal.ire licebit tibi tamen hodie tempori.
Ha. Quin tu mulierẽ mihi emittis:aut reddis argentũ.Bal.mane.
Ha. Quid maneã?Bal.chlamydem hanc cõmemores quanti cõdu-
ctaſt?Har.quid eſt?
Bal. Quid meret machæra?Har.helleboꝝ hiſce hoĩbꝰ opꝰ ẽ.Bal.eho.
Ha. Mitte.Bal.quid mercedis petaſus hodie domino demeret.
Ha. Quid dño?quid ſomniatis?mea equidẽ hæc habeo omnia.
Meo peculio empta.Bal.hoc qđ fœmina ſumma ſuſtinet. Fœmina.
Vnde tibi.Har.hi ſenes fricari ſeſe ex antiquo uolunt.
Bal. Reſponde obſecro hercle hoc uero ſerio quod te rogo.
Quid meres?quantillo argenti te conduxit pſeudolus?
Ha. Qui iſtic pſeudoluſt?Bal.præceptor tuus qui te hanc fallaciã
Docuit:ut fallaciis hinc a me mulierem abduceres?
Ha. Quẽ pſeudolum?quas tu mihi prædicas fallacias?
Quẽ ego hoiem nulli coloris noui.Bal.hõ tu iſthinc abis? Nulli pro nullius.
Nihil eſt hodie hic ſycophantiis quæſtus.proin tu pſeudolo Hic.ex codicibus ãtiquis:& metri ac ſniæ cõcinitate.
Nunties.adduxiſſe alio prædam qui occurrit prior
Harpax.Har.is quidẽ ædepol ego ſum.Bal.imo ædepol eſſe uis
Purus putus hic ſycophanta eſt.Har.ego tibi argentũ dedi; Purus putus.
Et dudum adueniens extemplo ſymbolum ſeruo tuo
Heri imagine obſignatam epiſtolam hic ante oſtium.
Bal. Meo tu dediſti epiſtolam ſeruo?cui ſeruo?Ha.ſyro.
Bal. Nũ confidit?ſycophanta hic eſt.nugis meditatur male.
Si. Edepol uerberonẽ hominem pſeudolum:ut docte dolum
Cõmentuſt?tantũdem argenti quantũ miles debuit,
Dedit huic:atq; hominẽ exornauit:mulierem qui abduceret.

Nam illam epistolam ipsus uerus harpax huc ad me attulit.
Ha. Harpax ego uocor.ego seruus sum macedonis militis.
Sycophantiose. Ego nec sycophantiose quicq̃ ago:nec malefice.
Neq; hunc pseudolum mortalis qui sit,noui: neq; scio.
Si. Tu nisi mirunst:leno plane perdidisti mulierem.
Bal. Edepol næ istuc magis ac magis metuo:cum uerba audio.
Si. Mihi quoq; ædepol dudum ille syrus cor perfrigefacit
Q ui symbolũ hoc accepit.mira sunt.ni pseudolus est.
Eho tu qua facie fuit dudum:cui dedisti symbolum?
Ha. Rufus quidã.uentriosus.crassus.seruus subniger.
Magno capite.acutis oculis.ore rubicundo.admodum
Magnis pedibus.Si.perdidisti:postq̃ dixisti pedes.
Pseudolus fuit ipsus.actũ est.Bal.id ipsum est.emorior simo.
Si. Hercle haud te sinam emoriri.nisi argentũ mihi redditur
Mnæ. me tri necessitate. & ex codi.ātiqs. Viginti minæ.Har.atq; etiã mihi aliæ uiginti mnæ.
Bal. Auferetur id præmiũ a me quod promisi per iocum?
Si. De improbis uiris auferri præmiũ:& prædam decet.
Bal. Salte pseudolũ mihi dedas.Si.pseudolum ego dedam tibi?
Q uid deliquit?dixin ab eo ut caueres centies?
Multauit. Bal. Perdidit me.Si.at me uiginti modicis multauit minis.
Bal. Q uid nunc faciã?Har.si mihi argentũ dederis:te suspendito.
Bal. Di te perdant.seq̃re hac sis me ergo ad forũ:ut soluã.Ha.sequor.
Quid ego?peregrinos absoluã:cras agam cum ciuibus.
Cẽturiata comitia capitis. Pseudolus mihi centunata habuit capitis comitia.
Q ui illũ ad me hodie adlegauit:mulierem qui abduceret.
Sequere tu nunc.ne expectetis dum hac domũ redeam uia.
Ita res gesta est.angiporto hoc certum est consectarier.
Ha. Si graderere tantũ q̃tũ loquere.iam isses ad forum.
Emortualẽ Bal. Certunst hunc mihi emortualem facere ex natali die.

Simo senex. vii

Bene ego illũ tetigi.bene autem seruos inimicũ suum:
Nũc mihi certũ est:alio pacto pseudolo insidias dare.
Quã in aliis comœdiis fit.ubi cum stimulis aut flagris
Insidiantur.at ego iam inultus promam uiginti mnas.
Quas promisi si effecisset.obuiam ei ultro deferam.
Nimis hic mortalis doctus:nimis uersutus:nimis malus.
Superauit troianũ dolum:atq; uicit pseudolus.
Nunc ibo intro.argentũ promã.pseudolo insidias dabo.

Pseudolus seruus ebrius. vii

Q uid hoc?siccine fit hoc pedes?statin an nõ?an id uoltis
Vt me hinc iacentẽ aliqs tollat?nã hercle si cecidero
Pergitin ex codi.antiquis. Vestrũ erit flagitiũ.pergitin pergere?ah seuiendũ mihi
Hodie est,magnum hoc uitium uino est.pedes captat primũ.

Luctator dolosust.profecto ædepol ego nunc probe habeo
Madulsam.ita excurato uictu.ita magnis mundiciis Madulsam
Digni habiti:atq; loco festiuo festiue accepti sumus.
Q uid opus me multas agere ambages? hoc hói est quáobrem.
V itam amet.hic omnes uoluptates.
In hoc omnes uenustates sunt.deis proximum esse arbitror.
Nam ubi amans cóplexust amanté.ubi ad labra labella adiungit:
Vbi alter alterum bilingui manifesto interprehendunt:
Vbi manu mamilla opprimit:ac ét si lubet corpora códuplicát: Bilingui.
Manu cádida cantharg dulcisery ppinare mitissimá amicitiá. .n.g.
Neq; ibi esse alium alio odio ibi nec molestum:nec sermonibus: Morologis
morologis uti.
Vnguenta:atq; odores lentiscos.corollas dari:dapsiles.nó enim
parce promi.
Victu cætero.nequis me roget.hoc ego modo:atq; herus minor
Hunc diem sumpsimus potissume:
Postq̃ opus meú:ut uolui:omne perpetraui.fugatis hostibus
Illos accubantis.potantis.amantis.cum scortis reliquú& meum
Scortum ibidem:corde:atq; animo suo obsequentes:sed postq̃
Exurrexi.orant me id ut saltem adhunc me modum intuli.
Illis satisfacere minime ex disciplina quiui ego:
Q ui lenonem capere didici.sed paliolatim amictus
Sic incessi ludibundus.plaudunt partim.clamitát me ut reuertar.
Occepi denuo hoc modo uolui idem.amice dabam me mea:
Vt me amaret.ubi circúuortor:cado.id fuit nempe ludo.itaq; Pax.
Dum enitor pax iam pene inquinaui pallium.nimiæ tum Inquinaui
Voluptati ædepol fui ob casum.datur cantharus.bibi. Crapulam
Commuto illico palium.illud posui.inde huc exii:crapulam
Dum amouerem.nunc ab hero ad herum meum maioré uenio.
Fœdus cómemoratú.aperite aperite.heus simoni me adesse
Q uis nuntiat?

Simo. Pseudolus.Bal. Leno. ví Exciet.

Si. VOx uiri pessumi me exciet foras.sed quid hoc?quo mó?
Q uid te ego uideo?Pse.cú corona ebriú pseudolú tuú.
Si. Libere hercle hoc quidé.sed uide statú.num mea gratia
Pertimescit?magis cogito seuiter blanditer ne alloquar.
Sed hoc me uetat iam facere:quod fero:si qua in hoc
Spes sitast mihi.Pse.uir malus:uiro optumo obuiam it.
Si. Dii te ament pseudole.sed i in malam crucem:
Pse. Cur ego me afflictem?Si.quid tu malú ergo in os mihi Inructas.
Ebrius inructas?Pse.molliter.sustine nunc me: Te sic interdius. ex codi. antiquis.
Caue ne cadam.non uides tu me ut madidus adeam?
Si. Q uæ ista hæc audaciast?te sic interdius Interdius:
Cum corolla incedere ebrium?Pse.lubet.Si.quid lubet.

Pergin ructare in os mihi? Pse.suatis ructus mihi est.
Potesse. Sic fine modo.Si.credo equidem potesse te scelus
Massici montis uberrumos fructus quattuor
Ebibere in hora una.Pse.hiberna addito.Si.sed tamen.
Vnde onustam celocem agere te prædicem? Pse.cum tuo
Perpotaui modo filio.sed simo ut probe
Tactus ballio est.quæ tibi dixi ut effecta reddidi:
Si. Derides? pessumus homo est.Pse.mulier hæc facit.
Cum tuo nunc filio libera accubat.Si.omnia
Vt quidq; egisti ordine scio.Pse.quid ergo dubitas
Celocem. Dare mihi argentum? Si.ius petis.fateor.tene.

Ista tria uerba plane superfluebát: & metri. & sentētiæ ratiōe qd neq; Pius:neq; Sarrace. iterp̄tes uidere.

Pse. At negabas daturum esse te mihi:tamen das.onera hunc
Hominem.atq; me consequere.Si.at ego istum hominē onerem?
Pse. Onerabis scio:Ba.quid ego huic homini faciam? satiu
Vltro & argentum aufert & me irridet.Bal.uæ uictis.
Pse. Vorte ergo humerum hem.Bal.hoc ego nunq̄ ratus sum fore
Vt tibi fierem supplex.heu heu.Pse.desine.Bal.doleo.
Pse. Ni doleres tu:ego dolerem.Bal.quid hoc auferre?
Nō pseudole abs tuo hero? Pse.lubentissimo corde:atq; animo.
Bal. Non audes quæso aliq̄ partem mihi gratiā facere hic argenti?
Pse. Nō me dicis auidū eē hoiem.Bal.nā hic nunq̄ eris nūmo diuitior
Pse. Neq; te mei tergi miseret.si hoc non hodie effecissem:
Bal. Erit ubi te ulciscar:si uiuo.Pse.quid minitare? habeo
Tergum.Bal.age sane.Pse.igitur reddi.Bal.quid reddam?
Pse. Reddi modo.non eris deceptus.Bal.reddeo.Pse.simul
Potatum. Mecum potatum.Bal.ego ne eam? Pse.fac quod te iubeo.
Si is aut dimidiū:aut plꝰ ēt faxo hic feres.Bal.eo.duc me quo uis
Pse. Quid nūc:nūqd iratus es:aut mihi:aut filio ꝓpter has res simo?
Si. Nihil profecto.Pse.i hac.Bal.te sequor:quia uocas.
Spectatores simul.Pse.hercle me isti haud solent
Vocare.neq; ergo ego istos.uerum si uoltis adplaudere.
Atq; approbare hunc gregem:& fabulam:in crastinum
Vos uocabo.

Argumentum in Pœnulum Plauti.


Ver septuennis surripitur carthagine vi
Osor. Osor mulierum.adoptat hunc emptum senex.
Et facit hæredem.eius pueri cognatæ duæ
Nutrixq; earum raptæ.mercatus lycus:
Vexatq; amantem.at ille cum auro uillicum
Lenoni obtrudit.inde eum furto alligat.
Venit hanno pœnus.gnatum hunc fratris repperit.
Suasq; adgnoscit:quas perdiderat filias.

Prologus.


Chillem ariſtarchi mihi commentari lubet.
Inde mihi principium capiam ex tragœdia.
Sileteq; & tacete atq; animum aduortite.
Audire iuber uos imperator hiſtricus.
Bonoq; ut animo ſedeant in ſubſelliis — Subſelliis.
Et qui eſurientes:& qui ſaturi uenerint.
Qui ediſtis:multo feciſtis ſapientius.
Qui non ediſtis:ſaturi fite fabulis. — Fite.
Nam cui paratumſt quod edat.noſtra gratia:
Nimia eſt ſtulticia ſeſſum impranſum incedere. — Seſſum.
Exurge preco.fac populo audientiam.
Iam dudum expecto ſi tuum officium ſcias.
Exerce uocem per quam uiuis & colis.
Nam niſi clamabis:ſtatim te obrepet fames. — Obrepet te fames.
Age nunc iam reſide:duplicem ut mercedem feras.
Bonum factum eſt:edicta ut ſeruetis mea.
Scortum exoletum nequis in proſcænio
Sedeat.ni ue lictor uerbum aut uirgæ mutiant. — Mutiant.
Neu deſignator præteriens obambulet.
Neu ſeſſum ducat:dum hiſtrio in ſcæna fiet.
Diu qui domi ocioſi dormierunt.decet
Animo æquo nunc ſtent:uel dormire temperent:
Serui ne obſideant:liberis ut ſit locus.
Vel æs pro capite dent.ſi id facere non queunt:
Domum abeant.uitent.ancipiti infortunio
Ne & hic uarientur uirgis & loris domi.
Si minus curaſſint:cum ueniant heri domum.
Nutrices pueros infantis minutulos
Domi procurent:neue inſpectatum afferant:
Ne & ipſæ ſitiant & pueri pereant fame:
Ne ue eſurientes hic quaſi ædi obuagiant.
Matronæ tacitæ ſpectent.tacitæ rideant.
Canora hic uoce ſua tinnire temperent.
Domum ſermones fabulandi conferant:
Ne & hic uiris ſint & domi moleſtiæ.
Quodq; ad ludorum curatores attinet.
Ne palma detur cuiq̃ artifici iniuria.
Neue ambitionis cauſa extrudantur foras
Quo deteriores anteponantur bonis.
Et hoc quoq; etiam quod pene oblitus fui:
Dum ludi fiunt.in popinam pediſequi
Irruptionem facite.nunc dum occaſio eſt:

Scribilitæ. Vicissatim

Scribilitæ.ita scribẽdum est.metri necessitate.& ex codi.antiqs.ná quod apud Mar.legitur.scriblita.p syncopá dici metri illius necessitas fecit.

Nunc dum scribilitæ æstuant:occurrite.
Hæc quæ sunt imperata pro imperio histrico:
Bonum hercle factum:pro se quisq; ut meminerit.
Ad argumentum nunc uicissatim uolo
Remigrare:ut æquum est.uos signatores eritis.
Eius nunc regiones limites confinia
Determinabo.ei rei finitor.factus sum ego
Sed nisi molestum sit:nomen dare uobis uolo
Comœdiai.sin odio sit:dicam tamen:
Siquidem licebit per illos:quibus est in manu.
Carchedonius uocatur hæc comœdia.
Latine plautus patruus pultiphagonides.
Nomen iam habetis.nunc rationes cæteras
Accipite.nam argumentum hoc hic censebitur

Proscæniũ. Patrueles.

Locus argumentost suum sibi proscænium.
Vos uiatores estis:quæso operam date.
Carthaginenses fratres patrueles duo
Fuere:summo genere & summis diuitiis.
Eorum uiuit alter.alter est mortuus.
Propterea apud uos dico confidentius:

Pollinctor. Pollinxerat

Quod mihi pollinctor dixit:qui eum pollinxerat.
Sed illi seni qui mortuus est.filius.
Vnicus qui fuerat.abductus a patre olim puer

Septuẽnis. Sexennio.

Septuennis surripitur carthagine.
Sexennio prius quidem quam moritur pater:
Qui periisse uidens unicum gnatum sibi.

Patruelem fratrem. Viatico.

Coniicitur ipse in morbum ex ægritudine.
Facit illum hæredem fratrem patruelem suum.
Ipse abiit ad acherontem sine uiatico.

Osori mulierum. Hospitalẽ filium.

Ille qui surripuit puerum calydonem auehit.
Vendit eum domino hic diuiti cuidam seni
Cupienti liberorum:osori mulierum.
Emit hospitalem is filium imprudens senex.
Puerum illum:eumq; adoptat sibi pro filio:
Eumq; hæredem fecit:cum ipse obiit diem.
Is adolescens habitat in illisce ædibus:
Reuertor rursus denuo carthaginem
Si quid mandare uoltis aut curarier.
Argentum nisi qui dederit:nugas egerit.
Verum qui dederit:magis maiores egerit.

Quinquẽnis. Quadrimula.

Sed illi patruo huius qui uiuit senex
Carthaginensi.duæ fuere filiæ.
Altera quinquennis.altera autem quadrimula.

Cum nutrice una periere.a megaribus
Eas qui surripuit in anactorium deuehit.
Venditq; has omnis & nutricem & uirgines
Præsenti argento homini:is homo:lyco est leno:
Q uantum hominum terra sustinet.sacerrumo.
Vosmet nunc facite coniecturam cæterum
Quid id sit hominis cui lyco nomen siet.
Is ex anactorio ubi prius habitauerat
Huc in calydonem commigrauit haud diu
Sui quæsti causa.is in illis habitat ædibus.
Earum hic adolescens alteram efflictim perit.
Suam sibi cognatam imprudens.neq; tamen
Scit quæ sit.neq; eam unq̃ tetigit.ita leno eum
Macerat.neq; quicq̃ cum ea fecit etiãnum stupri
Neq; duxit unq̃:neq; ille uoluit mittere:
Quia amare cernit.hominem uolt leno tangere
Illam minorem in concubinatum sibi
Volt emere miles quidam qui illam deperit:
Sed pater illarum pœnus postq̃ eas perdidit
Mari terraq; illas usq;quaq; quæritat.
Vbi quaq; in urbem is est ingressus:illico
Omnes meretrices:ubi quisq; habitant:inuenit.
Dat aurum.ducat noctem rogitat.post ibi
Vnde sit:cuiatis:capta necan sorrupta sit:
Q uo genere gnata:qui parentes ei fuerint.
Ita docte atq; astu filias quærit suas.
Et is omnis linguas scit sed dissimulat sciens
Se scire.pœnus plane est.quid uerbis opust?
Is heri huc in portum naui uenit uespere.
Pater harum idem huic patruus est adolescentulo.
Iam ne hoc tenetis?si tenetis dicite.
Ne dirumpatis.quæso sinite transigi
He hem pene oblitus sum reliquum dicere.
Ille qui adoptauit hunc pro filio sibi
Is illi pœno olim huius patruo hospes fuit.
Is hodie huc ueniet.reperietq; hic filias:
Et hunc sui fratris filium:ut quidem didici:
Ego ornabor ibi.uos æquo animo noscite.
Hic qui hodie ueniet:reperiet suas filias:
Et hunc sui fratris filium.dehinc cæterum
Valete adeste.ibo.alius nunc fieri uolo.
Q uod restat.alii iam uobis facient palam
Valete atq; adiuuate ut uos seruet salus.

Megaribus Anactoriũ.

Sacerrumo

Lyco.

Quæsti p quæstus.

Heri uespe re.

Agorastocles adulescens. Milphio seruus.

Egenas. Inopiosas. Cordate. Cate. Opiparas.

Ag. SAepe ego res multas tibi mandaui milphio.
Dubias:egenas:inopiosas consilii
Quas tu sapienter:docte:& cordate:& cate:
Mihi reddidisti certas:opiparas opera tua:
Qu bus pro bene factis(fateor)deberi tibi
Et libertatem & multas gratas gratias.
Mil. Scitumst:per tempus hoc est iam uerbum uetus
Nam tuæ blandiciæ mihi sunt quod dici solet
Gerræ germanæ atq; ædepol liræ liræ.
Nunc mihi blandidicus es.at heri in tergo meo
Tris facile corios contriuisti bubulos.

Blandicus. Corios bubulos.

Ag. At amans per amorem si quid feci milphio
Ignoscere id te mihi æquum est.Mil.audi tu magis.
Et ego nunc amore pereo.sine te uerberem item
Vt tu mihi fecisti ob nullam noxiam.

Noxiam.

Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.
Ag. Si tibi lubido est:aut uoluptati:sino
Suspende:uinci.uerbera.autor sum.sino.
Mil. Si autoritatem postea defugeris:
Vbi dissolutus tu sies:ego pendeam?
Ag. Ego ne istuc ausim facere:præsertim tibi?
Quin si feriri uideo te:extemplo dolet.
Mil. Mihi quidem hercle.Ag.immo mihi istuc mauelim.

Post id locorum.ex codicibus antiquis.& sensus cōcinnitate. ac metri necessitate. quo loquēdi modo etiam usus est in casina his uerbis.post id locorū quando ad uillam ueneris.pro postea.

Mil. Sed quid nunc tibi uis?Ag.cur ego apud te mentiar?
Amo immodeste.Mil.meæ istuc scapulæ sentiunt.
Ag. At ego hanc uicinam dico adelphasium meam
Lenonis huius meretricem maiusculam.
Mil. Iampridem equidem istuc ex te audiui.Ag.differor
Cupidine eius.sed lenone istoc lyco
Illius domino non lutumst lutulentius.
Mil. Vin tu illi neq̄ dare nunc?Ag.cupio.Mil.en me dato.
Ag. Abi dierectus.Mil.dic mihi uero serio
Vin dare malum illi?Ag cupio.Mil.hem eundem me dato.
Vtrunq; faxo habebit:& neq̄:& malum:
Ag. Iocare.Mil.uin tu illam hodie sine damno tuo
Tuam libertam facere?Ag.cupio milphio.
Mil. Ego faciam ut facias.sunt tibi intus aurei
Trecenti nummi philippi?Ag.sexcenti quoq;
Mil. Satis sunt trecenti.Ag.quid iis facturus?Mil.tace.
Totum lenonem tibi cum tota familia
Dabo hodie dono.Ag.quid facturus?Mil.iam scies.
Tuus collubiscus nunc in urbest.uilicus.

Maiusculā. scribendum est.metri necessitate.& sensus cōcinnitate. ut patet ex prologo.non masculā.i.uiraginem:ut Pius exponit.contra metri rōnē: neq; minusculam. ut idē aliter dicit.nam ex prologo patet minorē illā cuidā militi emere uolenti. in cōcubinatum pene destinatam.

Nequā.ludit in dictione hac poeta.nam nequā:& adiectiue & substantiue ponitur. milphio adiectiue accipit. quasi dicat: uis dare illi: & opponere malum hominē:q illū ulciscatur.ille aūt substantiue accipit neq̄.i. malū & malā rē quāq̄ & substantiue acceptū pro coitu & impuritate sumitur ut īfra:ubi faciat neq̄.

Eum hic non nouit leno.satin intelligis?
Ag. Intellego hercle.sed quo euadas nescio.
Mil. Non scis?Ag.non hercule.Mil.at ego iam faxo scies.
Ei dabitur aurum:ut ad lenonem deferat:
Dicatq; se peregrinum esse ex alio oppido.
Amare uelle se:atq; obsequi animo suo:
Locum sibi uelle liberum præberier:
Vbi neq̃ faciat clam:ne quis sit arbiter Nequá.
Leno ad se accipiet auri cupidus:illico
Cælabit hominem & aurum.Ag.consilium placet.
Mil. Rogato.seruos uenerit ne ad eum tuus
Ille me censebit quæri.continuo tibi
Negabit.quid tu dubitas?quin extemplo tibi
Duplicet?ubi auri & hominis fur leno fiet:
Neq; id unde efficiat.habet.ubi in ius uenerit:
Addicet prætor familiam totam tibi.
Ita decipiemus fouea lenonem lycum.
Ag. Placet consilium.Mil.immo etiam cum expoliuero magis:
Hoc:tum demum dices.nunc etiam rude est.
Ag. Ego in ædem ueneris eo:nisi quid uis milphio.
Aphrodisia hodie sunt.Mi.scio.Ag.oculos uolo meos
Delectare hodie mundiciis meretriciis.
Mil. Hoc primum agamus:quod consilium cæpimus.
Abeamus intro:ut collibiscum uillicum
Hanc perdoceamus:ut ferat fallaciam.
Ag. Q uanq̃ cupido uersatur in corde:tamen
Tibi auscultabo.Mi.faciam ut facto gaudeas:
Inest amoris macula huic homini in pectore:
Sine damno magno quæ elui neutiq̃ potest.
Itaq; hic scelestus est homo leno lycus
Cui iam infortunii intenta balista est probe:
Q uã ego haud multo post mittam e balistario. Balistarió.
Sed eccam adelphasium exit:atq; anterastilis
Hæc est prior quæ meum herum dementem facit
Sed euocabo.heus i foras agorastocles.
Si uis uidere ludos iucundissimos.
Ag. Q uid istuc est tumulti milphio.Mil.hem amores tuos
Si uis spectare.Ag.o multa tibi di dẽt bona
Quum hoc mihi obtulisti tam lepidum spectaculum.

Adelphasiũ.Anterastilis meretrices duæ.Milphio seruus. Agorastocles adolescens. vii

Ad. Ego ci sibi qui uolet comparare:nauem & mulierem
Hæc duo sibi comparato.nam nullæ magis res duæ.

Plus negoci habent:eas forte si exornare occœperis
Neq; unq̄ hæ duæ res satis ornantur neq; eis ulla satis
Ornandi sacietas est.atq; hæc uti loquor.nunc modo
Docta dico.nam nos usq; ab aurora ad hoc quod est die
Postq̄ illuxit aurora:nunq̄ cessauimus ex industria
Tergeri. Ambæ lauari:atq; fricari:aut tergeri:aut ornarier:
Poliri:expoliri:pingi:fingi:& binæ una singulis
Quæ datæ nobis ancillæ:eæ nos lauando eluendo operam
Dederunt.aggerundaq; aqua sunt uiri defessi duo:
Apagesis negocii in muliere quantum una est.si uero duæ
Sat scio maxumo uni populo:cui lubet plus satis dare
Potes sunt quæ noctes diesq; in omni ætate se
Tergentur. Ornant:lauant:tergentur:poliuntur.postremo modus
Muliebris nullust.neq; unq̄ lauando & fricando sumus saturæ.
Nam quæ lauta est:nisi perculta est meo animo quasi inusta est.
An. Miror equidem te istec fabulari:quæ tam callida
Et docta sis & faceta.nam cum sedulo
Amatorculos. Munditer nos habemus.uix ægre amatorculos inuenimus.
Modus in omnibus ē habendus. Ad. Ita est.uerum hoc unum tamen cogitato:modus omnibus
In rebus soror est optimum habitu nam nimia omnia
Nimium exhibent negocium hominibus ex se.An.soror cogita
Muriatica. Amabo item nos perhiberi:quasi salsa muriatica
Esse autumantur sine omni lepore:& sine suauitate nisi
Multa aqua & diu macerant̄:olent.salsa sunt:tangere ut nō uelis
Item nos sumus eiuscemodi.mulieres admodum
Insulsæ atq; inuenustæ:sine mundicia & sumptibus.
Mil. Coqua ē hæc qdē agorastocles:ut ego opinor.Ago.quid id.
Mil. Scit muriatica ut maceret. Ag.quid molestus?Ade. soror parce amabo.sat est.
Istuc alios dicere nobis:ne nosmet nostra etiam
Vitia loquamur.An.quiesco.Ade.ergo te amo.sed hoc nūc mihi.
Responde.sunt hic omnia quæ ad deum pacē oportet adesse?
Hyperme ter uersus. An. Omnia accuraui.Ag.pulchrum & celebrem & uenustatis diem.
Plenum.dignum uenere:pol:cui sunt aphrodisia hodie.
Aphrodisia. Mil. Ecquid gratiæ cum huc foras te euocaui?iam num me decet
Donari cado uini ueteris.dic dari.respondes nihil.
Huic excidit ut ego opinor.quid hic malum astans obtices?
Interfit tergo utri. La. Tuæ istæ sunt? Dæ. contende ergo: interfit tergo utri.
Offerrumẽtas. Ni offerrumentas: habebis pluris in tergo tuo:
Quã ulla nauis longa clauos: tũ ego ero mendacissimus
Postea aspicito meũ: quando ego tuum inspectauero
Ni erit tam syncerũ: ut quiuis dicat ampullarius:
Optimum esse opere faciundo corium: & syncerissimum.
Quid causæ est quin uirgis te usq; ad saturitatẽ sautiẽ?
Q uid illas spectas? quas si attigeris: oculos tibi eripiam.
La. At quin quia uetas utrãq; iam mecum abducam simul.
Dæ. Quid facies? La. uolcanum adducam. is ueneris aduersariust.
Dæ. Q uo illic it? La. heus ecquis hic est? heus. Dæ. si attigeris ostiũ:
Mergis pugnis. Iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis probe.
La. Nullum habemus ignem. ficis uictitamus aridis.
Dæ. Ego dabo ignem: siquidẽ conflandi in capite tuo copiast.
La. Ibo hercle aliquo ignem quæritatũ. Dæ. quid cũ inueneris?
La. Ignem magnum hic faciam. Dæ. quin ut manum exuras tibi?
La. Immo hasce ambas hic in ara uiuas cõburam. Dæ. id uolo:
Nam te barba cõtinuo arripiam: & in ignem coniiciam.
Teque ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum.
Cum cõiecturam egomet mecum facio: hæc illa est simia:
Q uæ has hirũdines ex nido uolt eripere ingratiis.
Q uid ego in somniis somniaui. Tr. scin quid tecum oro senex?
Vt illas serues: uim defendas: dum ego herũ adduco meũ.
Dæ. Q uære herũ. atq; adduce. Tr. at. hic ne. Dæ. maximo malo suo:
Si attigerit: siue occeptassit. Tr. cura. Dæ. curatum est. abi.
Tr. Hunc quoq; asseruato ipsum. ne quo abeat: nam promisimus
Carnufici aut talentum magnum: aut istunc hodie sistere.

Dæmones senex. Labrax leno.
Palæstra. Ampelisca.

Dæ. VTrum tu leno cum malo libentius vi
Quiescis: an sic sine malo si copia est?
La. Ego quæ tu loquere flocci non facio senex Flocci.
Meas quidem te inuito: & uenere: & summo ioue
De ara capillo iam deripiam. Dæ. tange dum.
La. Tangam hercle uero. Dæ. agedū ergo accedas huc modo.
La. Iube dum recedere istos ambo illuc modo.
Dæ. Immo ad te accedent. La. nō hercle egomet censeo.
Dæ. Quid ages si propius accedent. La. ego recessero.
Verum si senex unq̄ te in urbe offendero:
Nunq̄ hercle quisq̄ me lenonem dixerit
Si non te ludos pessimos dimisero.
Dæ. Facito istuc quod minitaris. sed nunc interim
Si illas attigeris dabitur tibi magnum malum.
La. Quā magnū uero? Dæ. quantū lenoni sat est.
La. Minacias ego istas flocci non facio tuas. Minacias.
Equidem eas te inuito ambas rapiam. Dæ. tange dum.
La. Tangam hercle uero. Dæ. tanges? at scin quomodo? (bas
I dū turbalio curriculo affer duas clauas. La. clauas? Dæ. sed p
Propera cito. ego te hodie faxo recte acceptum ut dignus es.

La. Heu heu scelestus galeā in naui perdidi
Nunc mihi opportuna hic esset:salua si foret
Licet saltem istas mihi appellare? Dæ.non licet
Hem optime ædepol.eccum clauator aduenit.
La. Illud quidem edepol tinnimentū est auribus.
Dæ. Age accipe illhinc alteram clauam sparax
Age alter istinc:alter hinc adsistite.
Adsistite ambo:sic.audite nunc iam
Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Exoculassitis. Inuitas:nisi tunc illum uos exoculassitis
Vsq; adeo:donec qua domum abeat nesciat
Peristis ambo.si appellabit quāpiam
Vos respondetote.istinc istarum uicem
Sin ipsus hinc abire uolet quantum potest:
Amplectitote. Extemplo amplectitote crura fustibus.
La. Etiam me abire hinc non sinent? Dæ.dixi satis:
Et ubi ille seruus cum hero suo huc aduenerit
Qui herum accersiuit:itote extemplo domum
Curate hæc sultis magna diligentia.
La. Heu hercle ne istic phana mutantur cito
Hoc herculis est iam phanum ueneris quod fuit
Ita duo destituit signa hic cum clauis senex
Non hercle:quo hinc nunc gentium aufugiam:scio.
Ita mihi utrūq; seuit & terra & mare
Palæstra.Lor.quid uis? La.apage controuersia est
Hæc equidem palæstra,quæ respondit nō mea est.
Heus ampelisca.Lo.caue sis infortunio
Vt potest.La.ignaui homines satis recte monent:
Sed uobis dico heus uos nū nam molestia est
Me adire ad illas propius.Lo.nihil nobis quidem.
La. Nunquid molestum mihi erit? Lo.nihil si caueris.
La. Quid est quod caueam? Lo.hæ hem a crasso infortunio.
La. Quæso hercle adire ut liceat.Lo.abeas si uelis.
La. Bene ergo hercle factū.habeo uobis gratiam
Non accedam.propius.illic astate ilico
Edepol prouenī nequiter multis modis.
Certūst hasce hodie usq; obsidione uincere.

Pleusidippus ado.Trachalio seruus.Mulieres due.
Leno.Lora.Charmides.



Ple. Eam ne ille amicam leno ui ac uiolentia vi
De ara deripere ueneris uoluit? Tra.admodum.
Ple. Quin occidistis extemplo? Tra.gladius non erat.
Ple. Caperes aut fustē:aut lapidem.Tra.quid ego quasi canem

Hominē insectarer lapidibus nequissimum?
La. Nunc pol ego perii.pleusidippus eccum adest
Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.
Puluisculo
Ple. Etiam ne in ara tunc sedebant mulieres
Cum ad me profectus ires? Tra.ibidem nunc sedent.
Ple. Quis illas nunc illic seruat? Tra.nescio quis senex
Vicinus ueneris.is dedit operam optimam
Is nunc cum seruis seruat.ego mandaueram.
Ple. Duc me ad lenonem recta.ubi illic est homo?
La. Salue.Ple.salutem nihil morot tuam.opta otius.
Rapite hunc:obtorto collo mauis:an trahi?
Vtrum uis opta:dum licet.La.neutrum uolo.
Ple. Abi sane ad littus curriculo trachalio.
Iube illos in urbem ire obuiam ad portum mihi
Quos mecum duxi qui hunc ad carnificem traderent
Post huc redito:atq; agitato hic custodiam
Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem.
Age ambula in ius.La.quid ego deliqui.Ple.rogas
Quin arabonem a me accepisti ob mulierem
Et eam abduxisti.La.non auexi.Ple.cur negas?
La. Quia pol prouexi.auehere non quiui miser.
Equidem tibi me dixeram presto fore
Apud ueneris phanum.quid multa? sum ne ibi?
Ple. In iure causam dicito hic uerbum sat est
Sequere.La.obsecro te subueni mi charmides
Rapior obtorto collo.Ch.quis me nominat?
La. Viden me ut rapior? Ch.uideo atq; inspecto lubens.
La. Non subuenire mihi audes? Ch.quis homo te rapit?
La. Adolescens pleusidippus.Ch.ut nactus es habe
Bono animo.melius est te in neruum corripere
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi.
La. Quid id est? Ch.ut id quod quærant inueniant sibi.
La. Sequere obsecro pariter.Ch.suades tu qualis es
In neruum rapere:eo me obsecras:ut te sequar
Etiam retentas.La.perii.Ch.uerum sit uelim.
Ple. Tu mea palæstra & ampelisca ibidem ilico
Manete:dum huc ego redeo.Lo.equidem suadeo
Vt ad nos abeant potius dum recipis.Ple.placet.
Benefacitis.La.fures mihi estis.Lo.quid? Ple.rape.
La. Oro obsecro palæstra.Ple.sequere carnifex.
La. Hospes.Ch.nō sum hospes.repudio hospitium tuum.
La. Siccine me spernis? Ch.sic ago.semel bibo.
La. Di te infelicent.Ch.isti capiti dicito

Credo alium in aliam belluam hominem uortier
Illic incolúbum credo leno uortitur.
Nam in collũbari collũ haud multo post erit
In neruo mille hodie nidamenta congeret
Verũtamen ibo ei aduocatus ut fiem
Siquidem mea opera citius addici potest.

Dæmones senex.

BEnefactũ & uolupe est mihi hodie his mulierculis vi
Tetulisse auxiliũ:iam clientas repperi
Atq; ambas forma scitula atq; ætatula.
Sed uxor scelesta me omnibus seruat modis
Nequid significem quippiam mulierculis
Sed grippus seruus noster quid rerum gerat
Miror:de nocte qui abiit piscatum ad mare.
Pol magis sapuisset si dormiuisset domi
Iam nunc & operam ludos facit:& retia
Vt tempestas est nunc:atq; ut noctu fuit.
In digitis hodie percoquam quod cæperit
Ita fluctuare uideo uehementer mare.
Sed ad prandium uxor me uocat.redeo domum.
Iam meas opplebit aures sua uaniloquentia.

Tetulisse. Clientas. Scitula forma.

Vaniloquẽtia.

Gripus piscator. vii.& una sylla.

NEptuno has ago meo patrono gratias:qui salsis
Locis incolit pisculentis:cum me ex suis locis ornatũ
Pulchre expediuit.tẽplis reducẽ.plurima pda onustũ
Salute horriæ in mari fluctuoso:piscatu nouo me
Vberi compotiuit:miro modo:atq; incredibili hic piscatus
Mihi lepide euenit.neq; piscium ullam unciam pondo hodie
Cæpi.nisi hoc quod nunc fero in rete.nam ut denocte multa
Impigreq; exurrexi:lucrum præposui sopori & quieti
Tempestate seua experiri expetiui:paupertatem heri qui
Et meam simul tolerarem.opera haud fui parcus.nimis homo
Nihilst:qui piger est.nimisq; id genus odi ego male.uigilare
Decet hominem.qui uolt sua temperi conficere officia.
Nõ eni illũ expectare oportet:dũ herus se ad suũ suscitet officiũ.
Nam qui dormiunt libenter:sine lucro & cum malo quiescunt.
Nã ego nũc mihi:qui impiger fui:repperi ut piger si uelim sim.
Hoc ego in mari quicqd hic inest repperi.qcquid est.graue qdẽ.
Thesaurũ hic ego inesse reor.nec mihi conscius est ullus homo:
Nunc hæc tibi occasio gripe obtigit.ut liberet extemplo
Prætor te.nunc sic faciam:si consilium est:ad herum ut ueniam
Docte atq; astute ego illi pauxillatim pollicitabor
Pro capite argenũ:ut sim liber:ac me emittat manu iã ubi.liber

Cõpotiuit.

Vllam unciam. scribeñ.est ex codici.antiqs. & recta latinitate: & metri rõne:nõ:una pondo .i. in singulo pondo:ut ruditer exponit Pius illiteratissimus: inquiens uirili nãq; genere & fœio dicitur põdo:& dupondo.quod quidẽ est absurdissimum.

Piger hõ ni mis nihili est.

Temperi

Se

Pauxillatim.

Igitur:domum instruam:agrum:ædes:mancipia.nauibus inde
Magnis mercaturã faciã.apud reges rex perhibebor.
Post animi causa mihi nauem faciã: atq; imitabor stratonicum. Hypmeter
Oppida circũuectabor:ubi nobilitas mea erit clara.
Oppidũ magnũ cõmunibo.& ego urbi gripo indã nomen: Oppidum urbs.
Monimentũ meæ famæ,& factis.ibiq; regnũ magnũ
Instituã.magnas res hic agito in mentẽ instruere.nunc hũc
Vidulũ condã.sed hic rex cũ aceto pransurus est atq; sale. Vidulum

Trachalio seruus. Gripus piscator. vii

Tr. Eus mane.Gri.qd maneã? Tr.dũ hãc tibi tudẽtẽ q̃ tra- Rudentem hanc.
his cõplico.
Grí. Mitte modo.Tr.at pol ego te adiuuabo.nam quod be-
nefit bonis:
Haud perit.Gr.turpida tẽpestas heri fuit.nihil habeo
Adolescens piscíũ.ne tu mihi esse postules.
Non uides me referre uuidum rete sine squamoso pecu? Pecu.
Tr. Non ædepol piscis expeto:sermonis tui sum indigens.
Gr. Enicas iam me odio quisquis es.Tr.non sinã ego abire te
Mane.Gri.cauesis malo.quid tu malũ nam me tetrahis?
Tr. Audi.Gr.nõ audio.Tr.at pol quin audies post.Gri.quin loquere
Quiduis.Tr.eo modo est operepretiũ:quod tibi ego uolo
Narrare.Gri.eloquere. quid id est? Tra.uide nuspiam consequi-
tur prope.
Gr. Ecqd ẽ:qd' mea referat.Tr.scilicet sed bonis cõsiliis eo
Quid in te mihi est?Gr.quid negocii ẽ?modo dic.Tr.dicã.ta-
ce.si fidẽ
Modo das mihi:te nõ fore infidũ.Gr.do fidẽ tibi fidus ero
Quisqs es.Tr.audin.furtũ ego uidi qui faciebat.nouerã
Dominũ id cui fiebat.porro ad furẽ egomet deuenio
Feroq; ei conditionẽ hoc pacto.ego istuc furtũ scio
Cui factũ ẽ.nunc mihi si uis dare dimidiũ:indiciũ
Domino nõ faciã.is mihi nihil etiã respondit.quid inde Hypmeter.
Aequũ est dari mihi?dimidiũ?uolo ut dicas.Gr.imo etiã
Amplius.nam si non dat:domino dicũdũ censeo.
Tr. Nunc aduorte animũ.nãq; hoc omne attinet ad te.Gr. quid st? Attinet ad te.
Tr. Vidulũ istum cuius est noui ego hominẽ iãpridẽ.Gr.quid est?
Tr. Et quo pacto periit.Gr. at ego quo pacto inuentũ st scio:
Et qui inuenit hominẽ noui:& dominus qui nunc est scio.
Nihilo pol pluris tua hoc:q̃ quãti illud refert mea.
Ego noui illũ cuius nunc est.tu illũ cuius ante hac fuit.
Hunc homo feret a me nemo.ne tu te speres potius.
Tr. Non ferat si dominus ueniat?Gri. dominus huic nemo: ne fru-
stra es:

Nisi ego nemo natust:hunc qui cæpi in uenatu meo.
Tr. Itane uero? Gr.ecquē esse dices in mari piscem meū:
Quos capio siquidē cæpi:mei sunt.habeo pro meis
Nec manu adseruntur.neq; illinc partē quisq; postulat
Palam oēs. In foro palam omnes uendo pro meis uenalibus
Mare quidē cōmune certost oībus esse.Tr.adsentio.
Qui minus hunc cōmunē quæso mihi esse oportet uidulum?
In mari inuentust:cōmune est.Gr.næ īpudenter impudens.
Nam si istuc sit quod memoras:piscatores perierint.
Quippe cum extēplo in macellū pisces prolati fient:
Nemo emat:suā quisq; partem piscium poscat sibi
Dicat in mari cōmuni captos.Tr.quid ais impudens?
Ausus etiam cōparare uidulum cum piscibus?
Eadem tandem res uidetur? Gr.in manu non est mea
Retem. Vbi demisi retem atq; hamum quicquid hæsit,extraho
Quod rete atq; hami mei nacti sunt:meum potissimūst.
Tr. Immo hercle haud est: siquidem quod uas cæpisti. Gri. philosophe.
Tr. Sed tu nunq̄ piscatorem uidisti uenefice
Vidulum piscem cæpisse: aut protulisse ullum in forum.
Non enim tu hic quidē occupabis omnis quæstus: quos uoles
Venatorem & piscatorem te esse impure postulas.
Vel te mihi monstrare oportet:piscis qui sit uidulus:
Vel quod in mari non natum ē:neq; habet squamas:ne feras.
Gr. Qui tu nunq̄ audiuisti esse antehac uidulum piscem? Tr.scelus
Nullus ē.Gr.imo est profecto.ego qui sum piscator:scio.
Verū raro capitur.nullus minus sæpe ad terram uenit.
Tr. Nil agis.dare uerba speras mihi te posse furcifer
Quo colore est.Gr.hoc colore capiuntur pauxilluli
Sunt alii puniceo colore magni:item atri.Tr.scio
Tu hercle opinor te in uidulum piscem cōuertes:nisi caues
Fiet tibi puniceum corium postea atrum denuo.
Gr. Quod scelus hodie hoc inueni.Tr.uerba facimus.it dies.
Videsis cuius arbitratu rem nos facere uis.
Gr. Viduli arbitratu.Tr.ita enimuero? stultus es.Gr.salue thales.
Sequester Tr. Tu isthunc hodie non feres.nisi das sequestrū:aut arbitrum.
Arbiter Cuius hæc res arbitratu fiat.Gr.quæso sanus es?
Eleborosus. Tr. Eleborosus sum.Gr.at ego ceritus.hunc non mittam tamen.
Ceritus. Tr. Verbū adde etiam unū.iam in cerebro colaphos abstrudā tuo.
Colaphos. Gr. Ego iam te hic itidem quasi penicillus nouos solet exugere:
Exugebo. Ni hunc amittis exugebo:quicqd humoris tibist.
Tange.affligā te ad terrā itidem:ut piscem soleo polypū.
Tr. Vis pugnare.quid opust.quin tu potius prædam diuide.

Gri. Hinc tu nisi malum fruuisci nihil potes. Tr. nisi postulas.
Abeo ego hinc. Gri. at ego hinc offlectam nauem. Tra. nequeo abeas. mane.
Si tu proreta isti naui es: ego gubernator ero. Proreta.
Gr. Mitte rudentem sceleste. Tr. mittam. omitte uidulum.
Gri. Nunq̄ hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior. Ramenta.
Tr. Non probare pernegando mihi potes: nisi pars datur
Aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur. Reditur. ex. cod. antiqs. & metri necessitate ac sensus cōcinnitate. nō reditura ut legunt.
Gri. Q uem ne ego excepi in mari? Tr. at ego quē inspectaui e litore.
Gri. Mea opera labore & rete & horia. Tr. nū quid minus
Si ueniat nunc dominus cuius est. ego qui inspectaui procul
Te hunc habere furtum. q̄ tu nihilo minus mastigia
Q uo argumento socius non sum & fur sum fac dum ex te sciā.
Gri. Nescio. neq; ego istas uestras leges urbanas scio. Horia.
Nisi quia hūc meū esse dico. Tr. & ego itē esse aio meū. Gr. mane.
Iam reperirē quo pacto nec fur. nec socius fies.
Tr. Q uo pacto? Gr. sine me hinc abire. tu abi tacitus tuam uiam
Nec tu me cuiq̄ indicassis. neq; ego tibi quicq̄ dabo:
Tu taceto. ego mussitabo. hoc optimum atq; æquissimum est.
Tr. Eo quid conditionis audes ferre? Gr. iam dudum fero
V t abeas. rudentem amittas. mihi molestus ne fies.
Tr. Mane dum refero conditionem. Gr. te obsecro aufer modo.
Tr. Ecquem in his locis nouisti? Gr. oportet uicinos meos.
Tr. Vbi tu hic habitas? Gr. porro illic longe usq; in campis ultimis.
Tr. Vin qui in hac uilla habitat eius arbitratu fiat hoc?
Gri. Paulisper remitte restem. dum concedo: & consulo.
Tr. Fiat. Gr. euge salua res est. præda hæc perpetua est mea.
Ad meum herum arbitrum uocat me. hic intra præsepis meis. Præsepis.
Nunq̄ hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum. Triobolū.
Næ iste haud scit q̄ conditionem tulerit. ibo ad arbitrum.
Tr. Q uid igitur? Gr. quāq̄ istuc esse ius meum: certe scio:
Fiat istuc potius q̄ nunc pugnem tecum. Tr. nunc places
Q uāq̄ ad ignotum arbitrum me appellis: si adhibebit fidem
Et si est ignotus: notus. si non: ignotissimus est.

Dæmones senex. Mulieres Palæstra. Ampelisca.
Trachalio Gripus. vii

Dæ. Cupio ædepol quāq̄ uobis quæ uoltis mulieres
Metuo propter uos: ne uxor mea me extrudat ædibus.
Q uæ me pelices adduxisse dicet ante oculos suos:
Vos confugite in aram potius q̄ ego. Mu. perimus miseræ.
Dæ. Ego uos saluas sistam. ne timete. sed quid uos foras
Prosequimini. quoniam. ego adsum: faciet nemo iniuriam
Ite inquā domum amabo. nunc iam ex præsidio præsides.

Gr. O præsalue.Dæ.salue gripe quid fit?Tr.tuus ne hic seruus est?
Gr. Haud pudet?Tr.nihil ago tecũ.Gr.ergo abi hinc.Tr.quæso re-
sponde senex.
Tuus hic seruus est?Dæ.meus est.Tr.hem istuc optime quan-
do tuus est.
Iterũ saluto te.Dæ.& ego te.tu ne es:qui haud multo prius
Abisti hinc herũ accersitũ?Tr.ego is sum:Dæ.qd nunc uis tibi?
Tr. Nempe hic tuus est?Dæ.meus est.Tr.istuc optime quãdo tuust.
Dæ. Quid negocist?Tr.uir scelestus illic est.Dæ.quid fecit tibi
Vir scelestus?Tr.homini ego isti talos subfringi uolo.
Dæ. Quid est?qua de re nunc litigatis inter uos?Tr.eloquar.
Facesso te. Gr. Immo ego eloquar.Tr.ego opinor:rem facesso.Gr.si quidem
Sis pudicus:hinc facessas.Dæ.gripe animum aduorte ac tace
Vt istic prius dicat audi.loquere tu.Gr.alienon.prius
Quã tuo dabis orationem?Dæ.ut nequiter comprimitur.
Tr. Ita ut occœpi dicere:illum quem dudum lenonem
Extrusisti:hic eius uidulum ecillum.
Gr. Nõ habeo.Tr.negas quod oculis uideo?Gr.at ne uideas uelim
Habeo:non habeo quid tu me curas quid rerum geram?
Tr. Quo modo habeas:nihil id refert.iure an ne iniuria.
Gr. Ni istum cæpi:nulla causa est:quin me condones cruci
Reti in ablatiuo. Si in mari reti apprehendi:qui tuum potiust:q̃ meum?
Tr. Verba dat.hoc modo res gesta est.ut ego dico.Gr.quid tu ais?
Tr. Quod primarius uir dicat:comprime hunc sis si tuus est.
Gr. Quid tu mihi idem uis fieri quod herus consueuit tibi.
Si ille te comprimere solitus.hic noster nos non solet:
Dæ. Verbo illo modo ille uicit.quid nunc tu uis?dic mihi.
Tr. Equidem neq; ego partem posco mihi istinc de istoc uidulo:
Neq; meum hodie esse unq̃ dixi.sed istic inest cistula
Huius mulieris:dudum fuisse quã dixi liberam.
Dæ. Nempe tu hanc dicis:quã esse aiebas dudum popularem meã?
Tr. Admodum.& ea quæ olim parua gestauit crepundia:
Istic in cistula insunt:quæ istic inest in uidulo:
Hoc neq; isti usus est:& illi miseræ suppetias feret
Si id dederit suos qui parentes quærat.Dæ.faciam ut det.tace.
Gr. Nihil hercle ego sum isti daturus.Tr.nihil peto nisi cistulam
Crepũdia. Et crepundia.Gr.quid si autem ea sunt aurea?Tr.quid istic tua
Aurum auro expendetur.argentum argento exæquabimus.
Gr. Facias aurum ut uideam.post ego faciam ut uideas cistulam.
Dæ. Caue malo ac tace tu perge ut occœpisti dicere.
Tr. Vnum te obsecro:ut te huius commiserescat mulieris:
Siquidem hic lenonis eius est uidulus quem suspicor:
Hic nisi de opinione certum nihil dico.Gr.uiden

Scelestus is aucupatur. Tr. sine me ut occœpi loqui.
Si scelesti illius est hic cuius dico uidulus
Hæ poterunt nouisse. ostendere his iube. Gr. ain ostendere?
Dæ. Haud iniquum dicit grippe: ut ostendatur uidulus.
Gri. Immo hercle insignite iniq. Dæ. quidū? Gr. quia si ostendero
Continuo hunc nouisse dicent scilicet. Tr. scelerum caput.
Vt tu es: item censes omnis esse? periuri caput.
Gr. Omnia isthæc ego facile patior: dum hic hinc a me sentiat.
Dæ. Atqui nunc abs te stat uerum hinc tibi testimonium
Gripe aduorte animum. tu paucis expedi. Gr. quid postulas?
Tr. Dixi equidem. sed si parum intellexti: dicam denuo.
Hasce ambas: ut dudum dixi ita esse oportet liberas.
Hæc athenis parua fuit uirgo surrupta. Gr. dic mihi
Quid ad uidulum pertinet: seruæ sint istæ: an liberæ?
Tr. Omnia iterum uis memorari scelus: ut defiat dies.
Dæ. Abstine maledictis. & mihi quod rogaui dilue.
Tr. Cistellam inesse opportet caudeam. in isto uidulo
Vbi sunt signa: qui parentes noscere hæc possit suos:
Quibus cum parua periit athenis sicut dixi prius.
Gri. Iuppiter te diq omnes perdant. quid ais uenefice?
Quid istæ mutæ sunt: quæ pro se fari non queant?
Tr. Eo tacent: q tacita bona st mulier: semper q loquens.
Gri. Tu pol pro portione nec uir: nec mulier mihi es.
Tr. Quidū? Gr. quia enim neq loquens es neq tacens unq̄ bonus.
Tr. Quæso en unq̄ hodie licebit mihi loqui? Dæ. si præter hac
Tu uerbum faxis: hodie ego tibi cōminuam caput.
Tr. Vt id occœpi dicere eam senex te quæso cistulam
Vt iubeas hunc reddere illis. ob eam si quid postulat
Sibi mercedis dabitur. aliud quicquid ibi est habeat sibi.
Gri. Nunc demum istuc dicis: quoniam ius meum esse intelligis.
Dudum dimidiam petebas partem. Tr. imo etiam nunc peto.
Gri. Vidi petere miluum: etiam cum nihil auferret tamen.
Dæ. Non ego te comprimere possum sine malo. Gr. si istic tacet:
Ego tacebo. si iste loquitur: sine me mea pro parte loqui.
Dæ. Cedo modo mihi uidulū istum gripe. Gr. concredam tibi:
Ac si istorū sit nihil: ut mihi reddas. Dæ. reddetur. Gr. tene.
Audi nunc iam palæstra atq ampelisca hoc quod loquor:
Est ne hic uidulus ubi cistellam tuam inesse aiebas? Pal. is est.
Gri. Perii hercle ego miser. prius q̄ plane aspexit: ilico
Eum esse dixit. Dæ. faciam ego hanc rem: nā tibi cistulā
Isticcine esse oportet caudeā. in isto uidulo.
Pal. Vbi ego dicam quicquid inerit nominatim: tu mihi
Nullum ostenderis. si falsa dicam: frustra dixero

Abstine maledictis. Caudeam.

Mulier tacita q̄ loqns bona est.

Vos tamen isthaec quicquid istic inerit uobis habebitis
Sed si erunt uera.tum obsecro te ut mea mihi reddant.Gr.placet
Ius oras merũ meo quidẽ animo.Dæ.ac meo hercle.Gr.dic mihi
Quid si ista aut superstitiosa:aut hariola est.atq; omnia
Quicquid insit uera dicet anne habebit hariola?
Dæ. Non feret nisi uera dicet nequicq̃ hariolabitur.
Hypmeter. Pal. Solue uidulum ergo:ut quicquid sit uerum q̃ primum faciam
Hoc habet.Gr.solutum est aperi.uideo cistellam.Dæ.haeccine ẽ.
Pal. Istaec est.o mi parentes hic uos conclusos gero
Cognoscẽdum. Huc opesq; spesq; uestrum cognoscendum condidi.
Gr. Tum tibi hercle deos iratos esse oportet:quisquis es
Quae parentis tam in angustum tuos locum compegeris.
Dæ. Gripe accede huc.tua res agitur.tu puella istinc procul
Dicito quid insit:& qua facie memorato omnia
Si hercle tantillum peccassis:quod postea postules
Te ad uerum conuorti:nugas mulier magnas egeris.
Gr. Ius bonum oras.Tr.aedepol haud te orat.nam tu iniurius.
Dæ. Loquere nunc iam puella.grippe animum aduorte.ac tace.
Crepũdia. Pal. Sunt crepundia.Dæ.ecca uideo.Gr.perii in primo praelio.
Ecca. Dæ. Mane ne ostenderis.qua facie sunt.responde ordine.
Pal. Ensiculust aureolus primum litteratus.Dæ.dice dum.
In eo ensiculo litteratum quid est?Pal.mei nomen patris.
Altrinsecus. Post altrinsecus est securicula ancipes.item aurea
Ancipes p anceps. Litterata.ibi matris nomen in securiculast.Dæ.mane
Dic in ensiculo quod nomen est paternum?Pa.daemones.
Dæ. Di immortales ubi loci sunt spes meae.Gr.imo aedepol meae.
Dæ. Pergite obsecro continuo placide.Gr.aut ite in malam crucem.
Dæ. Eloquere matris nomen.hic in securicula quid siet.
Pal. Daedalis.Dæ.di me seruatum cupiunt.Gr.at me perditum.
Dæ. Filiã meam esse hanc oportet gripe.Gr.sit per me quidem
Quin te di omnes perdant:qui me hodie oculis uidisti tuis
Meq; adeo scelestum:qui non circunspexi centies.
Prius:nequis inspectaret:q̃ rete extraxi ex aqua.
Pal. Post est sicula argenteola & duae connexae maniculae
Et sucula.Gr.quin tu i dierecta cũ sucula & porculis.
Pal. Et bulla aurea est:pater quam dedit mihi natali die.
Dæ. Ea profecto est.cõtineri quin complectat non queo
Filia salue mea.ego is sum:qui te produxi pater.
Ecca. Ego sum daemones:& mater tua ecca hic intus.daedalis.
Pal. Salue mi pater insperate.Dæ.salue.ut te amplector libens.
Tr. Volupest:cum istuc pietate uestra uobis contigit.
Dæ. Cape dum hunc si potes fer intro uidulum.age trachalio.
Tr. Ecce gripi scelera.cum isthec res male euenit:tibi

Gripe gratulor. Dæ. age eamus mea gnata ad matrem tuam:
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquitere:
Quæ te magis tractauit: magisq̧ signa nouit tua.
Tr. Eamus intro omnes: quando operam promiscuam damus.
Pal. Sequere me ampelisca. Am. cũ te di amant uoluptati est mihi.
Gri. Sum ne ego scelestus: qui illac hodie excepi uidulum:
Aut cum excepi: qui non alicubi in solo abstrusi loco
Credebam pol turbulentam prædam euenturam mihi
Quia illa mihi turbulenta tempestate euenerat.
Credo ædepol inesse auri & argenti largiter:
Quid meliust: q̃ ut hinc intro abeam: & me suspẽdam clanculũ:
Saltem tantisper dum abscedat hæc a me ægrimonia.

Dæmones senex. vi



Ro di immortales quis me est fortunatior
Qui ex improuiso filiam inueni meam:
Satin sicui homini di esse benefactum uolunt:
Aliquo illud pacto obtingit optatum piis:
Ego quod hodie neq̧ speraui neq̧ credidi
Ex improuiso filiam inueni tamen
Et eam de genere summo adolescenti dabo
Ingenuo. atheniensi. & cognato meo.
Ego eum adeo accersi huc ad me q̃ primum uolo
Iussiq̧ exire huc seruum eius. ut ad forum
Iret. non dum egressum esse eum id miror. tamen
Accedam opinor ad fores. quid conspicor:
Vxor complexa collo retinet filiam.
Nimis inepta atq̧ odiosa eius est amatio

Dæmones. Trachalio seruus. vii



Dæ. Liquando obsculando melius est uxor pausam fieri — Pausam fieri.
Atq̧ adorna ut rem diuinam faciam: cũ intro aduenero:
Laribus familiaribus: cũ auxerunt nostrã familiam:
Sunt domi agni: & porci. sacres. sed quid istum temoramini
Mulieres trachalionem. atq̧ optime eccum exit foras.
Tr. Vbi ubi erit tamen inuestigabo & mecum adducam simul
Pleusidippum. Dæ. eloquere ut hæc res obtigit de filia
Dæ. Rogato: ut relinquat alias res. & huc ueniat. Tr. licet.
Dæ. Dicito daturum meam illi filiam uxorem. Tr. licet.
Dæ. Et patrem. eius me nouisse: & mihi esse cognatum. Tr. licet.
Dæ. Sed propera. Tr. licet. Dæ. iam hic fac sis: cœna ut curet. Tr. licet.
Omnia illicet. Tr. licet. sed scin quid est quod te uolo
Quod ꝓmisisti ut memineris hodie ut liber sim. Dæ. licet.
Tr. Fac ut tu exores pleusidippum ut me emittat. Dæ. licet.
Tr. Et tua filia facito oret. facile exorabit. Dæ. licet.

Tr. Atq; ut ampelisca mihi nubat:ubi ego sim liber.Dæ.licet.
Tr. Atq; ut mihi gratum beneficium factis experiar.Dæ.licet.
Tr. Omnia licet.Dæ.licet.tibi rursum refero gratiam
Sed ꝑpera ire in urbem actutū & recipe te huc rursum. Tr.licet.
Iam hic ero.tu interibi adorna cæterum quod opust.Dæ.licet.
Tr. Hercules istum infelicitet cum sua licentia
Ita meas repleuit aures quicquid memorabam:licet.

Gripus piscator. Dæmones senex. vi

Gr. Quam mox licet te compellare dæmones?]
Dæ. Q uid est negocii gripe?Gr.de illo uidulo.
Si sapias:sapias habeas quod di boni danunt.
Dæ. Aequum uidetur tibi ut ego alienum quod est:
Meum esse dicam?Gr.quod ne ego inueni in mari?
Dæ. Tanto melius illi obtigit:qui perdidit
Tuum esse nihilo magis oportet nidulum.
Vidulum. Gr. Isto tu pauper es cum nimis sancte pius.
Dæ. O gripe gripe:in ætate hominum plurimæ
Trasennæ. Fiunt trasennæ ubi decipiuntur dolis
Atq; ædepol in eas plerūq; esca imponitur
Q uam siquis auidus poscit escam auariter:
Decipitur in trasenna auaritia sua
Ille qui consulte.docte.atq; astute.cauet
Diutine uti bene licet partum bene
Mihi istæc uidetur præda prædatum irier
Vt cum maiore dote abeat q̄ aduenerit.
Ego ne:ut quod ad me allatum esse alienum sciam.
Celem?minime istuc faciet noster dæmones.
Semper cauere hoc dictum sapientissimum est:
Ne conscii sint ipsi maleficii sui
Ego mihi cum lusi.nil moror ullum lucrum.
Gr. Spectaui ego pridem comicos ad istunc modum
Sapienter dicta dicere:atq; iis plaudier
Cum illos sapientis mores monstrabant populo:
Sed cum inde suam quisq; ibant diuorsi domum
nullus erat illo pacto:ut illi iusserant.
Dæ. Abi intro ne molestus.linguæ tempera
Ego tibi daturus nihil sum.ne tu frustra sis.
Gr. At ego deos quæso:ut quicquid in illo uidulost:
Vidulo. Si aurum:si argentum est omne id ut fiat cinis.
Dæ. Illuc est:quod nos neq̄ seruis utimur.
Nam illic cum seruo si quo congressus foret:
Et ipsum sese & illum furti adstringeret:
Dum prædam habere se censeret interim.

Præda ipsus esset.præda prædam duceret:
Nunc hinc introibo & sacrificabo.post ibi
Videbo nobis cœnam continuo coqui.

Pleusidippus adole. Trachalio seruus. vii

Ple. ITerum mi isthæc omnia itera mi anime.mi trachalio.
Mi liberte.mi patrone.immo potius mi pater.
Repperit patrem palæstra suũ atq; matrẽ?Tr.repperit.
Ple. Et popularis est.Tr.opinor.Ple.& mi nuptura ẽ?Tr.suspicor.
Ple. Censen hodie despondebit eam mihi quæso?Tr.censeo.
Ple. Quid patri etiã gratulabor cum illam inuenit?Tr.censeo.
Ple. Quid matri eius?Tr.censeo.Ple.quid ergo censes?Tr.qd' rogas
Censeo.Ple.dic ergo quanti censes?Tr.ego ne?censeo.
Ple. Adsume quidem ne censiorẽ semper facias.Tr.censeo.
Ple. Quid si curram?Tr.censeo.Ple.an sic potius placide?Tr.cẽseo.
Ple. Etiã ne eam aduenien salutem?Tr.censeo.Ple.etiã patrem?
Tr. Censeo.Ple.post eius matrem?Tr.censeo.Ple.quid postea
Etiam ne aduenĩes cõplectar eius patrẽ?Tr.non censeo.
Ple. Quid matrẽ?Tr.nõ censeo.Ple.quid eãpse illã?Tr.non censeo.
Ple. Peri.dilectum dimisit.nunc non censet cum uolo.
Tr. Sanus non es.sequere.Ple.duc me mi patrone quo libet.

Labrax leno. vii & una syllaba

La. QVis me est mortalium miserior qui uiuat alter hodie:
Quẽ modo damnauit ad recuperatores pleusidippus?
Abiudicata a me modo est palæstra.perditus sum.
Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos:
Ita omnes mortales siquid est mali lenoni gaudent:
Nunc alterã illam:quæ mea est:uisam huc in ueneris phanum:
Saltem ut eam abducam:de bonis quod restat relliquiarum.

Gripus piscator. Labrax leno. vii & una syllaba

Gri. NVnq̃ ædepol hodie ad uesperũ gripũ inspicietis uiuũ: Vesperũ.
Nisi uidulus mihi reddatur.La.perii cum mentionem Vidulus.
Fieri audio usq̃ uiduli:quasi palo pectus tundat.
Gri. Istic scelestus liber est:ego qui in mari prehendi
Rete:atq; excæpi uidulum tradere negatis quicq̃.
La. Pro di immortales suo mihi hic sermone artexit auris.
Gri. Cubitum hercle longis litteris signabo usquequaq; in urbe
Siquis perdiderit uidulum cum auro atq; argento multo.
Ad gripũ ut ueniat.non feretis istum:ut postulatis.
La. Meum hercle illic homo uidulum scit:quis habet:ut ego opinor
Adeundus mihi illic est homo.di quæso subuenite.
Gri. Quid me intro reuocas?hoc uolo hic ante hostium extergere:
Nam hoc quidem pol e rubigine non e ferro fabrefactum est;
Ita quanti magis extergeo rutilum atq; tenuius fit. Tergeo.

Nam quidem hoc uenatust:uerum ita in manibus consenescit.
La. Adolescens salue.Gr.di te ament cū inraso capite.La.quid fit?
Extergetur Gr. Ferrū extergetur.La.ut uales?Gr.quid tu:nū medicus q̄so es?
La. Immo ædepol una littera plus sum q̄ medicus.Gr.tum tu
Mendicus es?La.tetigisti acu.Gr.uidetur digna forma:
Sed quid tibi est?La.hac proxima nocte in mari elaui.nam
Contracta est nauis.perdidi quicquid erat miser ibi omne.
Gr. Quid perdidisti?La.uidulum cum auro atq; argento multo.
Vidulo. Gr. Ecquid meministi in uidulo quid insuerit?La.quid refert?
Ex codi. antiquis.& metri necessitate. non denaria philippicæ
Q ui periit.Gr.nihil tamen si nō hoc aliud fabulemur
Q uid si ego sciam qui inuenerit:uolo ex te scire signa.
La. Nummi octingenti auri in marsupio primum insuerunt
Marsupio. Præterea centum mnæ philippicæ in pasceolo seorsus.
Denaria Gr. Magna hercle prædast largiter.mercedis indispicar.
Pasceolo. Seorsus. Dii omnes homines respiciunt.bene ego hinc prædatus ibo.
Profecto est huius uidulus.perge alia tu expedire.
La. Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena.
Epichisis. Gaulus. Præterea sinus:epichisis:cantharus:gaulus:cyathus.Gr. papæ.di
uitias tu quidem habuisti luculentas.
La. Miserum istuc uerbum & pessimum est habuisse:& nihil habere.
Gr. Q uid dare uelis:qui istæc tibi inuestiget indicetq;?
Tricas. Tramas Eloquere propere celeriter.La.nummos trecentos.Gr.tricas.
Curculiunculos. La. Q uadrigētos.Gr.tramas putidas.La.qngētos.Gr.cassā glādē.
Git. La. Sexcentos.Gr.curculiūculos minutos fabulare.
La. Dabo septingentos.Gr.os calet tibi.nū git frigefactas?
La. Mille dabo nūmos.Gr.sonias.La.nihil addo.Gr.abi igit.La.audi.
Gr. Si hercle abiero hinc.hic nō ero.La.uin cētū & mille:Gr.dormis
La. Eloquere quantum postules.Gr.quo nihil inuitus addas
Triobolū. Talentm magnum.non potest triobolum hinc abesse.
Proin tu aias uel neges.La.quid istuc est?necessum uideo:
Dabitur talentū.Gr.accede dum huc.uenus hæc uolo arroget te.
La. Q uod tibi libet id mihi impera.Gr.tāge arā hāc ueneris.La.tāgo
Gr. Per venerē hāc iurādum est tibi.La.quid iurē tibi.Gr.qd iubeo.
La. Præi uerbis qd uis.id quod domi est.nunq̄ ulli supplicabo.
Gr. Tene arā hanc.La.teneo.Gr.deiura te mihi argentum daturum
Potitus uiduli. Eodem ipso die:uiduli ubi sis potitus.La.fiat. vi
Gr. Venus cyrenensis dea te testor mihi
Si uidulum illum ego quem in naui perdidi
Cum auro atq; argento saluum inuestigauero:
Isq; in potestatem meam peruenerit:
Tum ego huic gripo:dico inquito:& me tangito.
La. Tum ego huic gripo dico uenus:ut tu me audias
Talentum argenti magnum continuo dabo.

Gri. Quod si fraudassis.dic ut te in quæstu tuo
Venus eradicet.caput atq; ætatem tuam
Tecum hoc habeto tamen:ubi iuraueris.
La. Illa neget uorsum siquid peccasso.uenus,ueneror te.ut oẽs mi-
seri lenones sient.
Gr. Tamen fiet:& si,tu fidem seruaueris
Tu hic operire.iam ego faxo exibit senex
Eum tu continuo uidulum reposcito.
La. Si maxime illũ mihi reddiderit uidulum
Non ego hodie illi debeo triobolum Triobolũ.
Meus arbitratus lingua quod iuret mea
Sed conticescam.eccum exit.& ducit senem.

Gripus piscator. Dæmones senex. Labrax leno.

Gr. Sequere hac.ubi istic leno?& heus tu hem tibi hic ha-
bet uidulum: vii
Dæ. Habeo:& fateor esse apud me:& si tuus ẽ:habeas tibi
Omnia:ut quicquid infuere:ita salua sistentur tibi
Tene si tuust. La.o di imortales meust.salue uidule.
Dæ. Tuus ne est?Gr.rogitas:siquidem hercle iouis fuit meust.
Dæ. Omnia insunt salua:una istinc cistella excepta est modo
Cum crepũdiis:quibuscũ hodie filiam inueni meã.
La. Quã?Dæ.tua quæ fuit palæstra:ea filia inuentast mea.
La. Bene me hercle factũ est cum isthæc res tibi ex sententia
Pulchre euenit:gaudeo.Dæ.istuc facile non credo tibi.
La. Immo hercle ut scias gaudere me:mihi triobolum Triobolũ.
Ob eam ne duis.condono te.Dæ.benigne ædepol facis.
La. Immo tu quidem hercle uero.Gri. heus tu iam habes uidu-
lum?La.habeo.
Gr. Propera.La.qd ꝑperabo?Gr.reddere argentũ mihi.La.neq;
Aedepol tibi do:neq; quicq̃ debeo.Gr.quæ hæc factio est
Nõ debes?La.nõ hercle uero.Gr. nõ tu iuratus mihi es?
La. Iuratus sum:& iurabo:si quid uoluptati ẽ mihi
Iusiurandũ seruandæ rei nõ perdendæ conditum ẽ.
Gr. Cedosis mihi talentũ magnũ argenti periurissime.
Dæ. Gripe qđ tu istum talentũ poscis?Gr.iuratust dare.
La. Libet iurare.tu ne pontifex periurio es.
Dæ. Qua pro re argentũ promisit hic tibi?Gr. si istum uidulũ
Redegissem in potestatem eius:iuratus dare
Mihi talentũ magnũ argenti.La.cedo qui cum habeã iudicem
Ni dolo malo instipulatus sis:ni ue etiã dum siem
Quinq; & uiginti natus annos.Gr.habe cũ hoc.Dæ.alioſt opus
Iam ab istoc auferre.haud sciã si istunc condẽnauero.
Promisisti huic argentũ?La.fateor.Dæ. qđ seruo meo

Promissum est:meū esse oportet:ne tu leno postules
Te hic fide lenonia uti.nō potes.seruanda est fides.
Gr. Iam te ratus nactū hominem quē defraudandū dares.
Dandum huic argentum est probum.id ego continuo huic dabo adeo me ut hic
Emittat manu.Dæ.quando ergo tibi benignus fui:atq; hæc tibi
Opera sunt mea seruata.Gr.imo hercle mea:ne dicas tua.
Dæ. Si sapies tacebis.tum te mihi benigne itidem addecet
Benemerenti beneferre gratiā.La.nempe pro tuo
Iure oras.Dæ.mirū quin tuū ius meo periclo expetam.

Labascit,

Gr. Saluus sum.leno labascit.libertas ,ꝑtenditur.
Dæ. Vidulum istic ille inuenit.illud mancipiū meum est
Ego tibi hunc porro seruaui cum magna pecunia.
La. Gratiā habeo.& de talento nulla causa est:quin feras
Q uod isti sum iuratus.Gr. heus tu mihi ergo dato:si sapis.
Dæ. Tacen an nō?Gr.tun meā rem simulas agere:tibi mutuas?
Nō hercle istoc me interuortes:si aliā prædā prændero.
Dæ. Vapulabis si uerbū addes isthuc unū.Gr.uel hercle enica
Nō tacebo unq̄ alio pacto:nisi talento cōprimor.
La. Tibi opā hic qdē dat.Gr. tacebo.Dæ.cōcede hoc tu leno.La. 13.
Gr. Palā age.nolo murmurillū neq; susurrum fieri mihi.
Dæ. Dic mihi:quanti illā emisti tuam alteram mulierculā
Ampelisceā?La.mille nūmos denumeraui.Dæ.uin tibi
Conditionē luculentā ferre me?La.sane uolo.
Dæ. Diuiduū talentū faciā.La.benefacias.Dæ.pro altera libera
Vt sit dimidiū tibi summæ.dimidiū huic cædo.La.maxime.
Dæ. Pro illo dimidio ego altero gripū emittā manu
Quē propter tu uidulū:& ego natā inueni.La. benefacis
Graciā habeo.Gr.q̄ mox mihi argentū ergo redditur?
Dæ. Res soluta est gripe.ego habeo.Gr. hercle.at ego me mauolo.
Dæ. Nihil hercle hic tibi est.ne tu speres.iusiurandi uolo
Gratiā facias.Gr.perii hercle nisi me suspendo. occidi
Nunq̄ hercle iterū defraudabis me quidē post hunc diem.
Dæ. Hic hodie cœnato leno.La.fiat.condirio placet.
Dæ. Sequimini intro spectatores uos quiqui ad cœnam uocem
Ni datutus nihil sum.neq; sit quicq̄ pollucti domi.
Ne ue adeo uocatos credam uos esse ad cœnam foras
Verum si uoletis plausum fabulæ huic clarum date
Comessatum omnes uenitote ad me ad annos sedecim
Vos hic hodie cœnatote ambo.La.fiat.Dæ.plausum date.

Mutuas. supplēdū uidetur.ac si dicat: tibi cōmodas rem meā: quū mihi debeatur. & ita uersus rō,& sniæ integritas cōstat. nō tibi agis. ut Pius insulsus cōtra metricā rationē: & uerū sensum corrigit:ridiculam interim mendā existimans.

Murmurillum.

Prændero. nō perdidi:scribendū quoq; cē suimus ad uerum sensum respicientes & solidū. nam ex dictione perdidi:nullum electū elici posse putauim⁹.

Luculentā.

Diuiduū

Dimidiū.

Polluctí

Comessatū

Stichus Plauti.

Argumentum.



Enex castigat filias:q̃ hæ uiros vi
Tam perseuerent peregrinantis pauperes
Ita sustinere fratres:neq; relinquere.
Contraq; uerbis delenitur commodis:
Habere sineret quos semel nactæ forent.
Viti reueniunt opibus aucti transmare.
Suam quisq; retinet.ac sticho ludus datur.

Panægyris. Pinacium sorores.



Redo ego miseram fuisse penelopam soror,suo vii Penelopã.
Ex animo:quæ tandiu uidua uiro suo caruit.
Nam nos eius animũ de nostris factis noscimus:
Quarũ uiri hinc absunt:quorũq; absentum negociis
Vt æquũ est,solicitæ noctes & dies soror sumus
Pi. Semper nostrũ officiũ nos facere æquũ est.neq; id magis
Facimus:q̃ nos monet pietas.sed hic soror mea
Adsisdum.multa uolo tecum loqui de re uiri.
Pa. Saluæ næ amabo.Pi.spero quidem & uolo.sed hoc soror crucior
Patrem tuũ,meũq; adeo:unice qui unus ciuibus
Ex oĩbus probus perhibetur:eum nunc improbi
Viri officio uti uiris qui tantas nostris absentibus
Facit iniurias Immerito:nosq; ab his abducere uolt
Hæ res uitæ me saturant.mihi diuidiæ & senio sunt. Saturãt me uitæ. Diuidiæ.
Pa. Neu lachruma soror.neu tuo id animo fac qđ tibi tuus pater
Facere minatur.spes est eum melius facturũ:ego
Noui illum.ioculo isthæc dicit.neq; ille sibi mereat Ioculo. Mereat.
Persarũ montes:qui esse aurei perhibentur:ut id faciat Persarum mõtes aurei
Quod tu metuis.tamen si faciat:minime irasci decet.
Neq; id imerito eueniet.nam uiri nostri domo ut abierunt,
Hic tertius annus.Pi.ita ut memoras.Pa.cũ ipsi interea uiuant:
Valeant:ubi sint:qđ agant:neq; participant nos:neq; tedeunt. Valeant. Participãt nos.
Pi. An id doles soror:quia illi suũ officiũ non colunt
Cum tuũ facis?Pa.ita pol.Pi.tacesis.cauesis audiam
Ego istuc:caue posthac ex te soror.Pa.nam quid iam?Pi.quia
Pol meo animo oĩs sapientis suũ officiũ æquũ est colere Hypmeter
Et facere.q̃obrem ego te hoc soror:tametsi es maior: moneo
Vt tuum memineris officium:etsi illi sint ĩprobi
Atq; aliter nos faciant:q̃ uxores suas æquum est uiros. Faciãt nos .i.tractent
Tamen pol nequid minus simus:oĩbus obnixæ opibus decet
Nostrũ officiũ nos meminisse.Pa.placet.taceo.Pi.at memineris
Facito.Pa.nolo ego soror me credi esse imemorem uiri

Neq; ille eos honores mihi quos habuit:perdidit.
Nam pol mihi grata acceptaq; huius est benignitas;
Et me quidē huius condition:s nunc non penit. &
Neq; est cur studeā nunc has nuptias mutarier
Verum postremo hoc in pris potestate est situm.
Faciendum id nobis qđ parentes imperant. Pi.scio/
In cogitando. Atq; in cogitando mœrore angor.nā iam propemodum
Ostendit suam sententiā.Pa.igitur quæramus quid opust.
Antipho. Panegyris. Pinacium filiæ. vii



Seru⁹haud ꝓbus ē: q monen semper ex pectāt officiū suū. Vi manet ut moneatur semp seruos homo officiū suū:
Nec uoluntate id facere meminit: seruos is habitu haud probus est.
Vos meministis quot kalendis petere dimensum cibum.
Cibus dimēsus c lendis. Q ui minus meministis:qđ opus sit facto:facere in ædibus?
Iam quidē in suo quicq; loco ni erit mihi situm supellectilis
Monumētis bubulis. Cū ego reuottar:uos monumentis cōmonefaciā bubulis.
Non hoīes habitare mecū mihi uidentur: sed sues.
Facite:sultis:ut nitidæ ædes meæ sint cū redeā domū
Iam ego adero.ad meā maiorē filiā inuiso domū
Si quis me quæret:inde uocatote.aut iam egomet hic ero.
Pati oportet qđ facit ille cuius ptās plus pôt. Pi. Quid agimus soror:si offirmabit pater aduersum nos? Pa. pati
Nos oportet qđ ille faciat:cuius ptās plus pôt.
An. Si manere hic sese malint potiusq̄ alio nubere
Alio nubere. Non faciant.quid mihi opust decurso ætatis spatio:cū eis
Gerere bellū:cū nihil q̄obrem faciam meruisse arbitror
Minime uolo turbas:sed hoc mihi optimū factu arbitror.
Principiū ego quo pacto cū illis occipiā.id raciocinor
Perplexim. Vtrū ego perplexim lacessam oratione ad hunc modū:
Q uasi nunq̄ quicq̄ in eas simulē:quasi nihil audiuerim
Leniter. Eas in se meruisse:an potius temptē leniter
Minaciter. An minaciter?scio litis fore.ego meas noui optume
Exorando,aduersando,sumendā operam censeo.
Pi. Gratiam si a patre penitus:spero ab eo ipetrassere.
Aduersari sine dedecore & scelere summo haud possumus
Neq; ego factura sum:neq; tu ut facias consilium dabo:
Ve℞ ut exoremus.noui ego nostros. exorabilist.
An. Sic faciā.adsimulabo quasi aliq̄ culpam in sese admiserint.
Perplexabiliter. Perplexabiliter ea℞ hodie perpauefaciā pectora.
Post id agā.igitur deinde ut alus erit meus:pacē faciā
Foris aperta est. Multa scio facienda uerba.ibo intro.sed aperta est foris.
Accidit aures sonitus. Pi. Certo enim mihi paternæ uocis sonitus auris accidit.
Pa. Is ecastor est.ferre aduorsum hoīem occupemus osculū.
Pi. Salue mi pater.An.& uos ambæ.ilico agite abscedite.

Pi. Osculũ. An. sat est mihi osculi uestri. Pi. qui amabo pater?
An. Q uia ita meæ aiæ salsuræ uenit. Pi. asside hic pater. Salsuræ.
An. Nõ sedeo. istic uos sedete. ego sedero in subsellio.
Pi. Mane puluinũ. An. bene pcuras. satis sic fultũ est mihi. Puluinum
Pi. Sine pater. An. quid opust? Pi. opust. An. morẽ tibi gerã. atq; hoc satis est.
Pi. Nunq̃ enim nimis curare possunt parentẽ suũ filiæ Filiæ nũq̃ nimis cura re possũt suũ parẽtẽ
Cũ æquius est nos potiorẽ habere te postidea uiros
Nostros. quibus uoluisti nos esse matres familias.
An. Bonas ut æquũ est facere facitis: cum absentis uiros Postidea
Perinde habetis: quasi præsentes. Pi. pudicitia est pater
Eos magnificare: qui nos socias sumpserunt sibi. Magnificare.
An. Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps autibus? Socia.
Pa. Nullus præter nos teq;. An. uostrũ animũ adhiberi uolo.
Nam ego ad uos nunc iperitus rerũ & morũ mulierũ
Discipulus uenio ad magistras: qbus matronas moribus: Magistra
Quæ optumæ sunt esse oportet. sed utraq; ut dicat mihi.
Pa. Q uid istuc qd' huc exquæsitũ mulierũ mores uenis?
An. Pol ego uxorem quæro: postq̃ uostra mater mortua est.
Pa. Facile inuenies & peiorẽ & peius moratã pater
Q uã illa fuit. meliorẽ neq; tu reperies: neq; sol uidet.
An. At ego exte exquiro atq; istac tua sorore. Pi. æ depol pater
Scio ut oportet esse: si sint: ita ut ego æquũ censeo.
An. Volo scire ergo ut æquũ censes. Pi. ut per urbem cũ ambulent
Omnibus os obturent: nequis merito maledicat sibi. Sibi
An. Dic uicissim nunc iam tu. Pi. quiduis tibi dicã pater?
An. Vbi facillime spectatur mulier quæ ingenio est bono. Mulier q̃ sit ĩgenio bono.
Pa. Cui malefaciũdi est potestas: quæ ne faciat id tẽperat.
An. Haud male istuc. age tu altera utra sit conditio pensior Pensior
Virginẽ an uiduã habere? Pi. quanta mea sapientia est
E malis multis. malũ qd' minimũ est id minimũ est malum:
Q ui põt mulieres uitare uitet. ut quotidie Mulieres q põt uitare uitet.
Pridie caueat: ne faciat qd' se pigeat postridie.
An. Q uæ tibi mulier uidetur multo sapientissuma? Mulier q̃ sit sapientissuma.
Pa. Q uæ tum cũ res secundæ sunt: se poterit noscere:
Et quæ æquo aio patietur sibi esse peius q̃ fuit. Multo sapiẽtissima
An. Aedepol uos lepide tentaui: uostrũq; ingenium.
Sed hoc est qd' ad uos uenio: quodq; ambas conuentas uolo.
Mihi auctores ita sunt amici: ut uos abducã hinc domũ.
Pa. Atenim nos, quaq; res agitur: aliter auctores sumus: Autores socio gñe
Nam aut olim nisi tibi placebant: nõ datas oportuit:
Aut nunc nõ æquum ẽ abduci pater illisce absentibus.
An. Vos ne ego patiar cum mẽdicis nuptas me uiuo uiris?

Pí. Placet ille meus mihi mendicus.rex suus reginæ placet.
Idem aius in paupertate est:qui olim in diuitus fuit.
An. Vos ne latrones & mendicos hoīes magnipenditis.
Pa. Non me tu argento dedisti opinor nuptū.sed uiro.
An. Q uid illos expectatis qui abhinc iam abierunt triēnium?
Q uin uos capitis conditionē ex pessuma primariā?

Stultitia ē uenatum ducere inuitas canes.

Pa. Stulticia est pater uenatū ducere inuitas canes.
Hostis est uxor pater:inuita quæ ad uirum nuptū datur

Mulier q̄ inuita nuptū datur hostis est.

An. Certū ne est neutrā uostraꝝ persequi imperiū patris?
Pí. Persequimur.nam quo dedisti nuptū abire nolumus.
An. Bene ualete.ibo atq; amicis uostra consilia eloquar.
Pa. Probiores credo arbitrabunt:si probis narraueris.

Vestrarū p uestrum.

An. Curate igitur familiarem rem:ut potestis optume.
Pa. Nunc placet:cum recte monstras.nunc tibi auscultabimus.

Datur nuptū ad uirum.

Nunc soror abeamus intro. Pi.imo interuisam prius domum:
Si a uiro tibi forte ueniet nūtius.Pa.facito ut sciam:

Arbitrabūt

Neq; ego te celabo:neq; tu me celassis quod scies
Eo crocoticiū:parasitum gelasimū huc arcessito:
Tecum adduce.nam illū ecastor mittere ad portum uolo.
Si quæ forte ex asia nauis heri aut hodie uenerit:
Nam dies totos apud portū seruos unus assidet.

Interuisi uolo.

Sed tamē uolo interuisi.propera actutū:atq; huc redi.

Gelasimus ancilla. Crocotiū.Parasitus.

Fames mater.

Gel. Amē fuisse suspicor matrē mihi: vi
Nam postq̄ natus sum:satur nunq̄ fui:
Sed quā ego matri meæ refero inuitissimus
Ea mihi nunq̄ retulit mater gratiam:
Nam me illa in aluo menses gestauit decem.
At ego illam in aluo gesto plus annos decem:
Atq; illa puerum me gestauit paruulum:
Quo minus laboris illam cepisse existimo:
At ego non pauxillulā in utero gesto famē:
Veꝝ hercle multo maximā:& grauissimā
Aridi dolores mihi oboriuntur quotidie.
Sed matrē parere nequeo.nescio quomodo
Audiui sæpe hoc uolgo a multis dicier.

Elephantū grauidā decē ānos

Solere elephantum grauidā perpetuos decem
Esse annos.eius ex semine hæc certo est fames:
Nam iam cōplures annos utero hæret meo.

Mihi nomen indidit gelasimo.

Nunc si ridiculum hic hominē quæret quispiam
Venalis ego sum cum ornamentis.olbus
Inanimentis supplementum quærito
Gelasimo nomen mihi indidit paruo pater:

Propter paupertatē hoc adeo nomen repperi.
Quia iam inde a pausillo puero ridiculus fui.
Eo quia paupertas fecit ridiculus forem: Paupertas quē attigit oēs artes pdocet
Nam illa oēs artes perdocet:ubi quem attigit.
Per annonā caram dixit me natum pater: Annonā caram.
Propterea credo nunc hic esurio acrius. Esurio acrius.
Sed generi nostro hæc reddita est benignitas:
Nulli negare soleo:siquis me esum uocat.
Oratio una interiit hominū pessume:
Atq̧ optima hercle meo animo & scitissuma: Scitissuma. ex codi. ātiqs. & metri necessitate. nō satis sūma ut ineptissime legūt Pius & Sarra. īterptes.
Qua ante utebantur.ueni illo ad cœnam.sic face
Promitte uero.ne grauare.est cōmodum.
Volo inq̄ fieri.non amittam:quin eas.
Nunc repperērūt ei uerbo uicarium
Nihili quidē hercle uerbū est ac uilissimum
Vocem te ad cœnam:nisi egomet cœnem foris.
Ei hercle ego uerbo lumbos defractos uelim.
Ni ue repleuerit si cœnassit domo
Hæc uerba subigunt nunc me ut mores barbaros
Discam:atq̧ ut faciā præconis cōpendium.
Itaq̧ auctionem prædicē ipse:ut uenitē. Veneo:
Cro. Hic ille est parasitus:quē accersitum missa sum:
Quæ loquitur auscultabo priusq̄ colloquar.
Gel. Sed curiosi sunt hic quāplures mali Curiosus malus.
Alienas res qui curant studio maximo
Quibus ipsis nulla est res quā procurent sua:
Ei quando quē auctionē factarū sciunt
Adeunt:perquirunt quicquid fiet causæ ilico
Alienum æs cogat:an pararit prandium:
Vxorin sit reddenda dos diuortio
Eos omnis tametsi hercle haud indignos iudico:
Qui ut multum miseri sint laborent.nihil moror.
Dicam auctionis causam ut animo gaudeant:
Nam curiosus nemo est,quin sit maliuolus. Curiosus maliuolus
Ipse egomet quāobrem non auctionem prædicem?
Damna euenerunt maxuma misero mihi:
Ita me mancupia miserum adfecerunt male
Potationes plurimæ demortuæ.
Quot adeo cœnæ:quas defleui,mortuæ.
Quot potiones mulsi.quot aūt prandia:
Quæ inter continuū perdidi triennium:
Præ mœrore adeo miser atq̧ ægritudine
Consenui,pene sum fame ipsa emortuus.

Ridiculus æque nullus ē:q̄ dū esurit. Ridiculus æque nullus est;quā dum esurit
Nunc auctionem facere,decretū est mihi
Foras necessum est quicquid habeo uendere.
Liceminí. Agite si uulris:præda erit præsentium
Iocos ridiculos uendo.agite liceminí:
Quí cœna poscit?ecquí poscit prandio?
Hercules te amabit:prandio?cœna tibí?
Eh est adnuistin:nemo meliores dabit?
Nullos meliores esse parasitos sinam:
Vnctiones græcæ. Vel unctiones græcas:sudatorias.
Vel alias malis malacas ampullarias
Cauillariones.adsentaciunculas.
Ac periuratiunculas parasiticas:
Strigilem. Rubiginosam strigilem.ampullamq; rubidam
Parasitum inanem.quo recondas reliquias
Hæc uenisse mihí iam est opus:quantū potest
Polluceam decumam herculi. Vt decumā partem ex uoro herculi polluceam.
Cro. E castor auctionem facit haud magni pretií
Adhæsit homini ad infimum uentrē fames
Adibo hominem.Ge.quis hæc est quæ aduorsum it mihi?
Epignomi ancilla hæc quidem est crocociū.
Cro. Gelasime salue.Ge.nō est id nomen mihí.
Cro. Certo me ecastor id fuit nomen tibi.
Microtrogus. Gel. Fuit desertum.ueq; id usu perdidi
Nunc microtrogus nomine ex uero uocor.
Cro. Ecastor.nisi te hodie.Ge.quando aut quo in loco?
Cro. Hic cum auctionem prædicabas.Ge.pessuma
Ehon audiuisti?Cro.te quidem dignissimam.
Gel. Quo uunc is?Cro.ad te.Ge.quid uenis?Cro.panægyris
